



Dv 70







UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK

- Med.-Naturwiss. Abt. -

DÜSSELDORF

Y 61

Novus et manifestus
DE
MIRACVLIS
OCCVLTIS NATVRÆ
LIBRI IIII.

Item
DE VITA CVM ANIMI ET
CORPORIS INCOLVMITATE RE-
cte instituenda, liber vnus.

*Illi quidem iam postremum emendati, & aliquot ca-
pitibus aucti, hic vero nunquam ante-
hac editus.*

AVCTORE
LEVINO LEMNIO *Mædico Zivizæo.*



FRANCOVRTI
Typis IOANNIS SAVRII, Impensis Iacobi
Fischeri, M. DC. XL

Handwritten text in blue ink, likely bleed-through from the reverse side of the page.

ILLVSTRISSIMO

POTENTISSIMOQVE

Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Regi,

ac Liuonia Domino, ERICO eius no-

minis decimo quarto, Leuinus

Lemnius Medicus,

S.P.D.

SCITVM est illud Platonis, Rex illustrissime, Felices fore Respublicas, siue studia sapientie conseruentur Reges, vel Sapientes imperent. Quod cum in te sine controuersia perfici intelligam, quinon solum studiis sapientie sedulo insistas, sed quasuis artes amplectaris aut colas, non possum tuae Maiestati, tuoque amplissimo Regno non impense gratulari. Dici enim vix queat, quam sit hoc nomine suis subditis futurus amabilis ac gratiosus, denique ad ea sectanda, quae in humanis rebus sunt praecipua, quaeque ad summam felicitatem spectant, incitamento. Vt enim filii maiorum vestigiis insistant, in quos oculos continenter habent defixos, illorumque imitantur vel vitia vel virtutes: Ita in Imperio aulæ proceres, ac promiscua passim multitudo ea conseruari conatur, ea vita & moribus exprimere, quae regi aut principi placere videat, & quibus ille maxime afficiatur. Cum autem multis magnisque rebus spectata sit tua, ERICE Illustrissime, Maiestas & amplitudo, corporis animique praestantia, acumen ingenii, eruditio singularis, summa vitae integritas, in

):(2

DE VINI LEMNII

pace incredibilis imperii moderatio, belli vero tempore, quod nunquam nisi iuste à te suscipitur, mira rerum gerendarum peritia, pari consilio ac prudentia fulta: quibus artibus non minus fortiter quam animose magnoque successu ac dexteritate stantimos, qui alienarum ditioni inhiant, propulsas ac cõfiscis: quis tantas tamq; admirandas naturæ dotes, quib. à Deo Opt. Max. affatim excultas es, accumulatae exornatas, non admiretur ac suspiciat, solidisque encomiis prosequatur, quod ipsum vnicè perficere meditator: tuendo quidè Maieft. Regiæ fauorem experiar, que ex nostra hæcstatione atq; excubiis, magnis præmiis in aulam suam nos euocat. Quocirca cum latissima regna longeq; expositos Sueciæ ac ditionis Gothicæ tractus (à quibus totius Europæ exortam nobilitatem serio distitare solet Imperator Carolus huius nominis quintus, sibiq; id laudi ducere) incredibili sapientia ac comitate te moderari audiam, atq; abs te conquiri vndiq; non solum artifices manuatos, sed quod præcipue laudem meretur, conuocari magnis tuis sumtibus atq; impensis viros doctos ac reuerentes, qui regno tuo decus & ornamentum afferunt, passus sum D. Guilieum Lemnii, quem vt archiatron seu Medicum primarium in corporis tui tutelam ac sanitatis conseruanda præsidium adsciuisti, tanto locorū intervallo, à patriis sedibus, à paterno complexu, congressuq; familiari ac domestica consuetudine diuelli, præsertim in iis annis quib. parentes filijs, tanquam scriptone fulti inniti soleant; atq; inclinata vergenteq; ætate aliqua ab iis oblectamenta concipere, nonnulla eminentis senij solatia cõsequi. Et quo erga clementissimum regem magis constet Lemnii studium, promptaq; voluntatis ac propensæ animi testificatio, libros hos de naturæ dignitate & præstantia, abditiq; rerum causis Maieftati Regiæ dedicare vitum est, quo se oblectare iis possit, vbi à
 serijs

EPIST. DEDICAT.

feriis rebus respirare liceat, atq. à publicis fundib-
 nis conualescere. Multa autem in esse lucubrati-
 onibus hisce nostris, citra omnem ambitionē aut adu-
 landi suspitionem, autim polliceri, quæ amoenitate
 lectiois ac eum rerum, tum sententiarum varietate
 atque illecebra quemq. possint reficere ac demorari.
 Si quando itaq. inuictissime rex, occupationibus qui-
 bus implicatus es, defungi te contigerit, atq. aliquid
 tibi laxamenti imperate visum sit, his auocamentis
 animū grauioribus rebus defestum recreare poteris
 ac reficere. Hoc aut argumentum, quæ nullum excog-
 gitari potest plausibilis, ea mente ac consilio illu-
 strandum suscepi, vt omnib. innotescat quā in mēsa
 sit rerum natura, quæ vti bus commodisq. nostris in-
 seruit, quo vis eius se proferat, quā longe lateque sit
 diffusa. Quæ cum sit diuinitatis instrumentum, tota
 moles ac rerum vniuersitas illi incumbit atq. inniti-
 tur, eiusq. munere cuncta subsistunt, ac continuata
 successione se ppagant ac tuentur. Quæ consideratio
 hoc efficit in animis hominum, eumq. vsum conse-
 quitur, vt mens humana in opificem erecta, res mo-
 mentaneas ac caducas despiciere condiscat, atque ad
 sempiternas aspiret atq. enitatur. Siquidem natura
 contemplatio, q̄ multiplici rerum varietate instruita
 est atq. exornata, totiusq. mundi decor & species, in-
 cōditoris admirationem atque amorem mortales al-
 licit: ita vt tam spectabili ac visendo mundi opificio
 obstupefactus humanus animus in huius architectū
 atq. artificem tota mente rapiatur, haustoque tacito
 quodam diuinitatis afflatu, illum colat ac veneretur,
 in illo confidenter conualescat. Cuius rei cum toto
 passim opere specimen suam exhibiturus, superuaca-
 neū exillimo plura congerere, quibus naturæ splen-
 dor illustrari possit, eiusq. dignitas amplificari, præ-
 fertim cum R. M. sedulo naturæ ac rerum contem-
 plationi insidat, atque continentes se oblectet, inu-

16

L. LEM. EPIST. DEDIC.

vt nulli aptius magisque apposite hac naturæ mira-
cula consecrari possint, quam Erico Regi, qui huius-
modi oblectamenti vniuersi afficitur. Eo autem magis
gratum acceptumque amplitudini Regiæ hoc munus
literarium fore confido, quod tempestiue ac captata
opportunitate oblatum sit, nempe iis nuptiarum au-
spiciis, quæ serenissimus Rex propediem initurus
est; quod vt felix faustumque sit, optimi quique bonis
acclamationibus bonisque omnibus exoptant ac pre-
cantur Deus Opt. Max. qui cuncta fuleit ac sustinet,
Regni tui solium Rex illustrissime stabilat, tibi que
in omnibus felicem progressum, magnæque incre-
menta conferat. Zirixæ, pridie Calend.

Ianuarii, anno redempti orbis

M. D. LXIII.

AD

AD CANDIDVM

LECTOREM PRÆFATIO

L. LEMNII MEDICI.

DVO sunt artium, qua hominum utilitati atque usui deseruiant, instrumenta, quibus omnia firmari solent ac stabiliri, Ratio & Experientia. His enim ipsa Medicina, & præter Mathematicas artes, pleraque alia fulciuntur. Siquidem qua cuncti excussique iudicii hominibus sunt factura fidem, ad hanc amissim exigi, ad hunc lapidem Lydicum debent explorari. Quid autem magni præstiterit Medicus, si herbas ac medicamenta efficaces obtinere effectus ratione studeat euincere, nisi id experimento comprobet? E diverso, qua fiducia nisi possit experimento, quod plerumque absque iudicio adhibitum, fallax esse ac periculosum declarat inconsulta Empiricorum temeritas, nisi illi ratio suffragetur? Et quanquam Sophisticum censei possit, contra experientia testificationem ad documentum rationem exigere: nunquam tamen quisquam sanè iudicii, & qui in delectu rerum aliquid pensi habet, experimento assersum fa-

);(4

erit, aut id amore experiri sustineat, nisi ratione
 id per omnia comprobatum sit, ac suffulcitur. Non
 tamen diffiteri possum, aut tergiversari, quin multa
 sint in naturarum abdita atque abstrusa, effe-
 ctuque tam latenti & caco, ut temerarium sit ra-
 tium rationem inire, aut facti causam explicare.

Lm. 6. c. 3. *Hac ipsa Dioscoridi ab auro: byria dicuntur, hoc
 est, ratione destituta, & causarum cognitione vi-
 dia, qua sensui & intelligentia manifestam de-
 monstracionem non exhibent, eoque occulta pro-
 prietates Medicis dicuntur. Siquidem aliquid in-
 teruenire consent huiusmodi rebus vel ex decursu
 astrorum, ac sid. rum corradianxium meatu, vel ex
 diuina voluntate, aut elementorum concretionem
 ac mixtura, vel denique totius substantia vi, for-
 maque specifica, qua cum ratione mentis quo in-
 dicio assequi nequeamus, in occultas essentias, ab-
 dit, & que proprietates ea reuicimus, ac tali suffugio
 eluctamur, ex eoque Labyrintho nos extricamus.*

Occulta pro-
 prietates.

Ego vero, quo ad huiusmodi rerum demonstratio-
 nes, causasque eruendas doctorum animos exstimu-
 lem, admittere pro virili probabili atque artificii
 coniectura rationem elicere, aut quam proxime
 collimando scopum attinere. Multa sunt, fateor, in-
 cōperta a originis in natura rebus, ac densis obscuri-
 tatibus inuoluta, quorum tamen probabilis ratio ex-
 cogitari, atque effectus causa, si non euidenter &
 perspicuis, certe verisimiliter reddi potest. Verbi
 causa; Basiliscus hominem visu perimit. Quis ex-

ercita-

AD LECT. PRÆFAT.

eratus in operibus nature id euenire nesciat emanantibus nautis expirationibus, quas sensim ac latenter in hominis perniciosam exhalas. Nec enim solus Regulus, sed omne propemodum ferarum genus homini infestum est, atq; afflatu, sibilisq; gestit inferre exitium. Sic lupi conspectus, modo propius homini adsistat, oris hiatus atq; halitus virulento raucecinem inducit, ac tantum non vocem adimit. Sic multobris sexus mensibus profluentibus abaric speculicq; nitorem offuscant, ferri aciem retundit, segetes strangulat, hororum germina censescit halitus contagio, ac non modo obuios quosque, sed ipsam se maculis nauisq; deformat. Pari rati:na oculis lippitudine, atq; opuscula vitiat, alterius oculos affici contingit. Quod venusia similitudine expressit Ouidius, & Iuuenalis;

Cum spectant oculi læfos, lædantur & ipsi: Satyr. 2.

Multaq; corporibus transiione nocent.

Sic pecudes, armenta, boues, grex totus in agris

Vnius scabie cadit, & porriginis fœda.

Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vna.

Homines autem hominibus contagionem potissimum afflant, ubi ex aduerso consistunt, neq; enim si in obliquum vergas expirationis, vel si in dextrum aut laeuum fluxum ferri contingit, tantum damni adfert, tantaq; labe inficit. Et enim transuersa atque obliqua visio: quemadmodum patris ac lusciosis assollet, non nihil obtunditur atq; hebescit; ita qua: est.

oculis, aliâq; corporis parte emanant, si obliq; ferantur, rotundi atq; hebetari contingit, minusque mali inferre adstantibus. Quod ipsum studiosius observare soleo, ubi agrotis contagio affectis assisto, adeo ut semper aures cum iis verba faciam, nunquam inter fumarium & decumbentem consistens. Hic affluxus atq; emanatio, tamen si oculus se non exhibeat, minusq; sensui visorio sit exposita, naribus tamen, auribus, cerebro, vocali arteria pulmonumq; fibris se ingerit. Sic nonnullos observavi tam terra mephite, atq; anima graue lentia, ut nisi longius absistas, obuios quosque halitus contagio feriant, inficiantq;. Quam late autem se porrigat halitus animantium, quosq; se proferat contagium, hibernis mensib; flante per gelicidia Aquilone, cuiusque perspicere licet. Siquidem ob aeris densitatem ac crassitatem, fumantem animâ ex intimis præcordiis reciprocatone quadam, ut Oceani astuaria erumpere videmus, ac longe lateq; se diffundere: qua licet æstivis diebus non sit conspicua, oculisque minus exposita, cam tamen vel odore percipis, vel in intimis præcordiis tacitum virus concipis. Atq; ut hæc ipsa corpori pernitiè molitur, ac lethale virus inserit, ita suaues odores, ac stirpium fragrantia spiritus erigunt, ipsumq; vitæ fontem cor fouet ac recreat. Quod vel obese naribus quisq; animaduortere potest cum vires syncope collapsas, animiq; deliquio sopitas restaurari, erigiq; videt odoramentis. Verû omisis his minus, postmodum fauore supremi Numinis magis re-

AD LECT. PRÆFAT.

condita feram. Quod se videbor cuiquã penitus natura arcana eruisse, usuq; sublãguis parumq; firmis rationibus, ac tenui rationis filo, nulloque verborum apparatu, nullis copiis naturam insruisse: huic ego persuasum cupio, doctis præbitam potius ac demonstratam à me scribendi materiam, quam præreptam. Ista siquidem sum ægeressus, ac tractãda suscepi, non tam spõs ductaq; perficendi, quam experiendi studio ac voluntate, simul ut plenior obsequio meum patronum demererer, mœsque ciues hoc officio deuinirem. Excit ac autem ad huiusmodi tentanda post Platonem Persius, cupi que patriæ ciuibus, ne hoc tanquam debitum munus exsolui. Sic enim ad rerum contemplationem, ad studiũ virtutis, ad sectanda hominum commoda nos exstimulat:

Diserte, & ð miseri causas cognoscite rerum,
Qui sumus, aut quidquam victuri gignimur,
ordo

Quis datus, aut metæ quam mollis flexus &
vndæ

Quis modus argenti, quid fas optare, quid
asper

Utile nummus habet, patriæ carisque propin-
quis

Quantum largiri deceat, quem te Deus
scit

Iussit, & humana qua parte locatus es in re.
Itaq; experiar, quid efficere, aut quo progredi possim

mibi que culpam deprecari liceat, si non omnia sum
 assequutus, eo quod infirmus, quod infiniti operis ar-
 gumentum tam sit vastum adeoque se in immen-
 sum porrigat, ut infiniti sit operis, nec mediocri-
 eris ingenii, omnia ad amissim exsequi, istamque
 Spartam pro sua dignitate atque amplitudine exor-
 nare. Quod si Horatius in triviali, minimeque ope-
 roso argumento,

Dat veniam maculis, quas aut incuria fu-
 dit,

Aut humana parum cauit natura.

quanto magis in tanta rerum difficultate ad ple-
 raque conitutuere mussareque convenit, nec omnia
 ad vivum, ut dicitur, refecere: Dicit enim vix que-
 at, quanta Medicis deoranda radia, qui subeundi
 labores, quae perferenda domi forisque, molestia, que-
 rrimonia, ac voces plerabunda, quum rerum suarum
 sagunt, ac civibus suam operam sedulo impen-
 dunt: quorum cum omne studium atque industria
 in actione consistat, nihil laxamenti, nulla respiran-
 di spatia admittit non minus negotiosa quam qua-
 stiosa praxi, adeo ut quae succisiviis horis, hoc est,
 ubi legitimis officiis sunt perfuncti, meditantur,
 vix ea literis mandare vacet, nedum expolire. Quod
 cum mihi assidue vsuenerit, atque huiusmodi oc-
 cupationes aomi forisque continenter me involu-
 nant, aegre ac difficulter omnia pro animi senten-
 tia perfici possunt: verum cum natura contempla-
 tia unice me afficiat, nec excogitari possit argu-


AD LECT. PRÆFAT.

mētum plausibilis visum est, eius miracula tra-
 ctare locupletius, omniaq; natura opera spectatiora
 effecere. Quocirca post consecratos noni huius anni
 auspicio inuictiss. Suecia Regi ERICO libros hos qua-
 tuor de natura miraculis, eiusdem argumenti duos
 breui adicere meditator, quo Severissimus Rex con-
 fecto sopitoq; bello, quod illi contra coniuratos ali-
 quot hostes, summa virtute atq; excel: inuictique
 animi magnitudine & robore, terra mariq; susce-
 ptum est, cumulatius natura ac rerum contem-
 platione reficiatur. Hoc à Guiljelmo Simonide Ty-
 pographo Antuerpiano stipulatus, ut in gratiam
 Maiestatis Regiæ, avidiq; lectoris, speciosus, ac spe-
 ciosus typos exhibeat: quod cum se effecturum sit
 pollicitus, ac summa fide prestitit Christophori
 Plantini industria, reliquos mature perficere co-
 gito, modo nequid incommodi inciderit, ac Pater
 celestis firmam stabilemq; valetudinem concesserit:
 sic enim futurum spero, ut proxima apud Fran-
 cofordianos mundinarum frequentatione noui
 quiddam prodeat, quo studiosus Lector denno se
 possit oblectare. Nouitas enim oblectatio legendis
 discendiq; incitamentum est & illecebra, præ-
 fertim ubi res dilucide appositiq; verbis explica-
 tur, ac seria iocosis, vtilis dulcibus atque amonis
 mixta sunt: quod ipsum pro virili prestare stu-
 dii, ea usque moderatione, ut nusquam à decore de-
 scendam, nusquam honestilimitate
 egrediar,

Erici Sues-
 cia Regis
 magnani-
 mitas.

Auctor am-
 turum lib.
 pollicetur.

Auctor cul-
 pã amil. sur.



LEVINI LEMNII

MEDICI ZIRIZÆI, DE
OCCULTIS NATVRÆ
miraculis.

LIBER PRIMVS.

De natura diuinitatis instrumento.

CAPVT I.



NATVRA in qua elucet, atque ex-
presse se proferant Diuinitatis ve-
stigia, cuiusque rei principium est,
quo consistunt omnia.

Natura est mens, λόγος, seu ratio Naturæ
diuina, operum naturalium efficiatrix, re-
rum existentium conservatrix. Que vis
quid.

nulli, præterquam Deo, & qui illi in diuulsa adheret
Christo ascribi potest. Ipse enim splendor paternæ
gloriæ, expressæque imago substantia illius naturæ,
totiusque vniuersi est opifex, suoque nutu, nulla sub
iacente materia, omnia cõdidit, in eoque est vita, vi-
gorque rerum conditarum, atque ab illo singulis vi-
uifica virtus infusa est, hoc est, per eum vnusquodque
genuina sua vi subsistit, infraque facultate se propa-
gat ac tuetur. Nihil intantum, tamque immensa rerum
vniuersitate iners aut otiosum, nihil temere aut fors-
tuito, nihil frustra effectum est, omnibus stirpibus sua vis
indita, singulis animantibus, suam ingenium, suaque at-
tributa natura inclinatio. Obiter quæcunque mundi
arbitu, cœlique complexu continentur, vi quadã infu-
sita instruita sunt ad ad se sibi peculiarẽ ac suis qua-
que locis rēponibiles; disposita, admirabili quadã vi-
cissitudine munia sua obeunt, cuiusque proficiunt, hinc

Hebr. xi.

Toan. i.

Deus omnium
rerum causam
suum in seipso
est. leditur.
Coloss. c. i.
Natura, nec
inens, nec
invisibile.

A-



Genesis.

quum Deus tanti muneris effector ac moderator col-
lustrasset, quæ sex dierum spatio perfecisset, visæ sunt
illi insigniter bona, h. e. ita elaborata, vt artis ratio ef-
flagitabat, vt exposcebat ordo rerum ac series, vt de-
cor vniuersi exquirebat, adeo vt omnia ad vsum con-
ducereut, atq; ad finem, cui erant destinata, specta-
rent. Quæ de re sapienter disserruisse mihi videtur A-

*De partibus
anim. libr. 1.
cap. 5.*

ristoteles huiusmodi propemodum verbis: *Nihil in
natura rerum tam minutum, tamq; vile aut abiectum, quod
non aliquid admodum bonis hominibus adferat.* Et q; Heracli-
tum Tarentinum dixisse ferunt, quû in cala quadam
furnaria diuertisset. *Intraite, sunt hic stiâ Du:* hoc quoq;
in natura operibus sentiendum, In minutissimis e-
nim natura rebus numen elucet, omniaque honesti
pulchriq; ratione obtinent. Siquidem operibus na-
tura hoc præcipue adiunctû est, vt nihil temere, sic-
que fortuita sit effectum, sed omnia finis sui gratia.
Et quemadmodum, quum de ædibus magnifice con-
structis sit sermo, nõ de calce, de lateribus, de lignis,

*Simile ab
adum stru-
ctura.*

aliaq; materia agitur, sed forma ac specie, structuraq;
ædium, & in quæ vsum sint creata: ita, qui nature o-
pera excutit, nõ de materia, sed forma, totaq; substan-
tia, de vtu deniq; atq; utilitate differit. Sic corpus ani-
ma gratia conditum est, membra vero officiorû, quo
commode actiones suas obeant, suasque functiones
exsequantur. Homo autem Dei causa in hoc mundi
theatrû pductus est, quo ille se oblectet, illius muni-
ficientiâ agnoscat, in illo conquiescat, illiq; fidat atq;
imitatur. In tanta itaq; tamq; immensa rerum exi-
sentiâ multitudine ac varietate nõ suspicienda mo-
do nature vis deest deficientia, sed eius maiestas atq; am-
plritudo, à quo singula producta & profecta sunt, cuius
que benignitate nature opera subsistunt, atq; ab in-
teritu viadicantur. Quæ cogitatio exulscitat animos
nostros humiliterq; defixos, atq; in Dei notitiam ac
cognitione deducit, Deus enim tametsi sit inconspi-

*Natura vis
ad Deum res
ferenda.*

cius

Tuus ex reb. tamen creatis, vt Paulus testatur, atq. ex mundo tam mirifice condito, tam sapienter administrato & perspicui potest & intelligi. Et quemadmodū Cicerone teste, ex memoria rerum, ex inuentionis subtilitate, ac celeritate motus, omnīq. pulcritudine virtutis vim mentis agnoscimus, quamuis oculis ipsa non pateat. Sic Deum mentemq. illam æternam ex operibus eius dilucide perspicimus, eiusque vim atque afflatum efficaciter percipimus. Illius enim virtus per omnia diffusa, singulis calorem, spiritum vitamq. largitur. Qua de re erudite concionatus est Athenis D. Paulus ex Arati sententiā, quam eleganter expressit Lucanus lib 9.

*Hæc in us cunctis superis templaq. tacente
Nil agimus nisi sponte Dei, non vocibus ullis
Namen eget.*

*Esq. Desideris nisi terra & pontus & aer,
Et cælum & virtus: Superos quid quarimus vltra?
Iupiter est quocumq. vides, quocumq. moueris.*

Quis igitur erga illum non afficiatur, cuius vires manifeste percipit, cuius donis cūmate fruitur. Si Imperatores & principes optimo iure veneramus ac suscipimus, illosq. plurimi facimus, ac magnos honores eis deferimus, quod regna atq. imperia incruenta, citraq. sanguinis iacturā parua summa æquitate admittant, quod magistratus habent inculpato, qui in obendis negotiis mansilq. publicis magnā curam, multamque operam subeunt, quo omnes in officio contineant, omniaq. passim sint pacata nec Resp. vlla discordia, aut seditione ciuili diuisa, quanto magis Deum suspicere ac venerari par est, qui nulla cura, nulloq. negotio, aut sollicitudine tā vastum latūq. mundi imperiū nuda suo regit ac moderatur? Quo spectat illud Apulei hominis à nostra quidem religione alieni, sed qui ex Hebræorum fontibus id hausserit. Quod in turemi gubernator ac nauiculus, in

Rom. 2.

Tuse. 1.
Dei quare
homini inno
tes. at.

Actor. 2.

Simile ad
Imperatorū
officio.

De mundo.

*Similitudo
omnium officio
eius deservit
sunt.*

curru rector, choragus in Comædiis exhibendis, præceter in choris, agonothera seu remunerator in obsecundis certaminibus, consul inter ciues, dux in exercitu, comes in suscipiendis propullandiq. periculis, hoc est in mundo Deus: nisi quæ aruanosum curisque innumeris implicitum videtur officii alicuius principem fieri: at Deo nec molesta est, nec onerosa imperii sui cura. Ceterum nolim mihi aduersari Medicis: aut grauate ferre Philosophos, quod in asserenda naturæ dignitate, ipsam ad fontem: suiq. originem referam: hac enim ratione omnia reducuntur ad essentiã primigeniam, totiusq. naturæ archetypum. Et quamquam late pateat naturæ vocabulũ, suoq. arbitrata secundarias quicq. definitiones comminisci possit, ad unũ tamen omnes reuocantur. Sic Medicis:

Natura est insita atq. innata rebus qualitas.

Natura est quatuor elementorum mixtura & temperies,

Natura est vis & propensio animi cuiusque.

Natura Philosophi est motus & quietis principium.

Natura est qua cuique formam dat speciosa differentia.

*Propria natura
est definitio.*

Natura est vis & causa effectrix, rerumque conseruatrici totũ mundo eiusque partibus infera. Natura (vbi propius rem ipsam designem) est dininorũ operum ordo & series, quæ illius potentia, illiusque verbis ac iussis obsequitur, ab eoque vires mutuatur. Harum omnium descriptio, & quotquot à viris disertis excogitari possunt, præcipua causa & origo ab æterna illa mente tanquam vberissimo fonte promanat. Quod omnium scire inter est ac permagni refert oblectare, animoq. penitus insigere, quo cuique magis innotescat summus rerũ opifex, illiusq. accendatur in mentibus nobilitas & amplitudo. Rerum enim conspectus, & naturæ contemplatio brutos est homines atq. à Dei cognitione prorsus alienos, modo ne desit aliqua sanioris mentis scintilla, in maximã admirationem Diuinitatis perducit. Sigdem natura rerum.

quæ

*Natura con-
templatio ad
Deum ori-
gitur animos.*

ignis immensa est, ac longe lateq; diffusa, quam nufquam non oculis ac menti se ingerat, mirifice hominem afficit, atq; in summi patris amorem ac venerationem dirigit. Nam si cui excutere libeat atq; atrente considerare, quis sit rerum conditau, quae aliq; ex aliis emergunt, decor & ornatus, quantaque arte, quo artificio, quam concinne atque affabre omnia elaborata sint & constructa, cunctaq; in hominū vltis necessarios, in oblectamentū ac commoditatem edita obseruet, quis illis affici non possit, aut eternam illā mentem non venerari aut suspicere, q̄ solius hominis causa ista exstare ac cōtinuato perenni; ordine ac serie subsistere voluit, non sine admirabili propagationis successu: Efficit haec natura praestantia, vt prater alios Antonius ille (qui ob Christianorum proscriptioes ac persecutiōis rabie, quae nullis nō seculis in crudescit atq; efferrata redintegratur, in solitudine secessit ac loca vasta, auita impedita, tyranniq; inaccessa incoluit) vnice se oblectaret naturae ac rerū contemplatione adeo, vt quum quidā ab eo sciscitaretur (nam omnibus se affabile praebuit, nec cuiquam responsa denegabat, vt terrici quidam) cur paucos ac prope nullos apud illū libros conspiceret: respondisse dicatur: haec mundi spectacula sic animi sui desiderium explere, ita mentē reficere, ac praebere documenta, viuendiq; praecipua atq; institutiones tradere, vt multorum librorum vicem suppleāt, nec magnopere eorum adminiculo indigeat Sariat enim aliquando librorum quamlibet amōna lectio, adeo vt mens assiduitate legendi lassescat ac defatigetur: quum naturae consideratio ea oblectamenta, has voluptates, tanta blandimenta atq; illecebras proferrat, vt nulla vnquam oboriatur sarietas aut fastidium. Adornant equidem scriptores culti Rhetorum coloribus ac pigmentis lucubrationes suas ac commentaria, appositiq; verbis rem illustrāt. Ac natura suae

Omnis hominis causa conlita.

Antonii Eremita de natura sententia.

Proderit cap. vlt.

mi opificis instrumentum, ac ministra, quæ ad quiduis elaborandum fingendumq; efficax est & appositata non ascititia varietate, sed genuina ac natua oculos mentemq. infatiabiliter pascit ac recreat. Quis vero naturæ solertiam, artificii, industriam, scite elaboratas stirpium, flosculorum, animaljū, reptilium, piscium, alitum species, omniumq. condiciones vires, effectus possit, vel exprimere vel explicare? Quis artifex aut architectus quamuis eximius, eas formas atq. effigies imitando consequi possit, quæ passim se proferunt atq. oculis humanis singulis momentis se se exhibent? imitatur quidem ars naturā, atq. hominum industria graphice quædam ad viuum exprimit atq. ementitur. Sic Conradus Gesnerus vit vt reconditæ eruditionis, ita indefessi laboris strenuam operam nauauit in illustrāda animalis omnis spirabilis que naturæ historia, cui præ cæteris palmam defero. Sic pleriq. alij in herbarum descriptionib. effingendisq. earum figuris, non postremā laudē sunt promeriti. Verum vt nihil non populare & plausibile ac laudem meretur artificiosa naturæ simulatio: sic omnia muta exhibit inanima, insipida, inodora, nullaq. vi atq. effectū prædita. Neque enim è linguis est, iners, ignaua, somniculosa, stupida, manimata natura rerum, sed viuida, alactis, erecta, suiq. ostētatrix, & qua sensibus suauiter blandjatur, sic vt contemplantem multa cōmoneat, multa edoceat, suisq. inuita mētis incitet atq. illicitat, adeo vt spectator minime otiosus non in ea solum conquiescat, sed ad illū mentem erigat, cuius virtute hæc omnia vigent & subsistunt. Ita in iis quæ oculis nostris exposita sunt, non solum naturæ artificium excellens quidem, & inimitabile spectari debet, sed Dei maiestas, amplitudo, decus, splendor, magnificentia, deniq. munifici patris erga humanum genus amor, & propensio. Elementa, cæli, ortus & occasus siderū, diurnæ nocturnq. vicissitudines,

Conradus
Gesneri
hæc.

Natura rerum
ad Deum
nos erigit.

tudines, quadripartita anni varietas, quæ duo æquis
 noctia vere & autumno, ac totidem solstitia æstate
 & hyeme complectitur, quorum decursu herba ex-
 solentur & deficiunt: suoq; tempore emergunt ac
 reuiuiscunt, quum multa indicent ac cõmonstrent,
 tum à morte ad vitam reuersionis ac reditus, quo suo
 tempore corpora per resurrectionẽ restituenta sunt
 in integrum, documenta præbent. Hanc naturæ vini
 mirificam David operum Dei admirator vnicus sub-
 inde effert in immensum, eamque vt par est, opificii
 asserit, cuius opera, quæ in terra conspiciuntur, quæ
 que in cœlo se præferunt miris laudibus exornat, solis
 disq; encomiis prosequitur, adeo vt attente, fixaq; cõ-
 templatione obstupefactus, exclamare cõpulsus sit.

*Rerum vicif-
 situdo quid
 inducit.*

Psal. 108.

Quam magnifica sunt opera tua Domine, omnia sa-
 pienter perfecisti. Inpleta est terra possessione rerum
 tuarum. Visa est etiam Ethnicis, quibus per exigua
 contigit rerum diuinarum cognitio, hæc naturæ cõ-
 sideratio fructuosa, mentiq; utilis ac iucunda. Sic Ci-
 cero in Academicis: nũquam ego Physicorum quæ-
 sitiones exterminandas censeo. Est enim animorum
 ac mentium naturale quasi pabulum, consideratio
 cõtemplatioq; naturæ, erectiores enim efficiuntur, ac
 res fluxas caducasq; despiciunt, mente & cogitatio-
 ne in cœlestia defixi. Indagatio ipsa rerum summam
 parit delectationem, ac mens amenissima cõpletur,
 afficiturque voluptate. Quidquid autem ipsa natura
 genuit, non modo animal, sed etiam quod ortum è
 terra stirpib; nicitur, in suo quoq; genere perfectum
 est. Quorum alia humilia sunt: nec altius se à terra
 tollunt, quædã in maximã altitudinem assurgũt, alia
 perpetua fronde virent, alia hyeme spoliata nitore
 ac pompa frondium, verno tempore reperfata fron-
 descunt ac repullulant, dennoque in stirpem emer-
 gunt. Nec est vlla res, quæ non ita vigeat insita vi,
 quin protuberante turgenteque semine aut flores.

Libr. 4.

Tuso ul. 8.

*Herbarum
 diuersi ma.*

*Animantes
nature in-
finitu du-
antur.*

aut fruges, aut baccas proferat, eaque solis calore ad perfectam maturitatem perducat, effectusque salubri imbuat. In animantibus quoque, quibus quum ratio desit, sensus attributus est, ipsius naturæ vis atque inclinatio perspicitur: alias enim naturæ peritas a quarum incolæ esse voluit, alias velucres libero cælo frui, alias reptiles, quasdam gradientes, nonnullas foliagas, pleraque gregatim volantes, ut sturni scilicet, milliarix, fringilli, passeræ, columba, immanes alias ac feras, quasdam cicures & mansuetas, ut omnia gallinacæ generis, & quæ domestica atque altitia dicuntur. Homo vero, cuius imperio omnia subdita sunt & subiecta, multo quiddam præstantius est confectus, nempe præter loquendi munus, rationem & mentem, animumque coelestis naturæ ac diuinitatis participem. Humanus siquidem animus excerptus ex mente diuina cum nullo alio quam cum Deo comparari potest nec ad vilius naturam referri. Quocirca homini entendum, ut quam proxime ad suam optime a surgat, illique assimilem se præstare affectet. Quum enim Deus cæteras animantes abiecit ad passum ac pabulum: solum hominẽ humo excitatum, celsum ac sublimem constituit, quo ad cælum ac domesticilli sui conspectum mentem oculosque erigeret, qua de re sequenti capite scribitur.

Hominis dignitas & præstantia. CAP. II.

*Homo præ-
stantum Dei
capitulum.*

Quum autem Deus Opt. Max. summo opere suscipiendus sit in rebus creatis, quæ passim obuiæ existunt, atque oculis mentique se ingerunt, tum potissime in homine mirifice eius elucet sapientia. Quicquid enim in mundo se proferat quamlibet concinne atque affabre factum, nulla ratione comparari componique hominis præstantiæ potest, adeo ut hinc præcipue sumi voluerit sui æstimationem Deus, suæque diuinitatis specimen exhibere mortalibus, hoc est, ex sua cuiusque mente, suique notitia perducere nos

voluit in cognitionem tantique opificis reuerentiam: *Mens homi-*
 nihil enim expressius representat Deum, quàm mens *neu Dei simus*
 hominis, qua ad imaginem ac similitudinẽ eius est *lacrum.*
 conditus. Est liquidẽ homo expressissimum Dei simu-

lacrum. Quamobrẽ ob externum in terrarumq; oracu-
 lum, atque amplissimas dotes *mirabiles* & di-
 ci meruit, quod in hunc cumulatiflime omnia profu-
 derit munificus ille rerum parẽs atque opifex Deus.

Huius enim causa omnia producta in lucẽ, illiusque
 vsui cuncta patent, ac sunt exposita. Quod ipsum a-
 gnoscit saltes regius, gratiã animi argumẽta profes-
 rens: Fecisti illum, inquit, paululo angelis inferiorẽ,
 imo propemodum vt Deum quandam gloria & ho-
 nore decorasti, illumque perfecisti operib. à te crea-

Tsalms.

tis. Hanc autem prerogatiuam etiam à mundi exor-
 dio obtinuit, adeo vt omnia, dũ vigent ac consistunt,
 homini sibi obsequiosa ac famulentur. Sic enim Ge-
 neseos primo omnium rerum principatum ac preses-
 suram Deus homini asseruit: Fructificare, multipli-
 camini, replete terram, eã subig'ite. & in pisces aqua-
 tiles, volucresque aereas, & omnes qui in terris mo-
 uentur bestias, imperium exercete. De mente autem
 quæ illi diuina est, & qua proxime ad Deum accedit,
 deque internis animi dotibus, ratione & intellectu,
 quibus belluis præstat, quum abunde scriptores alii,
 nec sit huius instituti, in præsentibus supersedeo. De
 corpore vero, quæque illi cognata sunt, ab eoque
 dependent pauca disseram. Illius enim excellens &

Homo mun-
di preses.

specabilis forma moribus animæ congruens atque
 accommodata, status corporis celsus atque erectus in
 cælum os sublime ac resupinatum, omnium partium
 ac totius symmetria, seu exacta commensuratio, et-
 iam ab Ethnicis atque à nostra religione alienis sunt
 de prædicata, adeo, vt mirari subeat nostrorum homi-
 num incuriam, qui aut nihil profusius scrutantur, aut fri-
 gide atq; escitater se ipsos naturæq; opera excutiunt,

Decor corp-
oris huma-
ni.

*David natu-
ra admira-
tor unicui.*

*Pfal. 138.
Davidis ex-
clamatio in
Dei admira-
tionem.*

*Tros in homi-
ne spiritum.*

*Qua res spiri-
tus ful-
siant.*

quum, David rex magnific. pressus fixusq; naturam
hominis contemplatus exfuscitari cepit atq; exat
descere in tanti opificis amorem atq; admirationem.
Sic n. tum alius, tū huiusmodi elogiis illum prolequi
tur: Celebrabo te Domine, q̄ mirifice sim formatus,
opera tua admiranda sunt, eaq; scrutatur & agnoscit
anima mea, non fuit tibi occultum vilius os meum,
quum formarer in abdico & quum miro artificio fins-
gerer in materni vteri latebris. Informem atq; inelas-
boratum foetum viderunt oculi tui, & omnia mem-
bra mea velut in libro penes te descripta erant, que
deinceps non nisi multis diebus formata sunt. Admi-
rationi mihi est scientia tua, qua in me formando v-
sus es, excedit illa prorsus captum meum. Quū enim
inquit, me totum excutio, quum corporis structurā,
animæ prassantiam, vim mentis sedulo expēdo, eaq;
ratione ac iudicio assequi nequeam, & maiest. tuam
veneror, & amplector munificentiam. Iam vero sinas-
mus paululum interquiescere formam illam specta-
tissimam, tum reliquas partes corporis. vifenda spe-
cie: inter quorum viscerum situm, naturalium facultat-
um potentias nervorum à cerebro ortum, ductum
arteriarum à corde, venarum ab hepate propaginem
consideremus, tum animæ facultates & potentias,
quib. ipsa suas functiones profert ac perficit: his acce-
dit spiritus ille ætherius caloris natur. his sedes ac ves-
hiculum, qui trifariam discriminetur, ac totidem lo-
cis discretus est, sic vt animalis cerebro, vitalis cordi,
hepatis naturalis sit ascriptus: hic cum nativo calore,
humoreq; nutritio, vtriusq; fomite corpus alit ac ves-
getat, atq; in exercendis actionibus vires suppeditat,
quam obrem non indiligenter tria hæc fouenda, in-
stitaurandaq; sunt somno, vino, alimentis, exercitatione:
ne: quæ tamen moderate adhiberi postulant, ne si vel
immodica sint, vel intempesiua, hominem à sede
mentis contingat dimoueri, multisq; ac variis affe-
ctibus duci.

Iguum

*Igneu est equidem vigor & celestis origo
 Omni homini quantum non noxia corpora tardant,
 Terreniq; habitant artus, moribundog; membra,
 Hinc metuumt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec auras
 Respiciunt, clausi tenebrū & carcere cæco.*

Ancid. 6.

Quibus Poeta quatuor animi perturbationes complectitur. quæ ex intemperantia orta mentem hominis turbulenta efficiunt atq; inquietâ, mirisq; modis exagitant. Postremo ad illa dirigamus oculos, quibus omnibus speciem præbent, formæq; præstantiam inducunt, hoc est, formandi figurandique fœtus artificium excutiamus, quod tale tantūq; est, ut quibus etiam à re medicæ alienus in eo excutiendo vires ingenii acriter debeat intèdere, huiusmodi enim res scire & perferutari cuiusvis interest, quum in se ipse verferur, atq; in sui contemplatione quiescat. Siquidem quum homo ex corpore & anima constet & constatus sit, ipsumq; corpus animæ sit instrumentum per quod actiones suas perficit, cui non summa esse debet vtriusq; partis cura & observatio: quis non vtriusque incolumitati optime consultum cupiat? præsertim quum alterum sine altero consistere nequeat: suasq; functiones & munia inoffense obire: Namq; alterius sic altera poscit opem res, & coniurat amicæ. Est quidem corpus pro tempore caducū & mortale, sed quū sit animi vas & receptaculum, illiusq; ministerio vatur. Deus id quoq; destinavit æternitati, ac per resurrectionis mysterium eiusdem muneris voluit esse particeps, nempe immortalitatis.

*Affectuum tyranni.**Consensus animi & corporis.**Hor. in art. Post.*

Naturalissimum procreare sibi simile, eog; reuerenter uti debent homines tanquam diuino munere, Deiq; instituto.

CAP. III.

Postquam Deus cælum ac sublunarem hūc mundum cōdidisset, omniaq; tā mirabili sapientia atq; artificio construxisset, ut nihil ad necessarios vsus, ad commoditatem atque ornatum declesset, vilis est

illi desiderari aliquis cui ista essent vsui, quiq; se his oblectaret ac fruereur. Itaq; completo perfecto que omni naturæ ornatu, hominem in mundum tanquā in tuam possessionem produxit. Illiq; nē vitam inamocnam degeret, in adiumentum ac societatem mulierem adiunxit, in seuitq; vtriq; vim amoris, ac procreandæ sobolis auiditatem, humore spiritiq; turgido. atq; organis idoneis ad eum vsum præparatis: Et ne alter alterius contactum exhorresceret, addidit illecebras, ac mutui complexus appetitionem, vt quum se inirent, suauiter illos affici, mirisque modis deliniri contingeret. Siquidem nisi omnis generis animantibus hoc esset natura inſitum, vt posteritati conſulerent; ac propagationi inſisterent, concideret ac collaberetur genus humanum, nec diu possent ſubſistere res mortalium.

Contingit
inſtitutio
à Deo.

Geor. 2.

Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;

Et genus aquarum, pecudes, pisces, vulceres,

In furias ignemq; ruunt: am̄t omnibus idem

Quid tuque in magnam cui versar in omnibus ignem

Sæuis amor n̄ m̄p̄ abreptu turbata procellis

Nescit natat caeca ferus, fr̄ta, quem super ingens

Porta tonat caeli, & scopala ista reclamation̄

Æquora, nec miseri possunt reuocare parentes.

Stimuli
Veneria
varii.

Quum itaque tam validus sit is affectus, tamq; indomitus, vt ægre possit coerceri (nec n. omnes suis cupiditatibus æque norunt moderari) indulſit homini Deus genialem legitimumq; thorum, vt saltem intra illius limites cōsisterent, nec vago se concubitu contaminarent, q̄ dono continentia sunt destituti Postquā igitur peccato concubitu, mulierē conceptu impleri contingit; magna subsequitur natura solertia in fouendo ac coagulando ſingendoq; vtriusq; sexus semine, quo statō tempore exactoq; nouē mensium decursu emergat dominator ille ac totius vniuersitatis decus homo, hanc spem dubiam ac rudimētum

Deus cur
coniugium
inſtituit.

natura hominē effigiare condiscens: appositissima
 similitudine expressit iob: Nonne sicut lac multissi-
 me & sicut caseum me coagulasti, pelle & carne cir-
 cumdedisti me, ossib. & nervis me compegisti, tu oq;
 beneficio vita mea subsistit: ac tua virtus fulcit spiri-
 tum meū. Huic affinis est sapientis Hebræi sententia,
 qua vita suæ primordia in hunc modū describit: sum
 quidem & ego mortalis homo similis reliquis, terri-
 genæ protoplasti soboles atq; in vtero matris figura-
 tus sum caro, 10. mensium spacio coalecens in san-
 guine, ex semine hominis ac delectamēto, subsequē-
 teq; somno. Idem quoq; & ego genitus hausi cōmu-
 nem aerē ac simili modo prodii in lucē, omniūq; ho-
 minum more plorātū edidi, atq; à lacrymis vitæ sum
 auspicatus. Ex quib. intelligimus cum in omnib. tum
 in excitandis ppagandisq; liberis omnia natura or-
 dine ac moderate instituēda, vt ex Hippocratis &
 Galeni sententia motus seu exercitatio cibū præce-
 dat, cibū sequatur Venus, somnus Venerē, qua exple-
 ta facultates naturales in elaborādo foetu partes suas
 obeū, ac lassitudo ex rōcubitu cōtracta obdormien-
 ti statim remittitur: adiuuāte simul somno cōcōctio-
 nē: somnus n. ad cōcōctionis celeritatē est adiumen-
 to. Cæterum quod generationis nostræ principia attri-
 net, magna solet agitari q̄stio. Cōferat ne semē ad fo-
 tus generatiōē mulier: An cōferat ad formæ simili-
 tudinē sexusq; discrimen virile robur? De effigie, for-
 mæq; similitudine primū mihi instituetur disputatio
 postmodū de muliebri femine, & quantum ad foetus
 procreationē conferat adiumentū. Ideo sum facturus
 accuratius quæ apud nostrates non desint lenē q̄dā que
 persuadere conantur foegitnis. q̄ minimum conferre
 ad generatiōē foetus matres, sed quantum gestationis
 rē dia obire, nouemq; mensū fatidā tolerare quasi
 conductitium vterum offerre viris, cui tāquam nauis
 oeratiæ suas merces inferant, suamq; tenuā depo-

Cap. 100

Sapient. 8.

Hominis
promordia.
qua.Moderate
omnia institu-
tuenda.Fœminis
mulierem tri-
buidum in-
procreatione
liberorum.

nant. Quæ persuasione efficitur, vt matribus erga sua pignora amor tepescat, omnisque humanitaris affectus, qui huic sexus peculiaris inesse solet, penitus exuat. Quas ego quavis infamia dignas potius depulso, quam patiar in vlllo honestarum numero cenferi.

Catamidiarum quid.

Quod si exēpla in has edenda sunt, catamidiari, hoc est, publicitus spectaculo esse merentur, ac contumelia probrisq; affici. His. n. impudendū q̄ nonnulla in suos inhumana sunt ac crudeles, suosq; foetus vel exponant, vel desertos patiantur. Quæ sauiore sunt ac magis feroces quam tigrides, leopardi, vrsū, panthera, aliæq; brutæ pecudes, quæ multum opera impendunt alendis fouendisq; foetibus: q̄ etiam in alite domestica gallinæ commonstrauit seruator, adeo vt animantia quæq; p̄ catulis suis dimicent, ac se periculo exponant, vitæq; discrimina illorum caussa animose adeant. Vidimus autem hisce vernis mensib. trecentarum ouium gregem, quum balantes foetus scapha è littore auectos, matrumq; vberib. auulsos, nō deterrita maris saxuitia, incredibili affectu prosequerentur, accedente Oceani aestu ad vnam omnes fluctibus oppressas. Quo exemplo commonitos velim, & documenta sumere improbos atq; inhumanos progenitores, qui aut nihil profus, languide & oscitater erga liberos, erga chara sua pignora assiciuntur: quum inertia mutaque pecora maturationi ac latienæ destinata non vulgarem affectum ac propensū animi testificationes erga suos proferant.

Matth. 19.

Ex animantibus natura vii perspicitur.

Exhortatio ad humanitatem ex animantium affectu.

De similitudine natorum cum progenitoribus. Et qua ratione, quæ foetus incedunt, infanti communicentur, muliarumque rerum formas ex matru imaginatione concipiunt.

Seminis effusæ in similitudinis ratione.

CAP. IV.

CONSTANS est apud Medicos, multisq; rationib. cōfirmata opinio, si mulier semen conferat affluētius, matri infanti assimilari: sin viro profluat exuberantius: patri, q̄ si ex æquo, pariq; mensura, ac colatis

latit

latis virib. contribuant, vtriq. affimilem esse vel parte vna patrem altera matrem referre: deniq. si in dextrū vteri sinum deriuetur, atq. è dextro teste promanet, caloris ratione marē profertur: si vero è sinistro atq. in læuā partem inclinēt, ob loci frigiditatē atq. humiditatem femellā procreari. Nonnunq̄ Lactantio teste, quum forte in læuā partem vteri virilem incidit, mas quidem gignitur: sed quia in parte, quę scēminis procreandis destinata est cōceptus perficitur, aliquid in se femiuiūle habet, supra quā viri decus pariatur vel formam venustam, vel nimīū candorem, vel corporis læuorē ac mollitiē vel vocem gracilem atq. exillem, vel mentū glabrum nullaq. barba decoratum, vel animū deniq. minus virilē: rursus si in partē dextram foeminei sexus semen defluerit, foeminam quidem procreari contingit: sed quoniā in aliena parte concepta sit, habet in se aliquid virilitatis, vltra quā sexus ratio permittat, vt valida membra, nimīā proceritatē, colorē, fuscū, faciem hispīdā, vultū indecentem, vocem robustā, animumq. virilē atq. audacem: quo fit, vt istiusmodi cōstitutionis mulieres excusso iugo imperium in viros exerceant, tantumq. sibi in administrandis reb. assumant auctoritatis, vt viris ne hircere quidem aut mutire liceat. Hęc autem & pleraq. alia, q̄ de similitudinis ratione adferri possunt, licet sint vero consentanea magnaque ex parte sic res euenire soleat: præcipua tamen effectus huius causā in tacita mulieris imaginatione consistere mihi videtur. Si qd. n. illa animo concipiat, aut in obuia quæq; inconniuenter desigat oculos mentiq; inprimat, ea plerumq. in fans in extrema parte representat. Sic inter amplexus & suauia si mulier oculos ac cognitionem in viri vultū dirigat, aut quem aliū præsentum imaginetur, huius effigies in foetu solet elucere. Ea si quidem est imaginaria facultatis vis & potētia, vbi mulier fixius quid intuetur, vt simile quiddam conspectis emoli-

*Libro de Opti-
fic.*

*Lactantii
sententia de
similitudinis
ratione.*

*Virago vnde
nomen sortis
ta.*

*Mulier qua
magis impa-
riosa.*

*Imaginatio
mulieris
quid volun-
tur.*

atur, adeo ut infanti varias rerum formas induci rō
tingat, ac naos, lentiginis, lituras, verrucasque im-
primi, quæ non facile elui possunt, aut emaculari. Sic
nostrates matrona ex leporis obtutu infantes edunt
labelle supremo bifido ac bifurcatim dissecto. Similit
ratione nonnulli simis existunt repandisq. naribus,
ore d. storto, labris indecore prominentibus, toto-
que corporis habitu deformi, quod mulier conce-
ptus ac gestationis tempore, oculis totaq; mente ac
cogitatione in monstruosas quasdam species fuerit de-
fixa. Tale quiddam in reliquis animantibus elabora-
re solent nature artifices obiectis sub ipso conceptus
n. omento variarum rerum coloribus. Quo strata-
gemate astuq; usus iacobus, cui postmodū israel no-
men inditum, passim stratis obiectisq; virgultis, qui-
bus cortices ademerat, maximam gregis partē quum
se inirent, maculoso regmine, varioq. ac versicolore
velle re praestitit. Sic p. d. uratas alites, sic canes equos-
que scutularos ac gattatos perficimus. Quod nature
artificij, omnesque similitudinis rationes ac causā
fas exactissime expressit his propemodum verbis Pli-
nius: Similitudo in animo mentiq. est reputatio, in
qua multa creduntur fortuita pollere, visus, auditus,
memoria comprehensit hausta que sub ipso cōceptu
imagines, tum subito oborta eniūq. rei cogitatio ef-
fingere similitudinem, formaeque miscere creditur,
hinc alios auorum, alios patrum, plerofq. autem cog-
natorum effigiem ostentare. Ideoque plures in ho-
mine, quam in reliquis animantibus d. ferentia se
discrimina, quoniam cogitationum velocitas, ani-
mi que celeritas, atque ingenij varietas multiformes
notas imprimit, quum ceteris animantib. animi fe-
re sint immobiles stabilesque atque in suo cuiq. ge-
nere similes. Quo fit, ut mulieris imaginatio alienam
formam, atq. alioquin effigiem infanti inducat, postq.
in parte gigantei similē, sic mulier quæ dā quam ex-

*Leporina fff
sag. Labra
v. d. c.*

*Arte muta-
tur spe. res &
color. n. m. i. a.
rium.*

Genes. 30.

I. b. 7. r. 12.

*Pl. ni. senten-
tia de similit.
induitur ratio-
ne.*

tra legitimum thorum se alteri prostituisse, metuens ne in opinario subitoq. mariti interuētū opprimere-
tur exactis nouem mensibus infantem enixa est non
adulteri, cuius facti uo uia erat concubitus, sed ablen-
tis mariti proflus similem. Qua de re exultat perquam
lepidum Epigramma disertissimi uiri Thomæ Mori;
quod quom huic argumento mire congruat, non
grauabor ad scribere:

Quod ante conuinx quatuor
Natos Sabine protulit
Multum ecce dissimili tui.
Tui nec ipsi deputas.
Sed quem tibi puellulum
Enixa iam nuperrime est,
Solum tibi similem.
Pro quatuor complecteris.
Adulterinos quatuor
Vocas, repellis abdicas.
Aiqui gratis tradunt Sophi,
Quod licet, matris interrim
Imaginatur fortiter,
Dum liberis datur opera,
Eius latever & notas
Certa & uide ebilet.
Modos inexplicabili
In semen ipsam congersi

Quibus recepti intime,
Simulq. con crescentibus
A mente matris insitans
Natus refert imaginem.
Quom tot abestis milibus,
Dum gignit uxor quatuor,
Quod esset admodum tui
Secura dissimiles parit.
Sed unus omnium hic puer
Tui refert imaginem.
Quod mater hunc dū conatipio
Sollertia de te parit immo
Te tota cogitauerat,
Dum pertimescit arxia.
Ne tu Sabine incommodus,
Velutq. lupus in fabulam
Superuenit ci interrim.

Thomæ Mori
lepidum epi-
gramma.

Similitudo
nemini proiū
asserit.

Quo fit ut inefficax sit argumentū, ac proflus inua-
lida, parumq. firma asseueratio, quæ indefinando
parente ex similitudinis ratione sumitur. Neq. enim
naturæ lex, aut publicis orbis consensus, ob similem
formam atq. effigiem cuiquam prolem addici pati-
tur. Cæterum quod ad ingenia, ad mores, ad studia,
animiq. propensiones attinet, quotidiana exempla
demonstrant, liberos, ut quibus omnis vis animi ac
vitalis spiritus ex facultate feminis est infusus, pari
propemodum esse conditione cum progenitoribus,

eandemq. cum iis naturam sortiri. Verum hac in re plurimi cetero intensius aut remissius. ut Venerea affici, illiq. incumbere. Sunt enim pleriq. minus salaces, minusq. feruidi, & qui non magnopere hanc momachiam, hoc est, singulare certamen expetant, imo hoc instamē detreſcent potius: hi quo vxoribus gratificentur, eaſq. pacatiores, magisq.ue commodas experiantur, penſum conuebitus, ſen debitum, vt Paulus vocat, perſoluunt quiddē, ſed languide & oſtitanter. Quo fit, vt foetus à parentum natura ac moribus, inſtraq. generoſitate deſiſcat, atq; hinc ſapienter aliquando ſtupidos atque meres, parumq. ſanz mentis liberos procreent, quod huiusmodi voluptatibus non magnopere afficiantur. Quū vero progenitores in Venerem incaleſcunt, ardentius, ac cum voluptate affatimq; conferunt, plerumq. euenit, vt liberi eodem mores ac ſtudia, moruſq. animi ac geſticulationes exprimant, parentumq. indolē repræſentēt, Vn alites eandē cum parente naturam ſortiuntur, eundē in pennis colorē referunt: ita liberi progenitorū mores exacte exprimunt, eademq. cum iis ſunt naturæ eſſentia. Sic quæ parētū ſigna genitiua impreſa ſunt, eadem filiis in eſſe conſueuerunt. Si quidem ex Horatii ſententia, Carminum lib. 4. ode 4.

*Fortes creantur fortibus & bonis. Virtus; nec imbellem ſrocu
Eſt in inuēto, eſt in equi patris. Progenies aequis columbā.
Et quoniam inſtitutio naturæ dotes perficit, atq; exores corrigi, vitiaq. eximit, commodum adiecit:*

Doctrina ſed vim promouet inſtam.

Reliquæ mores peſſora roborant.

Chremes quoq. Terentianus ex materni moribus filium aſſumat. Sic enim cum Soſtrata Heautontimomenos Actū 4. Scena 1. rixatur.

Is quod non eſt conſimili moribus.

Conuincet facile ex te natum; tuſimili eſt probe.

Nam illi in l'viti eſt. ſiſtum, quin itidem ſit tibi.

Teum præterea ſalem, niſi tu, nulla pareat ſitum.

B. Cor. 6.

*Sapientes;
cur aliquam
dy ſultor
procreant.*

*Simile ab,
aliſibus.*

Et quidem ita natura comparatum est, idque magna ex parte usiueneri videmus. vt filii sint paternorum morum & mali, patrumque vestigiis insistant, sic vt plerique scelerentur a leas, scorta, popinas; nonnulli tamen parentum industria atq; educationis beneficio ad summam virtutem emergunt, ac ad optimam frugem se conferunt. Quamobrem sedulo cuiq; elaborandum, vt ita affectibus moderetur, vitæq; cursum ac vitæ rationem instituat, ne vel sibi quicquid incommodi inferat, vel aliquo vitio suos contamine. Siquidem ex patris semine, materniq; sanguinis profuio atq; affluxu multa ad posteros solent deriuari. Eadem enim vis & natura, quæ parentum semini inest, in natos diffunditur ac transfusatur. Sic ex Cautulli sententia,

*Mali corus
mali quum.*

Natura sequitur semina quicquid sua.

Quam autem semen ex præcipuis partibus defluat, omniumque membrorum in se naturam viresque complectatur, fit vt quæ vitia vili parti inhaerint, ea hereditario iure proles fortiantur. Sic qui etephāriasi, quæ vulgo lepra dicitur, epilepsia podagra, chj ragra, morbitque aliis cōtagiosis sunt inquinati, illi dem vitii suos imbuunt. Et quoniam maternus sanguis præcipuū fit foetus alimentum, & foecundaria procreationis origo, plerunque euenit, vt plus la- bis ex matre contrahant; siue corporis habitum, siue animi mores spectes. Sic improbe apud nos, temulentæ ac stolidæ liberos producant sibi prorsus affimiles, vitiiisque maternis affines. Materna autem macula plus officit liberis, quam paterna. quod ad expugnatam pudicitiam, aut commaculatam gentilem legitimumque thorum attinet, vel ob-
bibendi consuetudinem ac temulentiam aliamque improbitatem spectat. Nam si vir aut adultus iuuenis nulli addictus, nec coniugio alligatus, ex puella quâda prole fusciter, id laudè propemodū meretur,

*Parentum
morbis ac vi-
tia in proles
redundant.
Ex m. Lore
maior mali
pars in natos
deuoluitur.*

non vituperium: quum vulgo dicitare soleant, tuto huiusmodi homini posse elocari filias, nempe non in foecundo aut effæto, nec deplorata sterilitatis, vt quiam specimen ediderit progeneranda sobolis: quum femina aut puella nubilis maturaq; viro, si id faceret, aut tale quiddam admittat, vbi vri aut prurire ceperit, illam exiustimationis iacturam hoc pudicitia detrimentum patitur, vt vix cerdo infimaq; fortis homuncio se illi addicere sustineat, aut fitale quiddam aggre diatur, confectum profuiti corporis vitium exprobratur. Ita vbi semel pudicitia vli virguncula excussa est, atq; expugnatum virginalè claustrum, abditaq; embelia referata sunt, nunquam ea labes ac macula elui potest, nunquam hic hiatus refarci. Si quidem, vt is ait;

Nulla reparabilis arte

Lesæ pudicitia est, deperit illa semel.

*Embelia in
gressu se
creior, ab
immitten-
da.*

Ecclef. 7.

Quo spectat illud Plauti in Amphitruone: Non ego illam dotè duco esse, quæ dos dicitur, sed pudicitiam & pudorem, & sedatum Cupidinem, Deum metum; parentum amorem & cognatum concordiam; Quapropter præter alios sapiens ille Hebræus studiose commonefacit progenitores, vt vigilanter prospiciant filiarum suarum pudicitia æque honestati, ne illas consuetudine improberum contaminari contingat, aut vliam maculam concipere. Est enim is sexus natura fragilis, atque ad ruinam propensior. Quam itaque plurima sint, quæ moribus vitæque integritati officiant, nec minus rara quæ effigiem formæque corporis denonciant, danda cum primis opera, ne quid incidat, quod animû deprauatis moribus, corpus monstruosa aliqua specie posset deformare. Et quoniam corporis species formæque elegantia omnibus grata acceptaq; est, accurate obseruanda sunt, quæ ex naturalium causarum progressu, formæ gratiam vel conciliant, vel adimunt, Ea quum

in muliebri imaginatione, atq; iis quæ foris obueniunt potissime consistat, emittendum, ne quid illi seculi vertetur ob oculos, ne qua obrepat absurda cogitatio, quæ in elaborando fingendoq; foetu aliquid adferat detrimenti. Si quid enim aliunde mali ingruat, si quis incidat terror aut ex re obuia trepidatio, confestim omnis affectus & consternatio in foetum decumvit spiritibus naturalibus atq; humoribus conuersis, toraq; muliebri facultate in tale quiddam effigando occupata. Vehemens siquid fixaq; cogitatio dum rerum species vehementes mouet, atque identidem versat, formam figuramq; quæ assidue imaginatione reuoluit, foetui imprimat, atq; illi rei cogitata figuram inducit. Spiritus enim interni atq; humorum affluentia rei excogitata pingit formatq; imaginem. Nec vero temere aut ex nulla causa est, quod nonnulli enormi sint corpore aspectu toruor atq; inamæno, protuberantibus inflatisq; buccis, ore distorto, risuq; indecenti, quum hæc eo eueniant, quod grauida huiusmodi spectra ac simulacra cogitatione menteq; conceperint, aut oculis intentius in illa fuerint delixæ. Sic nihil mihi æque improbari solet apud lasciuiores mulierculas, quam quod catellis stratisq; sese impensius oblectent, quodq; illos sinu gestant, fouent demulcent, basiant. blandeque contrectant. Horum enim consuetudine & aspectu natura foeminarum imperfecta, nescio quid alienæ formæ animo menteq; concipiat, ac foetui in amabilem minusq; speciosum vultum affingat. Sic apud Belgas catelli quidam Melitarii delictis habentur Heroinis, Camusii vulgo à naribus dicti, pusillo corpore, colore niueo, naribus medio firmis ac depressis, pinna eorum resupinata, cauda non in alium reflexa, vt in ignauis canibus, quos hybridæ vocat, sed erecta atque in sublime falcata oculis mire patulis, ac protuberantibus, vtrinq; lippitudine vitiatæ, fractis

Mulier gestans vitia affectibus exposita.

Vnde corporu d'formitas.

Catelli Melitarii.

eneruatisq; cruribus ac circa pedum suffragines re-
 pandis, postica vero corporis parte glabra, & quam
 nulli pili conuectunt sic ut podicē indecenter con-
 spiciendum praebant, eiusq; rei causa spectantibus
 subinde obuerant. Hoc animalculū, quoniam mem-
 bris moribusque ridiculū est, multa; obtinet, quæ
 gignentis natura in se quoque posset transformare,
 ablegandum cenfeo, ne quas impragnari contingit,
 aliquid deformatitatis ascescant. Hanc autem mon-
 itrosam formam membraq; tam deformiter distorta
 non sunt natura nacti, sed hominum opera, qui ca-
 ueolis includunt, subductoq; alimento cogunt gra-
 uilefcere, quemadmodum virgunculis, vt est apud
 Terentium cibum subtrahunt, quod reddunt iuns-
 ceas, ne si qua paulo sit habitior, athleta videatur. Sic
 circumforanci circulatores iuenculis membra in-
 torquent, quo in obeundis saltationibus sint agilio-
 res. Nuper nebulo quidam oppidatim spectandum
 obtulit infantem inuilitatæ magnitudinis, capiti reli-
 quis membris non correspondentibus vlla propor-
 tione. Quod vitium ubi ex morbo contrahitur, non
 arte ascitum, vt hoc erat, hydrocephalon Medici vo-
 cant ob caput scilicet a quo humore turgidum. Hu-
 ius quum picturā modo spectasset grauida quædam,
 tam in solito spectaculo attonita, exacto gestationis
 tempore; non sine vitæ discrimine infantem edidit
 fungoso, stupendaq; magnitudinis capite; cui hoc
 etiam accessit mali, quod inter nutricis amplexus
 magis magisque extumesceret, atq; ad molē insignē
 protuberaret. Quod mihi quæstæ est mulier oblato
 puero, cuius quum caput hinc inde prementibus di-
 gitis leniter contrectarem, puluui more subsidebat
 modo cutis, modo assurgebat. Huiusmodi autē spe-
 ctacula non prægnantibus modo sunt euitanda, sed
 omnibus etiam, quibus horum conspectus & ima-
 ginatio nocturnam quietem possit vel intercipere,

*Mulieres
 immodice
 canibus affi-
 ctuntur.*

*Rei gesta e-
 narratio.*

*Hydroceph-
 alon quale ca-
 pitis vitium,
 vulgo Bol-
 hooft.*

vel

vel turbare, quod fere vsuuenire solet pueris, agros-
 tris, seniculis, melancholicis: quibus tamen monstri-
 ficus rerum aspectus minus incommodat, quā mu-
 lierculis, quā oblati huiusmodi simulacris simile *Vnde pueris*
 quiddam in vtero effingunt, ac moliantur. *Quum n. nota impr-*
 omnes vires ac naturales facultates tota sint in for- *mantur, &*
 mando fingendoq; foetu, fit vt muliere aliquo malo *deformis*
 percussa, omnes humores ac spiritus ad ima feratur, *species.*
 atq; in vteri secessum confluant. Quibus quum acce-
 dit inhaerens penitusq; menti infixā conspecta rei
 imaginatio, vis ipsa quae formationi insistit, eā formā
 ac speciem quam animo concipit, effigiat; ipsiq; *Proverbiis*
 tui inducit. Neq; enim temere est, quod dicitur, ima- *vulgare est*
 ginatio facit calum. Simili ratione si forex, arulus, *imagina tibi*
 mustela, aut tale quiddā inopinato corpori insiliit, *ne desumo*
 aut fragat, corna, cetafa, bacca, yuaq; acinus illi parti *in m.*
 incidit, confestim notam imprimi contingit illiq;
 membro huiusce rei imprimi vestigia: nisi forte mus-
 lier in ipso momēto, quo haec corpori ingruunt, subi- *Quando m*
 to absterfo membro, postica, aut remotiori parti cor- *lit ex facie*
 poris manū admoveat. Quo facto confestim auerti *in femora*
 tur malum, aut contacto parti nota infigitur: tota *aut nates,*
 imaginatione ac facultate naturali eo conuerfa. *notas tramo-*

De absurdo pragnantium appetitu, atq; insatiabili veruno de-
siderio, quibus si contingat frustrari, periclitantur.
 serat.

CAP. V.

Superioris narrationis series exigere videtur, vt de *pica mor-*
 pragnantiū malacia, rerumq; insatiabili appeten- *bis, vulgo*
 tia pauca disserā. Quandoquidē in simili fere ratione *crembde*
 haec ipsa cōsistunt, Circa tertium à cōceptu mensem *just.*
 vitium grauidas infestat, Graecis kitta. Latinis pica di-
 ctum, in quo ob vitiosos frigidosq; humores, atq; a-
 cidā pituitā, quae ventriculus imburus est, carbones,
 putamina, cretā, testacea, aliaq; esui inidonea, a uide
 cōcupiscunt. Quod malum potissime inualefcit, quā

¶

infanti crines erumpere incipiunt, ac semellam gestant. Si quidem ob caloris penuriam, humores pituitosius minus concoquuntur, quo fit, ut flatus crebrius, ructus ac fluctuationes feminas molestant. Hinc affinis mulierum malacia, seu mollietas, cui viri etiam ac febricitantes plerumque sunt obnoxii. Prægnantes autem quæ hoc vitio tentantur, tam inæplebili tenentur reialicuius desiderio, ut si denegerent, aut potiri nequeant, cum se tum fortum in præsentaneum vitæ discrimen adducant. Id malum Belgicæ nationis matronas magna ex parte corripit; quod sint humentis

*Humida
mulieres exoticas appetunt.*

*Res gesta
narratio.*

frigideque natura, ac pravo nutrimento alantur. Non defuerunt nostræ memoria, quæ conspecto viro quodam thorsoso, ac corpore succulento, morsu huius appetere arros. Quod ipsum cuidam grauide, quæ illius desiderium exleret, & ne quid incommodi accideret, haud grauari admisit: itaque illa dentibus partem auulsi, crudamque paululum modo mandibulis confectam deuorauit. Illa vero nec dum satiatæ iterato id tentauit, at vir illam repulsi, nec denuo in corpore suo pati lanienam sustinuit. Quæ confectum mortore rædioque affecta, parturire occipit: ac quum geminos gestaret, alterum viuum, alterum quod eodem pulpaimento frustrari contigerat, mortuum edidit. Huius non aliam mihi ratio excogitari posse videtur, quam quod contracto mortore mulieris animo spiritus vitales imminuatiq; humores fortui alendo destinatos alio auerti, nec ad vterum deferri contingat, sicut infans alimento, quo illum mater expleri voluit, destitutus vel elanguescat, vel emoriatur.

Mulier prægnans in comestum sensum ex degenere edulsi.

Quum enim meatus & conceptacula per quæ derivari dirigiq; commearus in vterum solent, occludantur, frustrari alimento insantem est necesse, ac vita priuari. Quod si prægnans valida sit natura, suisque affectibus obistere norit ac mederi, non omnino extinguatur, sed valetudinariam infantem esse contingit.

git. Ex his abunde perspicitur, quid efficiat mulieris imaginatio, quid rei obiecta ac mente concepit desiderium in formando fingendoq; factus corpore. *Egrotis quando in edulsi gratificandum.* Quamobrem non præter rationem artis mihi facere videntur, qui minus rigidi nonnullis licet aliena appetant, nonnunquam admittunt, modo ne magnum detrimentum corpori sint allatura; tali enim victus ratione aliquando diuturnos chronicosq; morbos discutimus. Sic ubi ægroti longis morbis conflitantur, non admodum difficilem aut refractarium præbere me soleo in iis admittendis, quæ summa auiditate ac quodammodo blandimentis, tum vel ut precario exposcunt, cum impense ea cupiunt, magnaq; alacritate atq; auide assumunt, vt excitato calore naturali, insititq; facultatibus irritatis atq; excitis, concoqui infixos corpori humores contingat ac meatibus reclusis dissipari. Itaq; ex Hippocratis auctoritate nonnunquam ægrotis gratificari studeo ad eas que muscare ac conuincere, quæ non magnam noxam corpori inferant. Siquidem (vt is ait) paulo deterioribus & potus, modo suauior, melioribus quidem, sed minus suauibus præferendus. Quæcumq; enim spidiora sunt, palatoq; gratiora, & facilius concoquuntur, & plus alimenti adferunt, quæ auide, summaq; voluptate ea ventriculus impletur. Sic noui qui ex haloculis, quas arengas nostri vocant eradis etiam, recensque mari exemptis, quartanas, erraticasq; febres discusserunt. Sic in deploratis morbis, qui, ad summum prauitatis adaucti sunt, auidam illam appetentiam non magno opere formido: neque enim in illis admittendis, quorum flagrant desiderio, me aut contentiosum, aut obstinatū præbeo, sed adhibito delectu præscriptaq; vtendi ratione ac modo, eatenus hæc illis admitto, quatenus non offectura valetudini confidam, morbumq; expugnatū iri coniectam: huiusmodi enim acrimonia, edendiq; cupiditate acuitur atq; exstimula;

*Lib. 2. Ap
phorif. 38.*

Auidit as omnia sua via.

*Morbos ex
pugnari ci-
borum non
nullorum de-
siderio:*

tur naturę vis & potentia paulo ante sopita colle-
ctisq. viribus morbum impedit a lacrius. Sic morbum
morbos, vt clauum clauo retundimus, maloq; nodo
malū adhibemus eunem: quod ipsū nemini abs-
urdum videri debet, cum in quibusdā morbis febrē
sponte excitemus, qui alias futuri erāt deplorati. Sic
nouī qui ex subito hostium incurſu, incusloq; inopi-
nato timore quartanam depulerunt. Sic apud nos
morbos popularis, qui aliquot milia abſorſerat, ex-
orta repentina Oceani inundatione, confestim con-
sileſcere, prorsusq; ſauire deſtitit. Inguente enim ex-
terno aliquo tumultu, humorū collectiones diſſipa-
ri, ac morb. oborta critica euacuatione miſceſcere, ac
ſedari contingit. Atq; hinc eſt, q̄ hydrophobos, hoc
eſt, qui ex canis rabidi morſu & aquā appetunt & re-
formidant, inopinato ſubitoq; impulſu aquis im-
mergimus, ac metum metu diſcutimus: non nullos
frigidis morbis oppreſſos irritamus, atq; vt incandes-
cant, efficimus: quo excitato calore natiuo crudi
frigidiq; humores concoquantur, ac natura ad ex-
pugnandum morbum incitetur.

*Morbum
aliquando
morbo expu-
gnari.*

Semen conferre mulierem, totius operis eſſe conſortem.

CAP. VI.

*Feminis non
deſſe ſemen
ratione con-
ſiſtitur.*

Quamquam virile ſemen cum primis efficaci agentis,
ſemen tamen conferre mulierem, atque efficaciter
procuratori foetus adminiculari, ſolidis rationibus
commonſtrari, validisq; argumentis continci poſſe
video. Primum fruſtra illis indita forent vaſa ſemis-
naria, teſtesq; annexi genitales, ſi excremento ſemis-
nali deſtituta mulier, quam minimum conferret,
prorsusq; eſſet aſymbola. Cum autem nihil temere
natura ſit molita. neceſſe eſt ad ſeminis vſum ac pro-
pagandi facultatem fabricata eſſe, ſuiſque ſedibus
ac locis collocata, cum teſtes, tum ſeminis conceptus
cula,

cula, quorum vis ac natura est spermaticam fecundā ac prolificam suppeditare. Nec ad id eouincendum quicquam adferri potest validius quam q̄ obseruamus magnos suboriri morbos, & quaq; excitari mulierculis symptomata, nisi semē concubitu irritatum p̄stuar. Multas siquidem videre est tum viduas distinetas. Veneri, tum virgines nūbiles, matursq; viro, vbi ferius ad cōnubium expetuntur. erumpentibus etiamnum flato tempore mensibus, animi deliquio, atq; vteri strangulatione acerbissime inuestati. Equidē omnib. hoc persuaasum esse cōuenit: plus detrimēri naturā inferri ex viciati seminis, q̄ menstrui fluoris suppressione. Nam semen corruptū virus contrahit, ac veneni qualitatem asciscit: hinc giluius ille, ac mustelinus virguncularum color vbi vri, ac prurire incipiunt: hinc crebra suspiria, cordisq. tremor & palpitatione expultrice scilicet facultate ad excretionem turgentis humoris incitata. Quod sitates seu viduas pruriginosas, seu p̄cedionis aratis virgines cōnubio destinari cōtingat, ac semen subdito virili pessulo elici, in vsumq. procreandæ sobolis depromi, p̄tinus illas efflorescere videas; ac faciem roseo nitidoq. colore perfundi, blandas deniq; atq. amabiles, minus que tecticas ac morosas, præsertim vbi viros natæ sunt qui valenter munus suum obeunt atq. officio cōnubiali strenue perfunguntur. Et quanq̄ in his nō consistat legitimi thori societas, nulla tamēre magis deuinciri perspicimus hunc sexum, quā si vir hac in re sepius vxori obsequatur. Sic enim omnia pacatio- ra sunt in adibus, nullēq; ingruunt in temperiæ, nulli tumultus, nulla tempestates. Alioq̄ si rarior sit cōcubitus, aut vir in præstanda opera pensoq. absoluēdo languescat, omnem rerū domesticarū ordinē in uerti videas, omniaq. sursum ac deorsum misereri: adeo sunt auidē huiusce voluptatis nō nullē, vt lassari citi quā satiatū queāt. Quē mihi potissima cā vifa est.

*Semini co-
hibitis nota.*

*Virgines itē
pessine ilo-
canda.*

*Puella ma-
ritata reni-
sunt.*

*Mulier come-
cubites usuro-
da.*

quod mulier in congressu, mutuoq; amplexu semen conferat, & viro plus voluptatis concipiat. Cū enim natura comparatum sit, vt genitalis seminis excretionem propter turgidi spiritus eruptionem, neruorumq; ventiginem, ingens comitetur voluptas, ipsaque mulier geminum munus obeat; atque viroque modo patiatur (elicit enim virile semē suumq; cum

Semina virum ut mater in forma appetit.

Cur fore proles matri affinis;

Lib. 2. de sem.

Simile à sanguine & colonis indistincta.

Cur proles matri affinis sit.

Matth. 21. Hier. 32.

eo commiscet) verisimile est illam plus gesture, ac voluptatis concipere, perfundiq; affluentius. Quo fit, vt proles matri sit plerunq; quam patri eontormior, quod vires maternæ excuberantius illi sint impressæ, argumento quod mulieres infantes diligant impensius, iuniorq; studio erga illos afficiantur. Si quidem prater seminis excretionem, etiam sincerissimi sanguinis scatebra, atq; irrigatione toto gestationis tempore foetus alitur atq; augetur. Itaque Galenum in ea esse sententia comperio, vt foetum plus paulo à matre suscipere, quam à patre censeat: ipsamq; speciem, sexusque discernen ad mensuram sanguinis affluentiam refert: similitudinis vero rationem ad seminis vim ac facultatem. Vt enim stirpes plus consequuntur ex vberitate soli, quam à coloni labore atq; industria: sic infans omnia vberius à matre accipit. Primum enim vtriusque semina vteri calore foueri contingit accingebari, deinde sanguine materno adolefcere taciteq; ac sensim incrementa suscipere. Hinc maxima amoris vis infantibus erga matrem propter sympathiam, hoc est, consensum, ac naturæ cognationem, quodque cumulatius maternæ vires illis sint indita. Similiter matres toræ sunt philoflogæ hoc est, indulgentiori affectu erga teneram atatem, quam partes, qui plerumque seueriores sunt, magisque rigidi. Quod designari puto ab Evangelista, cum matres inducit Rachaelis nomine deplorantes infantium suorum calamitatem, tantumque in animo concepisse vulnus ob filiorum orbitarem.

ob desiderata, extinctaque, tam chara pignora, vt nulla blandimenta, nullaq; lenocinia, aut verborum solatia admiserint. Nihil enim ex Esaiæ sententia natura legibus repugnantius, quam quod mulier in fantis sui oblivionem concipiat, exutoq; materno affectu ac pietate, erga vteri sui filium sic in humana vel leuiter affectuatur. Ceterum videmus & patribus suam non deesse propensionem, affectumque naturalem illorum quoq; mentibus inidere, verū serius se is in natos exferit. Siquidem adulus illi magis afficiuntur ac rum demum illorum rebus prospiciunt, commodilque consulunt, dum ipem aliquam de iis concipere incipiunt, matres vero infantia potius miserescunt, & quia ab alieno, externoque subsidio ea atas dependet, est studiosas, pauloque maiori cura illam fulciant, eiusque tutelam suscipiunt, minus rigida magisq; exorabiles, quam patres. Huius rei causa toties ad remunerationem, ac mutui officii vicem sacri codices inuitant, quam ciconiarum exemplo progenitoribus debent liberi, multūque locis gratitudinem atq; hospitium exigunt. Patrem affectum videre est in gallina, qua pullos, quos fouit, impensis amat: & quamquam galus ovis eam vim, qua animantur, indidit, nulla tamen cura tangitur, nullo erga pullos affectu ducitur. Quod autem vterque conferat, ex gallinarum ovis experimenta capimus, nam & gallinæ citra galli operam oua pariunt, at illa si fouere contingat gallinæ subdit, putrescere citius quam animari: cū oua à gallina edita quam gallus subegit, post vnde uigesimum ob incurbitudinem alites proferant, adeo vt pipiant etiā antequam testam aut putamen rumpi contingat. Hæc igitur ratio matrū gestatio, qua anni dodrantem purissimo sanguine foetum alunt ac nutriunt, amor deniq; erga recens editum infantem, tum similitudo matri plerunq; conformis ac concolor, euidem,

Cap. 49.
Cur mulier
quam uir,
erga natos
propensior.

Math. 23.
Cicoria pa-
rentibus af-
ficiuntur.

Gallina ovis
cubatio.

*Mulieres
non seges in
elaborando
sunt.*

ten euincunt semen conferre mulieres minusque otiosas esse in elaborando formandoque foetu, quam viros, qui in gesto semine, expletoque concubitu, subducunt sese, ac nullam mulieri praestant operam, nullum adferunt in perficiendo foetu adiuuentum, cum interim in tanto mensium decursu, multa effingere atque elaborare debeat vteri muliebris facultas penitusque necesse est.

AENEID. 6.

Mul. a d. u. concreta modis inolefecer miru.

Vnde species sexusq; animalu, hic est, vtri acceptam ferre conueniat, virone an mulieri, masculi vel femella procreantur.

CAP. VII.

*Deus precia
sua facun-
ditate cau-
sa.*

Quamquam totius vniuersitatis opifici omnia merito ferantur accepta, multa tamen fiunt ex natura decursu, suoque ordine incedunt, atque in isto motu ferantur. Horum omnium cum Deus sit auctor, ipse pleraque immutare solet, atque rerum ordinem & seriem inuerrere, contraque naturæ legem alia forma ac specie nonnulla producere. Verbi causa, Mulier masculæ prolis auida, in Deum sua vota dirigit fatigatque precibus atq; efflagitat, vt virilem sexum concipiat, cuius supplicationibus Deus annuit, illiusque votu acquirat, atq; obsequitur. Exemplo res erit testator, Sara prorsus effæta, & cui iam pridem menses subliterant, ex Abrahamo gratando prouecta, que ætatis, Isaacum cõcepit, in quæ Deus totam posteritatis spem sitam esse voluit, omnesque nationes auspiciatum hinc habere salutis asserta que libertatis initium. Anna eidem mœrore, tandemque sterilitatis confecta, cum precatur assidue ac fecunditatem exposcit ardentius, Samuel è Deo extorsit. Elisæ quoque officiosa sedulitatis hospita ad prophetæ preces filium consecuta est, quem etiam mortuum ad vitam postliminio reuocari contigit. Quin & Zacharias senilis de uxoreq; ætatis, hic omnia moderata diuina

Genes. 17.

1. Reg. 1.

4. Reg. 4.

diuina dispensatione ex Elisabetha annexa ac deplorata sterilitatis, Ioannem Christi praconem susulit. Multiq. alii singularem sexum à Deo eblandiuntur, quo non desit, qui in maiorum hereditate succedat, in quem opes atq. heriles facultates deuoluuntur. Hæc diuini esse maneris nemo potest ambigere, eaque peculiarem effectum ex Dei voluntate obtinere. Cateram de iis nobis instituetur sermo, quæ ex naturalium causarum progressu emergunt. quæq. natura vi sua in sititia moliri soleat. Ipsa siquidè præparat corpus animæ morib. aptum, suumq. temperamentum cuiq. accommodat. Cum autè duo sint principia, ex quib. corpus humanum coalescit ac generatur, quæq. infanti pgenitorum similitudinè, atque sexum inducunt; semen qvtriq. cõmune: menstruus humor fœminæ solum peculiaris: similitudo consistit in virilis vel fœminei seminis facultate & virilitas, sic vt vel vni, vel alteri assimilerut pro affinitate copiam collati seminis. Sexus vero discrimen non ad semen, sed ad sanguinem menstruum refertur, quod mulieri tantum familiare & cognatum est: nam si semini ea vis in esset, cū virile valentius sit ac calidius, semper patrè sexus referret. Species itaq. seu genus animantis tribuitur temperamento actiuarū qualitarum q̄ consistunt in caliditate & frigiditate, atq. ad substantiã siue naturam materiæ subiectæ refertur, hoc est ad menstrui sanguinis confluuium. Semen autem & vim generandi figurandiq. foras suppeditat, & materiam suggerit, mēstruo itidē & simul materia inest & facultas. Vt enim semen ad materiale principium maxime cõfert: sic menstruū ad potentiale cõducit. Est autè semen vt Galenus ait, sanguis accurate percoctus à vasis ipsium continentibus, vnde sanguis non solum materia est generandi fœtus, sed & semē est potentia. Quod vero tū sanguis menstruus habeat vtraq. principia, hoc est materiã & fac-

Luc. 2.

Seminū vñ.

Menstrui li.
quorū facultas.Lib. 2. de fœt.
mine.

*Menstruum
materiam
suppeditat
calendi facit
suis.*

cultatem aliquid efficiendi, omnibus in confesso est, sed semen quidem effectuum fortissimum est, materiale vero exigua molis. Menstruum autem materiale quidem plurimum, potentiale siue effectuum maxime debile. Jam vero si materiale gignendi principium, iuxta quod foecies animalis absoluitur, in solo menstruo esset situm, foetus utique exacte eiusdem cum matre speciei existeret: quemadmodum si effectiva vis in semine solum esset, semper patri foret assimilis. Quando vero utrumque ambo principia habet, ac predominatur in menstruo quidem materiz copia, in semine autem facultatis & roboris merito, ut Galenus testatur, speciem à matre potius suscipit foetus quam à patre, etiam si ipsius semen ad materiale principium conferat, sed debilius. Similitudo vero etiam imaginatio in ea re maximum momentum obtineat, non tam ad matrem, quam patrem refertur, licet maior vis sit in virili semine; muliebris enim genitura, cum facultatem ex menstruo per noxam menses prodeuntem assumerit, tanto exsuperat; quanto circa primum congressum superabatur. Proprium enim mulieris semini est, suam ipsius substantiam magis, quam virilem augere ac roborare. Sic foemina non solum materiam suppeditat elaborandi foetus, sed vim, robur, ac facultatem conceptu perficiendi, licet muliebre semen virili familia re alimentum existat humilitatis scilicet ac tenuitatis ratione, eoq; ad effingendum concinnandumq; accommodatius: Ut enim ex cera molli ac fluxa, vdaq; ac tenaci argilla artificis manus quidvis potest effingere: sic semen virile commistum confusumq; muliebris semini & menstruo, formatione efficaciter insistit, atq; hominis opificium omnibus suis partibus absoluit. Vel si ex natura rerum sumi velis harum rerum comparationem: quod in plantis terra, hoc in conceptu uterus. Ut enim plantarum semen terra indiget,

Simile: à cera ac vda argilla.

get, vt ex ipsa nutriatur atque augetur: ita hominis *Terra atque*
 semen matrem, quæ prolis desiderio afficitur, exigit: *vt in compa-*
 cuius humore, sanguinisq; ex venis irrigatione *ratio.*
 tus alimentum capessit. Ex his conuicito, quanta so-
 lertia natura vtatur in concipiendo formandoque
 homine, qui in ista vi sensim adolescit, tacitisque ac-
 tibus ad perfectum robur prouehitur. In quo & il-
 lud inuestigatione dignum iudico, qua vi masculû,
 vel foemellam muliebris natura effingat atque emo-
 liatur, quæ facultas molieri potius, quam viro ascri-
 benda videtur abundantioris materia elatione, quæ
 consistit in mulieris semine & sanguine, qua toto
 gestationis tempore foetus alitur atque irrigatur, in
 eamque molem augetur: vt enim virile semen cum
 primis efficax mouendi principium est, denique in-
 strumentum & velut artifex, quo opificium huma-
 num perficitur; muliebre tamen semen, conferente,
 etiam suas copias sanguine, vberiore materia sup-
 peditar quam vir, eiusque adminiculo foetus absol-
 uitur, suaq; specie distinguitur ita, vt vel marem vel
 foemellam effingat atque emolliatur.

De prodigijs monstruosis, partibus, obiter quid designet Pro-
uerbium Quarta luna nati, alia ratione, quam in libel-
lo nuper à me edito, tractatum.

C A P. VIII.

Natura humana, eiusque partes generando ho-
 mini destinata, si optime constituta sint, nec in
 his quicquam deñeretur, speciosa quaq; pfert, sui-
 que generis animal producit omnibus numeris ab-
 solutum. Quod si quid vitii subsit, aut perplexa con-
 fusaque sint semina, aut aliter quam res exigit, con-
 uoluta ac conglomerata generandi principia, multi-
 formes ac prodigiosos partus, monstruososque foetus
 effonnari contingit. Nō defunt, qui ex astrosum con-
 tuitu, influxuq; siderū, atque in scelera vindictam
 multa portenta prouenire contendunt. Quod vt vero

Unde mon-
stra corp-
ta.

*Simile a
cafu, oris.*

confentaneum, sic ex vitiosa vteri constitutione, ex
fornido corruptoq; semine atq; enormi concubitu,
magna ex parte hæc euenire contenderim. Vt enim
in opere fusili, si materia impura sit, minusque defe-
cata, si vasculum aut receptaculum obliquum, anfra-
ctuosum, huiusmodi, angulosum, distortum, rimosum,
voluminibus implicatum, dissolutum, maleq; cohæ-
rens, ridiculas imagines, absurdasq; simulacra, atque
ad spectum horrenda produci videmus: ita si loci male
constituti sint, si vterus in alterum latus inclinet, in-
eptaq; sit, ac mala temperata materia, nunquam na-
tura decentem exactamque formam expresserit. Sic
mulieres Belgicæ, potissimum quæ oras maritimas

*Mola, matri
sis.*

accolunt, cum tumultuosæ sint atq; inquietæ in per-
agendo concubitu, alienas insueratq; formas subin-
de embryoni inducunt: nec solum molem, hoc est
rudem, informem atq; inelaboratam massam, quæ
ferri aciem respuit, proferunt, sed quiddam de formi
specie, quod palpitet, ac vitale existat, formamque
incoati operis obtineat, qualè artifices rudiori peni-
cillo ad umbrare solent. Nautæ siquidem, quibus fere
sunt addicæ, vbi ex longa diutinaq; peregrinatione
ouantes in portum sunt delati, plenisque velis ostia
subeunt: confestim vxores suas ineunt, nulla habita
mensurâ decursus ratione, nec obseruato interlunio

*Imperans
sua Veneris
infantis no-
xia.*

Lunæque coitu, quo tempore ob mensium defluxum
congressus noxius esse solet ac perniciosus. Nequiti-
enim semet coalescere, nec debite cum muliebri san-
guine vniri. Quo fit, vt genitura vel effluat, vel si
omnino coherere contingat, non possit natura consu-
sam maleque cohærentem materiam elaborare. Nec
solum viroꝝ incontinentia culpanda est, verum &
mulierum, quibus cum iam pridem non sit rei Ve-
neris facta copia, vltro se nonnunquam viris subij-
ciunt, atq; auide semen rapiunt, vt famelici cibum,
ac Cerebus ossam. Eoque fit, vt vteri scæulas aut
proflus

profus à spe generandi excidat, prolisq; [succesfu
frustretur, aut si quid efficere tentet, operiq; manum
admoliatur, monstrosam quandam formam ab ho-
minis specie, profus alienā embryoni inducat. Non-
nunquam post trimestre spatium foeda illa colluuijs
effluit, ac frustulati cōfertimq; erumpit, indigesta
congeries, quasi nauem sentina exhaurire cōtingat.
Huic affinis est effluxus quidam multis torminibus
pressurisq; mulierib. infestus: nostrates, quod quar-
tu silentiq. luna, cuius vi menses defluunt, cōceptus
incoari coepit. Lunarem partum, aut populari voce
Manckend indigerant. Perficitur autem spurius hic
conceptus nonnunquam citra viritem operam ex-
imaginaria Venere in iis, quæ admodum pruriunt,
impentique sunt salaces ac lasciuæ, sic vt ex crebro
vitorum contritu contactuq. muliebre semen cum
sanguine menstruo conglobari contingat ac coale-
scere, ipsamq. facultatem vteri, atque insitum calo-
rem rudimentum aliquot animâs meditari. Verum
cum desit causa formalis, nempe viri semen opificis
rationem obtinens, materia, quam mulier suppeditat,
alienam absurdamq. formam adsciscit. Nonnun-
quam tale quiddam mutua viri opera cōfiscitur, cum
vir quarta Luna, silentique sidere, ac quarto à Luna
coitu die, quo menses defluunt, mulierem subigit,
non obseruato nature cursu, vt qui fluctui obnitiur,
astuque aduerso nauigationem instituit. Id nostrates
contra lunam micturire pro uerbali figura, Latini
Quarta luna natos vocant: Quod in auspicata vite
principia habeant, præterque naturæ ordinem ac
modum generationis primordia sint consequuti.
Quo fit vt infelicem plerumque in aggrediendis reb.
succesum obtineant, qui tali ratione concipiuntur.
Siquidem cum erumpentibus mensibus mulieri
vir commiscetur, sisti fluxum contingit obducto vi-
ri pessulo, labentemque sanguinem resillire, ac re-

*Conceptus
non natura-
li nascitur.*

*Virile semen
opifex fa-
tus.*

*Virgare pro-
uerbium.
Teghen
de mane
ghepist.*

Simile à do-
lu vinaris. gurgitari. Cuius experimētum capere licet ex dollis
cadilq. vinaris atq. in sanguinis ē naribus fluxione
in quibus profluentem liquorem immisso embolo,
licioque contorto cohibemus ac restringimus. Hoc
autem nec consultum nec necesse est, p̄manatē san-
guinē siliere, cum vtile semen tali v̄gini cōmixtum
non possit parum putumque hominem efformare.
Materia siquidē est improba atq. inhabilis, minusq.
apta, vt concinnā formam decentemque figuram ab-
sequatur. Quod mihi iusta ratione, idque ex Dei præ-
scripto inhibuisse visus est Moses, ne quis congregia-
tur foemine huiusmodi inquinamentis conspurcate.
Dici enim vix queat, quid labis ac contagi his infe-
ratur, quid detrimenti, quæ valetudinis incommoda
concipliant, qui ad eum modum constituta foemina,
cupiditatibus suis impotentius indulgent, illam que
avidius amplexantur. Sensim enim serpit contagio,
totumque corporis habitum inuadit, atque elephantia-
siā, lueque Venerea tacite inficit. Quod equidem
peragit celerius, vbi mulier contagioso aliquo mor-
bo, quod fere prostituta nunc v̄igare est, sit imbu-
ta. Sic enim præstanteo veneno obuia quæque pol-
luit, contactuque omnia foedat. Quam obrem nō est
quod quisquam magnopere miretur, vnde tot mon-
strosi partus, tam deformes hominum species, tot pas-
sim sicosi, mutili, distorti, vari, repandisque cruribus,
tot circa podicem, atque in inguine cōdilatata, bubo-
nes, tumidæque mariscæ: quod ad animum vero at-
tinet tot passim stupidi, obliuiosi, bardi, blitei, deliri,
solidi, ratiōnis inopes, amentes: cum non aliunde,
quam ex enormi decubitu, atque in rempestua Ve-
nere hæc præueniant, vel potius ex vitioso corrupto-
que progenitorum semine in posteros deriuentur.
Hinc secum quæ expendat, quæ sint crudeles in sua
pignora, qui illa tantis malis inuolunt, quales præ
ceteris existunt, qui Quarta luna, hoc est, profuente

Menstruo
inguinata
intacta esto.

Bubones in
guinis Cla-
pooren.
Vnde in corpore & ani-
mo monstrosæ species.
Quarta luna
mens v̄lg.
Teghen
de mane
gepiß.

mensum illaue. concubitum non exhorrescunt, liberisq; propagandis operam impendunt. Hoc enim efficiunt, vt quos excitant liberos, omnibus dotibus naturaq; muneribus, quibus bene nati abunde fruuntur, delitatos esse contingat. Ad nullas siquidem functiones obeundas, ad nulla munia, nullaque res præclaras sunt appositi. Quæ si attentare quippiam pergant, nullum habent in rebus aggrediendis successum nullumq; opratum aut prosperum exitum. Sunt enim inabsolutæ nature, vt qui naturales facultates quæq; ad actionem hominib. sunt adiumento imminuta, mutilaq; habeantq; imperfecta, idq; non suo, sed parentum errore, q; præter decorum cõtraq; naturæ ordinẽ negocium procreandæ sobolis sunt aggressi. Quo effectum est, vt multa illis subdita erepraque sint, aut saltem pæce & maligne distributa, quæ aliis effuse atq; affluenter obtigerunt. In animo vero non minus grauem iacturam patiuntur. Sunt n. à communi humanitatis sensu prorsus alieni, stupidi, obtusi, inertes, nec præstantia doctrinæ nec acumine ingenii, nec inuentionis subtilitate, nec consilio aut prudentia, cæteris vlla parte conferendi. Superiorib. annis sæc vsa est medico mulier quædam insularis, quæ dum ex nautici generis homine cœcepisset, in tantam, tamq; inusitatam molem illi cepit intumescere vterus, vt non videretur sustinere gestando oneri, deurso exa hõq; nouem mensium spatio, quod anni dodrantem conficit, accita obstetrice, primum magno conatu ac molimine massam quandam informem enixa est, quæ superfectatam post legitimum conceptum conicio, cui vt rimq; anse duæ annexæ erāt in brachiorum longitudinem ac modũ exporrectæ: palpitabat autem, illiq. vitale quiddam inesse visum est, vt spongia & vrticæ marinæ, quas nostri *Elshou vte* vocant, quorum innumera a stare in Oceano fluitant, exempta que mari diffiliunt, ac.

*Res gesta
narratio.*

*Vrticæ
marinæ.*

diutius manibus contrectata liquefcant indulto pruritu ac mordaci vredine, vnde nomen id obtinuerunt. Postmodum monstrum delapsum est ex vtero ad unco rostro, longo teretique collo, oculis vibrantibus, cauda acuminata, eximia pedum agilitate. Id post primum lucis intuitum conclauē frigidibus implet, atq; vtro citroq; discutiens, latebras persequitur, tandem mulieres puluinis impetūt, ac suffocando perimunt. Hoc monstri genus quoniam hīrūdinis more, sugillando sugendoq; fœtui infestum est ac sanguinem admittit, Sanguisugam nominant, vulgo *Saggers*. Postremo mulier hac plus satis delasata non sine summo vitæ discrimine prolem masculam edidit à monstro ita excarnificatam, vt à sacra lotionē quam minimum vitæ superesset: mulier vero ægre refocillata, quas molestias ac torturas perpessa sit, optima fide mihi enarrauit: illiq; præscripti saluberrimam vitæ rationem, tum quæ restaurandis firmandisq; viribus sunt accommodata: erat n̄ prorsus elumbis atque eneruata, Hac & pleraque alia documento cuique esse debent, vt in congressu mutuo omnia decenter debitoq; ordine peragantur, ne quid incommodi aur detrimenti nature contingat inferri. Quæ in parte acriter increpandi videntur iactabundi quidam qui nihil non sibi permittunt in præstantanda Venere, nec vllas leges sibi præscribi patiuntur moderandæ voluptatis. Siquidem nulla habita concoctionis aut cruditatis ratione, nullo noctis aut diei discrimine, neglectaq; eius rei oportunitate cum luber, suis cupiditatib. indulgent, ac libidini identidem obsequuntur; tantumq; inesse sibi virilis roboris iactitant, vt nulla cōcumbendi assuetudine fatiescitur, nulla cōtinuatione lassescat, qui *Neuogenos* ignorare mihi videntur, in quē vsū genitales partes homini sint attributæ, vt quas non in foeticidii vltimæ ac propagandi successione, sed ab obscena

*Sanguisuga
in corpore
muliebris.*

*Salaces
motantur.*

Opera accommodant atq; ad sterilem infecundãq; voluptatem conuertunt, sed hi tandem profusa cœfrenisq; libidinis pœnas persoluent, membris arcticisq; podagra ac chitagra contortis.

Qua ratione masculum, qua feminam procreare possit, qui eius rei sit audax; obiter ex qua causa Hermaphroditus, hoc est: utriusq; sexus hominis generetur.

CAP. IX.

SI quis procreandi sexus virilis sit audax aut denique formella desiderio teneatur, hoc illi in primis persuasum esse conuenit, istarum rerum successum atque auspicata principia à Deo Opt. Max. impetranda penes quem effectus huius causã præcipue consistit sit enim nunquam, constantibus etiam beneq; constitutis facultatibus naturalibus, et vel sterileseant homines, vel orbari prolibus contingat, quod Deus per Oseam his comminatur, qui præter eius institutũ illegitimo concubitu se contaminant, aut aliunde quã à Deo fecunditatis subsidia petunt, Quia, inquit, Beelphegor, hoc est, Priapi statuam ac simulacrum adierunt, atque addidi fuerant turpitudini, auolabit gloria eorum ab utero à conceptu, à partu: Dabo eis vuluam sterilem, & vbera arentia, radix eorum marcescet, nec fructum vllum proferet. Quod si genuerint, interimam amantiſſima vteri eorum. Quæ documento cuique esse debent, irato Deo omnia inauspicato tentari, atque in prosperum successum consequi. Tale quiddam minatur etiã apud Ezechielem Deus superstitiosis mulierculis: quod Adonidem, hoc est, Veneris amasium defecerent, qui ab apro dilaceratus: circa inguina, erecta statua quot annis coli cœptus esset. Cæterum si is hominib. non sit infensus, omniaq; sinat decurrere naturæ ordine, suisq; legib. ferri, nihil vetat extrema præsidia accerere, ac naturæ imbecillitati adminiculari, si quando ex occulta quadam ac latentis causã frustrari queat.

Deus primũ conceptus causã.

Cap. 5. Sterilitas à Deo.

Cap. 8. Idololatria & superstitio in fecunditatis causã.

*Qua genes
vandi facultas
vatem perfici-
ant.*

quam liberis, atque inanem subire laborem contin-
gat. Duo itaque sunt, quibus potissime concubitus
perficatur, quæq; ad liberorum propagationem sunt
adiumento: primum humor genitalis, qui partim à
cerebro totoq; corpore, partim ab hepate sanguinis
officina diffunditur. Deinde spiritus per arterias à
corde promanans, cuius vi pudendum erigitur ac
rigescit, cuiusque impulsu materia feminis foras e-
rumpit atque ciaculatur. His accedit appetitus ac
concubandi desiderium, quod vel imaginatione exci-
tatur, vel ex conspectu contuituq; ac contra & u-
nustarum mulierum accenditur. Quibus præsidium quis-
quis est destitutus, eaque vel languida habet, vel in-
ualida, cum primis ineunda ratio est, qua naturæ la-
pius atq; error corrigi possit, viresq; naturales, tan-
quam luxata quædã aur collapsa restaurati. Vt enim
steriles agros cultura atque industria hominum fec-
undos effici videmus, stirpesque atq; arbores infru-
tuosas adhibita cura vberissimos fructus producere;
ita in excolendo hoc fundi ars medica strenue suam
præstat operam, summoq; studio naturæ vitis mede-
tur, ac velut agrum sterilem adhibito latamine res-
tibili fecunditate instaurat: Si calorẽ languidum,
raras exilesque spiritus, siccitatem frigiditati cõiun-
ctam partium genitalium, nervorumque imbecilli-
tatem ad temperamentum reducit: obiter omnia a-
moliri tentat, quæ homini prognerandæ sobolis
spem adimunt. Cæterum cum alimenta qualitates
etiam elementares immutare sint apta atque infeli-
cem corporis habitum ad commodiorem trãsferre;
necesse est, vt eiusmodi conditionis homines cibus
vtantur, quibus natura fecunda effici possit, ac pro-
pagationi sobolis idonea. Inter ea autem quæ Vene-
rem excitant, ac foeminis generationi sunt accom-
moda cibi numerantur laudabilis succi, quiq; probe
nutriunt, ac corpus vegetum reddunt, ac succulen-

*Simile appo-
sitiũ ab agris
anitura.*

*Qua semens
vir le accu-
mulent, ac
Veneream
excitent.*

tum: cuius facultas sunt calida & humida. Confi-
 citurenim, Galeno teste feminis substantia ex syn-
 cera excoctaq; sanguinis superfluitate, simul & fla-
 tuosa. Plurimq; autem vis locustarum cumulandi-
 que feminis, nonnullis efficaciam in istis de mouendiq;
 tentiginis atque humoris propellendi. Edulia quæ
 materiam suppeditant, quæ sunt Gallinacea, phasia-
 ni, turdi, merula, ficedula, gallinagines, pipiones,
 passeruli, pedices, capi, pullastri, amygdala, nuclei
 pini, vix passa & Corinthiaca, vina omnia genero-
 sa, dulcia ac metaca, potissimum quæ ex via Apiana
 (quam muscatulam vocant) exprimentur. Partes
 vero genitales erigunt, ac pruriginè afficiunt Satyri-
 on, Iringium, Nasturtium, Erysimum, Pastinaca, Ci-
 nara, Cepæ, Napi, Rapæ, Asparagi, Zinziber condi-
 tum, Galanga, Acorus, Bulbi, Cochlear marina;

Et quæ frugifero sunt: vixina Priapo.

Excitat vix Venere tardos Eruca maritima.

Quæ (vt alia pleraq;) lumbos incitant, atque homi-
 nes impendio salaces efficiunt. Vt enim selopetas ac
 bombardas primum pulvere tormentario inferciti
 videmus ac globis oppleri, deinde adiecto efficaci
 puluisculo fumanti supra vel ignito funali incendi,
 globumque violento strepitu exturbari: sic in hoc
 opere duo concurrere est necesse, ne irritus sit cona-
 tus, conglobati scilicet feminis copiam, & vim quæ-
 dam spiritus flatuosi, quæ explodi semen possit, atq;
 in vteri recessum recondi. Quod si huiusmodi ma-
 chinæ castæ sint atque euanidæ, aut deniq; nitrosus
 hic puluis insyncerus atque adulterinus, nullam in
 prosterendis incensibus, diruendisque vallibus vim
 obtinent, nec horribilem vllum sonum proferunt,
 sed exilem quandam stridorem inanemque strepi-
 tum edunt, vt luscitantium puerorum inflatæ vesicæ.
 Hinc ostates Salinaria ignauos quosdam qui in-
 cassum, nulloque operæ fructu mulieres fatigant,

*Materia
 accumu-
 landi femi-
 nis.*

*Colum.
 lib. 10.*

*Accorns
 modæ si-
 militudo à
 bombardis.*

*Pulsu
 intrasus
 buspocæ.*

*Muliebri
prouertum
in eunuchos.
Quare u-
coribus gra-
uissimum.*

detonare quidam dicunt, sed nullam subsequi
uiam, nec internas partes, atq. vteri recessum rotido
liquore madescere, atq. irrigari. Habent siquidem il-
li inflatas venas, ventosq. turgidas, sed semine desti-
tutas. Quamobrem cum vxoribus gratificari volunt,
illatq. peculiari officio demereri, q. matrimonio sunt
adhibiti, non tenui apparatu se instruant, nec in hanc
palastram inermes descendant, alioqui terribis illas
experientur ac morosas, nec vlla in parte dicto aus-
dientes. Cum autem commestui assarim fuerint in-
fructi, captanda oportu uitas, qua possint non sine
fructu se operi accingere. Quod tum demum est re-
pestiuum, cum mentiuu illuues sit expurgata. Ea
siquidem sentina prohibet coalescere ac fermentati
semina, efficitque vt vterus sit conceptui inidoneus.
Defluxus itaque mensibus, vterog. exacte defecato,
nullo enormi concubitu, nullisq. validis concussio-
nibus, pteandis, liberis insistant, completoq. ope-
re, mulier clementer ac placide in dextrum latus de-
uoluatur, capiteq. decliui, ac subsidente corpore in
somnia resoluatur. Hac enim ratione in dextrum
vteri sinum deriuari semina, ac masculum elaborari
continger. Caterum anni tempus, regio, cuiusq. a-
tas, alimenta clarorifica, maximum in hac re momē-
tum obtinent. Ætas siquidem modo ne nimis fer-
uida sit ad masculi cōceptum accommodatior, quod
semen ac sanguis menstruus ex ambientis aeris qua-
litate plus caloris concipiant. Regio quoque calida,
etas adulta, plenaque pubertatis, tum hispida hirsu-
tutaq. corpora ad producendos mares magis apta.
Interim multa sunt, quæ vi specifica ac latentia abdi-
toq. effectu his perficiendis accommodata. Sic Mer-
curialis, quam in mare: ac foeminam discriminant,
efficacissima predicatur in sui generis sexu profere-
do; adeo vt masculi decoctum aut succus dieb. qua-
tuor à primo purgationis die bibitus, pteandi maris

*Mercuriali
quo effectu
in excitanda
prole.*

vim vero cōferat: ſcēminā vero ſuccus toridem dies
 bus parique modo aſſumtus, ſcēmella proferenda
 vires ſuppeditet, praefertim ſi iam ſitētibz menſis
 bus vir mulieri cōgrediatur, amplexuq; mutuo con-
 caleſcant: hac, vt opinor, ratione, quod ille dextrum
 vteri ſinum ac cauitatem expurget, caloreq; foueat:
 iſta ſiniſtrū. Quo fit, vt ſublato humore frigido, mu- *Simile à*
 lier conceptui efficiatur idonea. Vt enim in paluſtri *ſunduatore.*
 atq; vlginoſo loco plantarum ſemina ſuffocantur,
 nec facile in ſtirpem emergunt. Ita ex frigidi humo-
 ris redundantia ſemina ſtrangulantur, adeo, vt vis
 ac facultas muliebris vteri nequeat vllam ſpeciem
 ſexumq; emoliri. Nō diſſimili ſunt effectū ſeſeli Maſſ.
 ſilteſe, ſaluia, nux myſtica (q̄ muſcaram vocant) *Qua humiditatem vs*
 cynamonū, xylocafia, zedairū, agallochum ſive *teri expur-*
 gnium aloes, parthenium, calaminthæ ſpecies, omni- *gent.*
 nium, dictamnium, hellenium, iridis radix, laſerpitiū
 ſuccus, et iſq; generis innumera, quæ & ſtatus diſcu-
 tiunt, & locos ſitu denſaq; fuligine obductos abſter-
 gunt, atq; illos vt exculta noualla ſementi p̄parant;
 ſic alia aliis viribus efficiunt, vt vulua minus lubrica
 fit ac mucosa, vtq; ſemen tenacius inhaereſcat. Cuius *Succinum*
 generis ſunt ſuccini ſeu electri ſpecies, quæ ambari *Ammez,*
 nomine omnib; innotefcunt, ramenta eboris, ſtyrax,
 calamita, cornu ceruinū, rhois, vulgo ſumach, blattæ
 byzantinæ, ſemen myrti galbulæ, nucęſq; cupreſſi,
 thus, eiusq; cortex, maſtiche, britanica, catyophil-
 lata, pentaphyllon, roſæ rubræ. Quorum nonnulla
 foris admoia, quadam intra corpus aſſumpta, vtero
 robur conciliant, conſumtoq; ſuperuacaneo humo-
 re, timoſam hiantemq; vuluam conſtringunt, ac re-
 tinendj ſeminis vim conferunt. Et quoniam Giſale
 pinæ mulieres, vt plurimum histerica affectione, *Aridus*
 ſeu vuluæ ſtrangulata atque vteri vitijſi inſeſari *vterus qua*
 ſolent; neceſſe eſt, vt præ cæteris hiſ vti conſue- *exigat,*
 ſcant. Quod ſi plus iuſto areſcant loci, ac ſint retorti,

di, medicamenta ac cibi adhibendi, quæ moderate humectent. Cæterum qui in initio coniugii aliquã laudem consequi volunt, nec sperata prolis desiderio frustrari, hanc sibi legem præscribi patiantur, ut cœcubitum per intervalla, statisque vicibus peragant, ne sit frequentior, quam res exigat, nec quam expediat, rarior. Vtrumque enim fecunditati æque noxium. Siquidem semen profunderè immoderatus vires exhaurit, ac spiritus depopulatur. Diutius vero quam par est cohibere, atque à cœgressu desuescere, semen inefficax, atque evanidum, minusque virile efficit. Opportunitas quoque eius rei spectanda, observandumque tempus, quando potissime congregi expedit, quando commodum erit, quem animo conceperis, quem meditatus sis sexum procreare. Auicenna nõ proletarius, nec infimæ sortis auctor, tempus modumque procreandi sexus describit: Vbi, inquit, menses defluerint sitque absterlus uterus, quod quinto fere die vsuuenit, aut septimo, si vir mulieri cœgrediatur, à primo quum est purgata die ad quintum, marem produci: à quinto vero ad octauum femellam: ursus ab octauo ad duodecimũ denuo masculum: post illum vero dierum numerum Hermaphroditum. Horum effectuum licet nullam causam adferat, probabilem tamen cõmuni fieri posse videor: primis enim diebus elota vulua, humoreque sordido accurate expurgato, plus caloris concipit uterus, quo vitile semen potentius coalescit muliebri, atque in dextrum uteri sinum dirigitur, hepatis dextrique renis vi attractoria, è quibus etiam sanguis calidus in alimentum futuri fetus iis diebus deriuatur: neque enim sinistra partes vt pote aliosæ ac frigidæ sanguinisque inopes, statim à purgatis mensibus aliquid conferre possunt: sed serius, ac parcius sanguis depromitur à sinistra partis venis, quas emulgentes vocant, quæ splenem, renemque sinistra

petis.

*Auicenna
consilium
in conceptu
nemolenda.*

*Auicenna
sententia
explicata.*

*Vana emul
gentes qua.*

perreptant, sic vt post quintum demum diem, vsque ad octauum ex illis aliquid sanguinis confluat, quo foetus alendus est. ita cum ista partes vires suas obiectant, consentique dextræ, ex situ lociatque alimenti frigidi ratione foemella effingitur, post octauum diem dextræ partes rursus conferendi sanguinis munus sibi assumunt, atque ex illis denuo scaturit sanguis incipit masculo saginando. Post hoc dierum curriculum, quoniam ex omni parte impromisce sanguis menstruus erumpit, ac vulua ex frigidi humoris affluxu plus satis vda efficitur, semenque neutri parti associatur, sed in media vteri capacitate fluctuat. Hermophroditum confusa inter se semina molliuntur, qui conceptus modo ex dextro, modo sinistro sinu vires formamque accipit, atque vtriusque opera vtitur. Hinc Androgyni nobis emergunt, seu Hermophroditi. Quæ vox à Mercurio ac Venere appellationem sortita est. Nonnunquam vitiosus hic infansque conceptus ex indecoro concubitu constitatur, cum præter vsum accommoditatem exercenda Venere virsupinus, mulier prona decumbit, magno plerumque valetudinis dispendio, vt qui ex incubitus detestando illo decubitu herniosi efficiantur, præsertim cum distento oppletoque cibus corpore inulitata hac concessiue Venere vtuntur.

An excremento menstruo saturatus alatur, & an adolescentula concipere possint priusquam menses profuerunt.

CAP. X.

Concubitum admittere nonnullas duodecimo ætatis anno, multis non sine maximo naturæ incommodo ac valetudinis dispendio, vnde uigesimo non profuere menses, quotidiana experimenta commo-
 Fluxus mensuræ ostendit conceptio nis argumentum
 probant, itaq; sciscitantur plerique, an cum matura sit aptaq; viro mulier, mensibus nondum profluentibus, conceptui sit idonea: Multi in ea hærent sententia, vt id fieri posse negent, nec concipere nisi à mensura

Quid Hersmophroditus gignat.

Enormis concubitus detestandus.

profluio qui mihi veritati consentanea dicere videntur. Cum enim ad mīcūla desint, quæ conceptum adiuuant, atque humore, quo foetus alendus est, vterus sit desititatus: qui fieri posset, vt conceptus perficiatur? Matronæ autē nostrates, præsertim quæ obstetricandi munus obeunt, ab arboribus sumta similitudine sic ratiocinantur. Quemadmodū nulli stirpi fructus denegatur, quæ sterculum producit, nullaque arbor sterilis, quæ florescit, omnis vero arbor infœcunda, quæ floribus spoliata est: Sic adoleſcentulæ quibus non efflorescunt menses, non implentur, nec vterus concepto femine in fructum extumescit, aut protuberat. Prouectioribus autem tantisper inesse propagandæ sobolis facultatem, vireſque fœticandi mitas, dum menses profluunt. Quum enim huius excrementi confluuium homini gerendo materiam suppeditet, maris semine, coagulati fœtimenti que mote, hoc in sese conglomerante, fit, vt nec ante humoris illius effluxum nec cum fluere desistit, mulier possit concipere: nimirum nutrimento, quo fœtus alitur atque augetur, desituta. Ceterum hic alia laboritur quæstio: sit ne mēstruum vtile excrementum, alendoq; fœtui accommodum; an fœda tantum illuies, quæ stato tempore certisq; periodis, ceu sentina exhauriatur. Scio equidem ita videri Plinio, ac plerisq; alijs, qui mēstruo vim monstrificam attribuunt, idq; exaggerant in immensum ac miris modis hoc virus exagitant. Sic Iuuenalis arrepto hinc infectandi argumento, viros in mulieris oedium concitat, illudq; tota Satyra agit ex professo, vt concepta illarū deſpicientia, nunquam se alligati coniugio patiantur. Noui equidē, quam sordida res sit mēstrum proluies, & quas noxas inferat supra legitimū tempus cohabitati huiusmodi sentina magna que ratione ex Dei præscripto inhibuisse Moſen, ne vit mulieri congregiatur tali vlgine coinquinare. Sic

Simile a floribus arboris.

Mensibus deſinentibus deſinit faciens dicitur.

Mēstrui profluuium in quem usum.

Sat. 6.

Leuit. 18. & 20.

& gonorrhœos, hoc est, sanguinis profluvio obnoxios pollutosque ex hominum confortio ablegat, lustratque precipit. Similiter Esaias, quo extremae summeque abominandas fordes indicaret: Omnes inquit, iustitia nostræ tanquam pannus menstrui illuie, inguinisque tabe ac sanie contaminatus. Quæ tametsi vera esse constet, idque legislator ex supremi numinis consulto, rectissime præscripserit, ne quem fœdo cōgressu inquinari, aut quicquam labis & contagij contrahere contingat: non conuincunt tamen superuacaneam esse huius humoris scaturiginem, nec quicquam ad fœtus nutritionem adferre momenti: cum Hippocrates professionis medicæ conditor, eiusque affectator Galenus, multis locis testificentur, sanguine menstruo fœtum ali, eiusque ex venis defluxu infantem incrementa suscipere. Sic Galenus, Sanguis, inquit, semenque genitale, generationis nostræ primordia existunt, quæ ex ipsis principijs tanquam radice oriuntur. Sanguis ceu materies quædam apta concinnaque, & artificij ad quiduis sequax: Semen opificis rationem obtinens. Rursus in commentarijs Aphorismorum, Sanguis menstruus alterum generationis nostræ principium natura humidum est. Huc spectat Aphorismus Hippocratis: Mulieri uterum gestanti si purgationes eant, impossibile est, fœtum esse sanum. Subducitur enim illi sanguis, qui alimentum ratione à toto corpore in uterum dirigitur. Si igitur profluentes menses vires infanti eripiunt, illumque alimento frustrantur, necesse est, ut quando cohibentur ac subsistunt, profint, totoque gestationis tempore nutrimenta suppeditent. Quod si nihil conferant, nec ex his quicquam assumatur in fœtus nutritionem: quid cedo causæ est, quod gravidæ ac lactantibus inoffense citraque vllum incommodum menses subsistunt? Cuius non alia adferri ratio potest,

*Dent. 23.**Menstruatis
absintidant.**De tuenda
valetudine.**Lib. I.
Aph. 14.**Lacte mado
sunt vera,
ubi menses
subsistunt.*

*Dilemma
auctoris de
menstruo
profluio.*

quam quod in lætè vbertatè adsumatur, vel alieno fecerit sit vlt. Quo autem hac quæstio plenius explicari possit, Dilemma hoc subiciam. Si menstrua nihil conferunt ad fetus alimentam, concipere mulieres possunt, etiãsi illa nõ profluant, cum natura ex venis sanguinè possit elicere in fetus alimentam. Si vero conferunt, atque alendo fouendoque infantum sunt adimento, concipere non possunt, nisi proflu-

Hist. anim.

ant Aristoteles autem discrete hunc modum dissoluit. Conceptus, inquit, mulierum à profluio mensurorum sua natura cõtingit, & quæ his carent, steriles magna ex parte existunt. Verum fieri potest, ut aliqua etiam sine eorum profluio concipiant, videlicet quibus tantum humoris in vtero colligitur, quantum restare solet iis quæ purgantur. Siquidem nonnullis in vtero humor inhaeret, sed non tantus, ut erumpat ac foras profluat, qui tamè sufficere possit ad nutriendum factum. Plerèq; etiã dum menses profluunt, imprægnantur, postea concipere nequeunt,

De vul. s.

quibus vulua statim à purgatione comprimitur, nec amplius dehiscunt loci. Id ipsum Galenus dilucide his verbis explanat: Vasa vuluæ, quæ in partem interiorem penetrant, ex quibus menses profluunt, cum mulier conceptura est, ora aperiant. Conceptionis vero tempus est inceptis iam mensibus, vel præcipue cessantibus. Quamquam n. reliquæ etiã purgationis tempore aperta hæc ora sint, non tamen concipere vllò modo mulier potest, cum semen nequeat in vtero contineri, sed ab influentis sanguinis copia eluatur. At desinentibus, vel incipientibus mensibus, & ora aperta sunt, & menstruum non confertim, sed paucum ac sensim effluit, quasi humore quodam rosido insudante, quo uterus madescit: unde efficitur, ut ad asperitatem vuluæ semen adhæreat, fatiisque alimenti & sanguinis confluentis stillicidio confequatur. Ante enim quam menses se proferunt, conce-

Conceptus ob id fieri nequit, quia alimēto caret, nec
 semen adhærescit. nā eo tempore oclulis vasis vul-
 ua truis relinquitur, semen propter leuiorem ac vi-
 tream politē defluit, nec vniū potest ac coalescere:
 a spera si quidē ac scabra magis, quā externa ad coale-
 scendum ac ferruginandum sunt idonea. Hinc scort-
 a, quæ crebrius se viris subiiciunt, atque identidem
 subagitari patiuntur, non concipiunt. Quo spectat
 illa Hippocratis sententia: Quæ humidis habent v-
 teros, non concipiunt: extinguunt enim in his ges-
 nitura, vt plantarum semina in palustri atque vligi-
 noso loco. Similiter, quæ siccos aridosq; habent vte-
 ros, pignendis quoq; prolib. sunt inhabiles. Necessē
 se est. n. locos sanguine modico inadesere, ac men-
 strui stillicidio subinde irrigari. Quā firmis autem ra-
 tionibus nitantur, quamq; validis argumentis opi-
 nionē suā fulciant, qui mensuris ad fœtus nutritio-
 nē vilam vim inesse negant, non discutio. Consultes
 rit sane illis opinionis suæ ratio: ego numquā in ani-
 mū induxero, inutilem esse hanc humorē, nec que-
 quā prodesse ad fœtus generationem. Cum enim o-
 mnibus ex æquo, quæ inculpata valētudine vřtur,
 statō tempore menses decurrunt, quid aliud statui
 potest, quam in vřsum aliquē depromi hunc humo-
 rē nec veneni naturam obtinere, nisi vltra legitimū
 tempus in corpore resideat, aut ex morbo, aliove vi-
 tio cohibeatur. Sic in plethoricis, hoc est, qui pleni-
 tudini humorumq; redundantia obnoxii sunt sin-
 cerus etiā sanguis, nisi p̄teriretur, putrescit ac syn-
 ochon inducit, febrique alias contagio afflues, in
 quibus exanthemata multaq; papularum, ac vario-
 larū genera in extima corporis parte erumpunt. Sic
 videmus & des diu oclulas, flatibus ventisq; minus
 expositas graueolentiam, firamq; contrahere. Cum
 igitur menstruum sit excretio redundantis sangui-
 nis, qui ob sexus imbecillitatem nec calore conce-

*Cur scorta
 non concipiunt.
 Lib. 5. A-
 phor. 62.*

*Continua
 scilicet.*

*Simile ab
 adibus os-
 culis.*

qui, nec exercitio discuti queat ac dissipari: necesse est illud ex Lunari concitatione atque impulsu, suo tempore erumpere, eiusq; defluxu corpus expurgari, vel si sisti contingat, ac cohiberi, corruptelam induere, virulque naturâ a seiscere. Quod ipsum non fit vel nutrientibus, vel prægnantibus, magno argumento humorem illum oportuno tempore vsui esse alendoeque fœtui nõ inutilem, non eum qui vtero diutiù in harenis computrescit, sed qui à conceptu ex venis distillat in vterum, totoque gestationis tempore alimenta subministrat. Quo fit, vt si loci dehiscant, ac menses profundi contingat, infans aut non sit vitalis, aut valetudinarius existat.

Animam non à parentibus profeminari, sed infundi diuinitus, omnisq; interitus ac corruptela esse expertem: tum quoto gestationis die inducatur.

CAP. XI.

NVlla re magis accenditur atque inflammatur in amorem, ac venerationem opificis humanus animus, nulla re propius sibi innotescit, quam cum se intime explorat, mentisque præstantiam fixius contemplatur: hac n. ratione efficitur, vt homo in Deum mentè erigat, atque in illius notitiâ perducatur, calcatisq; sordib; ac vitiorû cœno meminisse incipiat se diuinitatis esse consortè. Nec sane exigui momenti res est aut oscitanter, leniq; ac suspensâ, vt aiunt, manu transigenda, q̄ homo ab opifice spiraculum vite acceperit, atq; ad imaginè, Deiq; similitudinè sit cõformatus. Cuius muneris dignitatem ac prerogatiuâ nemo in figura formaq; corporis sitâ existimet, sed in parte hominis interna, hæc est, in anima rationali constitutâ: quæ cum sit spiritus ætherius, aut substantia incorporea ex diuina mentis archetypo deprompta, hoc homini præstat, vt Deo sit similis, diuinæque essentiaë particeps. Corp̄ aut quoniã ex concretionemateriae massaq; terrea confauit opifex, mortale & caducum

*Quæ mens
sua venenata.*

*Dea ratione
mens in
Deum erigitur.*

*Flomo Dei
magis.*

Educū pro tempore se sustinuit: Animam vero cum
 ex se subq; inspirato nobis indidit, interitus, omnisq;
 corruptela immunem esse voluit, atque expertem.
 Siquidem cum imago Dei que essentia sit aeterna, at-
 que anima ex illa dimanauerit, necesse est perēniter
 illā subsistere, eandemque cum sua origine naturam
 fortiri, h. e. esse immortalem, atq; æternitati destina-
 ram. Et quamquam non nihil labefactata sit animæ
 vis, minusq; expressē refert architecti imaginē, non
 tamen profus extincta est, cum vulnus manu ho-
 stili illi inflictum seruatoris munificentia sit obdu-
 ctum, eiusque virtute restaurata omnia, quæ primi
 hominis vitio collapsa erant, ac sæde deformata.
 Quod si quis huius diuini muneris vires experiri, e-
 iusque excellentiam spectandam sibi exhiberi velit,
 in se ipse descendat, suamq; mentem in consilium ad-
 hibeat, ac sedulo excutiatur, profecto inueniet eximias
 amplissimasq; dotes atq; egregia ornamenta, quibus
 cuiusque mens affatim est instructa: Rationem, in-
 telligentiam, iudicium, delectumq; rerum, ingenij
 agilitatem, memoriam, tum pleraque alia quæ e-
 uidenter euincunt præstantiorem esse animam, quam
 vt corporea censei debeat, aut corruptioni obnoxia.
 Hæc vna est, quæ corpus viuificat, regit ac
 moderatur, illudq; variis actionibus instruit, multil-
 que muniis exercet. Quo fit vt ex multiplici effectu,
 diuersisq; operationib; varias appellatiōes sortiatur.
 Siquide.n, vt Augustinus ait, cum corpus animat
 vitæque imbuit, Anima dicitur: dum vult, Ani-
 mus: dum scientia ornata est, ac iudicandi potē-
 tiam exercet, Mens: dum recollit ac reminiscitur,
 Memoria: dum ratiocinatur, ac singula discernit,
 Ratio: dum contemplationi infistit, Spiritus: dum
 sentiendi vim obtinet, Sensus: Quæ omnia animæ
 officia sunt, quibus potentiam suam declarat, sual-
 que actiones exsequitur. Hæc in celsissima parte

*Deus collas
 p̄ natura
 instaurator.*

*Anima do-
 res & orna-
 menta.*

*Mentis vi-
 & præstan-
 tia.*

*De Spiritu
 & anima
 cap. 4.*

*Mentis se-
 des.*

*Mens atq;
animæ incor-
porea.*

corporis collocata, cæloque proxima vim suam in reliquas partes efficaciter diffundit. Nō est illa demersa in sanguine, non à progenitoribus aut facultate seminali deriuata, sed ab omni materia concretione, omnique labe corporea aliena, recēs ad eā creata officio suo iam confirmato infunditur, non mutabilitate, aut aliunde adscita, vt statuit Pythagorei Druidæ, qui absurdam quandā *μετεμψυχοσι*, hoc est,

*Inopta anis
maris, trans
uolat.*

transanimationē induxerunt, qua persuadere consuevit, animas à morte alterius in aliena corpora demigrare, non hominū modo, sed pecudum etiam ac belluarum: Quod sic expressit Ouid Metamorphas.

*Morto carent anima, semperq; priore relicta
Sede, noui habitant domibus, uiuuntq; receptæ.
Omnia mutantur, nihil interit, erras ex illinc,
Huc uent, hinc illuc, et quoslibet occupat astus
Spiritus, eg, feru humana in corpora transit,
Inq; feras noster, nec tempore deperit vllc.*

*Tertullianū
falsū dicitū*

Hinc superstitionis huius affectatores esum carniū sibi interdixerunt, nefas arbitrati ex vllō animantis genere quicq; degustare, ne, vt festiuit ac Iulie Tertullianus, bubuladē aliquē proauo quisq; obsonet. Quæ persuasio Christianæ possessionis hominibus profus reiicienda, cū Orthodoxi certo statuunt, suā cuique animā attribui, eamq; tum demū infundi, cū foetus omnibus suis membris articulisq; fuerit delineatus, quod fere quinto ac quadragesimo à conceptu die fieri assolet, præsertim marib; vbi nouo mēse lucis huius auspicia sunt accepturi. Fœminis siquidē quarū natura magis flaccida, ad quinq; uagesimū diē formationis tempus porrigitur. Et quamquam non omnino certo fixoq; dierum numero hæc terminati possint: Hippocrates tamen exactissime ad calculum reuocauit, quo tempore infans effigies formæq; ab soluitur, quo motū accipit, quo natiuitas consequitur. In libro siquidem de natura fœtus; si matrem, inquit,

*Animam
rationalem
quando ho-
mo cōcipit.*

quit, trigesimo die perfici contingat, motum accipit *Quarto dieo*
sexagesimo, mēseq. septimo in lucem prodit. *Quod rursus natus*
si quinto & trigesimo die formam acceperit, motu *versatus ab*
potitur septuagesimo, mēseq; octauo nascendi pri-
mordia accipit. Si vero die quadragesimo quinto le-
gitimam formā adeptus fuerit, nonagesimo die mo-
uetur, ac nono mense natiuitatem consequitur. Ex
quo dierum mensumq; decursu ac serie, liquido ap-
paret formationis diem duplicatum motus diē con-
stitueret, motionis vero triplicatum, nascendi temp^o
commonstrare. Verbi causa, vbi trigessimus quintus
formam perficit, is duplicatus, diem motus septua-
gesimū constituit, qui rursus triplicatus bis centum
senoq; dies seu septem menses cōficit si cuiq; mensi
triginta dierum numerum assignes. Pari modo de
reliquis ratiocinandum. Ceterum cum foemina tar-

dius perficiatur, sitq; eius gestatio productior, paulo
diuerius subducitur ratio. Illa siquidem trigesimo
tertio die formata, motū accipit septuagesimo, men-
seque septimo nascitur. Cum vero quadragesimo à
concepto die illam formari contingit, octogesimo
motu potitur, atq; octauo mense in lucem produci-
tur. Quod si quinto supra quadragesimum die con-
formetur, motum accipit nonagesimo, mēseq. no-
no eruptionem molitur: porro cui quinquagesimo
die forma absoluitur, centesimo moueri incipit, ac
decimo mense elucatur, lucisq; beneficio peffuus
tur. Hæc prolixius à me enarrata sunt, quo quisq; in-
telligat animā rationalem demū iufundi, cū foetus
absolutā formā se adeptus, suisq; linea mentis ex
acte distinctus. Neq; enim anima primo mense for-
mationi foetus insistit, sed facultas vteri, ac vitalis vis
feminis magna solertia operi elaborando incum-
bunt, ac sensim ad distincta membra, exactaq; for-
mam prouehunt. Primus siquidē sex dieb. in oui spe-
ciem semina conglobantur, lactisque cremorem re-

*Famella
tardius ma-
turo perfici-
tur.*

*Rudimenta
humana
formationis.*

ferunt, ac fibræ quadam tenuissimo contextu telis aranearum non abſimiles pducuntur; deinde ſubſequentibus nouem diebus ſanguinæ & ſpiritu ſubmiſtrant acetabula ac venæ vmbilicales, ex quo primū effigiantur membra organica, quæq; nutritioni ſunt accommodata, utpote hepar: cor, ſplen, pulmones, cerebrum, quæ à primo conceptu momento ad decimum oſtaui perficiuntur: poſtmodū ad quartū & quadageſimum diē ceteræ partes cōformantur, foetusq; vitalis eſſe, ac ſentire incipit, licet ob imbecillitatē aut non moueatur, aut tanta debilitate, ut geſtās id ſentire nequeat. Hoc itaq; tēpore anima rationalis vterū ſubire creditur, ac naturales facultates ſeu potentias ſua vi imbuere, totūq; opificiū perficere. Quod ipſum Auguſtinus Moyſis teſtimonio cōprobat: ſi quis, inq; percufferit mulierem vterum gerentem, & abortiet; ſi foetus format⁹ fuerit, det animam pro anima: Si vero informat⁹ fuerit, multet⁹ pecunia. Quo cōvincit animā nō in eſſe foetui nec hominis nomē pmereri, niſi omnib. lineamentis ſit cōſummatus, exactamq; formam conſequutus. Cum itaq; iam formato corpore inſeratur, non eſt quicquid exiſtinet in conceptu illā cum ſemine deriuari. Siquidem ſi ſamini rationalis anima, q̄ perenniter ſubſiſtit in eſſe, aut cum illo pſueret, multa, ut ille ait, quotidiano effluxu feminis animæ euaneſcerēt. Quamobrem nō ex Adamo aut progenitoribus illā propagatam credi par eſt; ſed ſingulis momentis creati inſundiq; diuinitus. Quod hoc dicto ſtabiliri poſſe video: Pater meus adhuc uſq; temporis operatur, & ego operor. Quo ſubindicat Deum Opt. max. & illi æqualem eiūſdemq; eſſentiæ filium creandis conſecrandaſq; hominum animis occupatum, illiſq; pducendis intentum, quib. quodq; animal ſubſiſtit, vitamq; propagat ac tuerur. Quo ſpe dat illud Pſalmo-graphi: Homines & iumenta ſaluat Dominus, hoc eſt,

Quæſt. 32.
Exod. 20.

10411. 5.

Pſalm. 35.

est. animalia quæ sustentat Deus, suaq; vberitate pascit ac saturat. Qui cum vnice erga gen^u humanū afficiatur, peculiari munere ac dotib; hoc opificium in fluxit. Alia enim ratio hominum, q̄ belluarum, lōgeq; illorum conditio præstantior. Siquidem hominibus rationem mentemq; indidit, & quod reliquis animantib; negatur in conditoris agnitionem perduxit, suaq; diuinitate afflauit. Quam munificentia cum agnosceret Iob, ipse, inquit, docet nos supra iumenta terre & supra volucres aereas erudit nos, quo indicat homines præstare ceteris animantib; ac Deū suas dotes ac munera illis cumulatus impressisse. Hoc quoq; singulari donatio, summiq; principis munere honorario sunt destituti, inelaborati, imperfectiq; partus, effluxus deniq; præmaturi, abortusq; præproperi, ac præter humanā speciem enormiter monstruosi. Quorū nonnulla licet palpitent, illisq; vitale quiddā inesse videatur, nō tamen ab anima rationali id consequuntur, sed à facultate formatrice, ac spiritu gignituo, quæ semini ac sanguini menstruato insunt. Hæc n. primis quadraginta dieb; conceptum alit ac vegetant, formāq; hominis emoluntur. Habent quoq; reliq; animantes spiritū vitale reliquasq; animæ potentias, vegetantem & sentientē quas ex seminis facultate sanguinisq; effluxu consequuntur, atq; illis in vtero augetur, illorūq; beneficio vitæ potiuntur. Quo spectat illud I euitici; Anima o-minis carnis in sanguine est. Vita siquidē atq; animæ substantiæ spiritus in sanguine subsistit, eoq; alitur ac fouetur, vt elychinijs flamma affuso oleo. Quā animæ vim vt optime nouit Galeus, ita ingenue ignorare se fateatur, Animæ rationalis substantia quæ nati sit: vnde q; pfecta. Qui si meliori philosophia fuisset imbutus, nihil ad dubitasset pronūtiare Animæ diuinitatis esse scintillā, ac spiraculū quæ hominē à belluis discernit, atq; immortalitati asserit. propriā aussai

D. 4.

David. lo-
cum explicat.
tur.

Iob. 38.

Embryo pri-
mū mensis
hominis non
men non præ-
meretur.

Leuit. 17.

Anima
quidē.

Anima singularis diuersa. singulis animam insitam, ac suo cuiq. corpori peculiararem, cum multa demonstrent, cum maxime tanta in hominum moribus, ingenijs, iudicijs, opinionibus effectibusq; dissimilitudo & disparitas indicentur: & quod Horatius ait:

Lib. 2. Serm. 1. *Milia quot capitum veniunt totidem studiorum.*

Ser. 1. *Nullo hominum specie: & rerum dissolor usus:*

Perf. Sat. 5. *Velle suum cuique est, nec voto viuatur uno.*

Tsal. 32. *Quæ nō aliunde mihi prouenire videntur, quam ex diuersa conditionis animis, ac multiplici cordis varietate & discrimine Finxit enim Deus sigillatim, vt ait Dauid, corda mente sq; hominum, ac suam cuiq; indolem attribuit, suæq; naturæ ac conditionis animam consignauit. Hinc Salomon sibi plaudit & gratulatur, qd̄ animum felicē sortitus sit, corpusq; incorruptum, animæ morib. congruens & accommodū. Quæ autē in parte collocetur anima, quam & sedē occupet, multi veterum in quæstionē vocant. Philosophi cordis mediū illi assignant. Quod desiquate videtur. Sapiens, cū inquit: Omni cura custodietur tuum, quoniam ex ipso vita pcedit. At Medici qui exactius naturæ opera sunt perscrutati in cerebro illā constituunt ex quo omnes sensus ac facultates animæ, omnesq; actiones procedunt. Huius tamē vis*

Sap. 8.

Tiron. 4.

Anima domesticissima. per singulas corporis partes diffusa, omnia membra calore fouet ac viuificat, suisq; vitibus instruit. Cor vero tanq̄ vitæ fontē peculiari vi imbuit per arterias

Vera apoplethica.

non cognitas seu soporarias iugulum perreptates, quibus præcis sterilescent homines, vel oppletis apoplexia feriuntur. necesse est enim vias esse quasdam, atq; arteriarum venarumque decursus, per quos humores spiritusq; cum animales, tum vitales, vltro citroq; possint commeare, ac calorē natiuum ab anima concipere. Vt enim trilineū quamlibet spatiosum luculento igni incalescit, ac cœnaculum hypocausti halitus

Si mole à ea lenis foc.

halitu ac tepore quaquaversum impletur, ita corpus animę vires vndiq; diffusas efficaciter percipit, suasque operationes illius munere exercet. Anima siquidem licet vni loco affixa prædicetur, vim tamę suam longe, lateq; diffundit atq; in qualibet parte corporis se profert, suaq; officia cuiq; membro distribuit. Sic oculi, aures, nares, lingua, pedum, manuq; articuli animi sunt instrumenta, quorũ ministerio vtitur. Quod si instrumenta & quę illi inseruiunt organa vel vitata sunt, vel inepta, vel impedita, minus exacte animę munia perficiuntur. Quod in fatuis, seneculis, infantibus, quiq; emotę mentis existunt, euentre perspicimus, in quorum nõnullis vel ferius se facultates animę proferunt, vel prorsus extinguuntur. Vt enim ignis cineribus obductus non emicat, ac sol deã arraq; nube obiecta minus lucis exhibet: ita anima humidę aut vitiosę materię immerfa caliginem quandam concipit, quę menti offusa rationis lumen offuscet. Et quamquam in astate puerili minus illa eluceat, quam in adultę, non est tamen quousquam existimet illi suam inesse infantię, ac sensum incrementa sumere, accessusq; ætatis augetcere, tum morbo senioq; imminui. Cum sua vi, suisq; dotibus ab ipso vitę primordio maneat instructa: Nec enim sua ipsius substantia aliquid detrimenti accipit, sed instrumenti atque organi ineptitudo efficit, quo minus functiones suas obeat, suaq; munia exsequatur. Quę de re sequenti capite fusius tractare institui, quo corporis animęq; facultates plenius insnotescant, & quam inter se consentiant, mutuisque morbis afficiantur cuiq; pateat.

Anima, tametsi sit incorporea, nec ex concretionē materia, aut elementū consistit: affectibus tamen exposita est, suisq; sententię perturbationes. & perturbata, quę in corpus redundant.

CAP. XII.

Cum anima suas functiones & munia per corpus

*Membra
animi in-
strumenta:*

*Simile ã se.
pstoigne.*

*In puerũ as-
nima imper-
fecta instrus
menti ratio-
ne.*

obeat atq. exsequatur, idq. domiciliū circumferat, vt a fixam testam cochlea fieri magna ex parte solet, vt affecto corpore anima quoq. afficiatur, non quidem affectu primario, vt plerisq. visum est, sed per consensum ac lege consortii. Tanta est enim in his sympathia, eaq. afinitas & cognatio, vt vitia quedam virtutesq. animi in corpus, & corporis in animum dimanent, ac transfundantur. Siquidem cum anima corporeis organis vtatur, quæ multifariis noxijs humoribus vel affici contingit, vel vitari, fit vt corruptis vitariisq. instrumentis, vel etiam impeditis, nequeat illa pro dignitate vim suam explicare.

Horat. Sermon. lib. I.

Sic corpus onestum

Extremu vitium, animum quoq. pregrauat vna.

Atq. officit humo diuina parti vltim auram

Sap. 9.

Quod cum Sapienti quoq. Hebræo ante Horatium esset perspectum, Corpus inquit, corruptioni obnoxium adgrauat animam ac terrenum domiciliū mentem deprimit, obruitq; sensum multa meditantem. Et quanquā anime substantia nihil vitij, nihilque labis aut contragij ex concretionē corporis contrahere creditur, vt tamen solis radiis officit, tenebræq. offundit densa nubes, vtq. oculis obiecto varij coloris vitro aliter quam re vera existunt, omnia apparent, nimirum cærulea, flaua, viridantia, cyanea, tubentia; ita lumen rationis offuscatur, menteque obnubilatur corporis incomperies, efficitq; vt anime actiones deterius perficiantur. Sic ebrii ac delirij gemina cōspectare se credunt, cum vnica res sit obuia.

Simil. à splendore solis.

Simile à varii coloris conspectu.

Humores menti in se.

Sic melancholici absurda imaginantur sibiq. somnia fingunt. Cholericis irritantur ac temere excædesunt, cerebro scilicet humoris noxijs fuligine oppresso. Quas autē iacturas, quæve incommoda menti inferant humoris corporis præter leuiusculos aliquot formidandi morbi declarant Lethargus, apoplexia, paralysis, spasmus, mania, phrenitis, epilepsia, qui tam

tam valide omnes cum corporis tum animæ vires conuellunt, vt homo rotus sibi excidat, omnisq. vis mentis profus obruatur. Animus iridem si qua labete detineretur, atq. vel odii, vel iræ, zelotypiæ, æmulationis, inuidiæ, obtreccionis veneno sit imbutus, corpus quoq; in mutuum discrimen pertrahit, paria que malo inuoluit. Ne commemorem interim reliquas animæ cupiditates: quarû impotentissimæ cogitationes, sommos aliaq; per quietem vitæ perturbant. Nihil enim teste Fabio, tam occupatum, tam multiforme, tam inquietum, tor deniq. ac tam variis affectibus cõcisum ac laceratum, quam mala mens, adeo vt nec valotudini, nec honestis vllis artibus vacare aut liceat, aut libeat. Quippe quibus nõ somnus res delassatis placidissima, non quæ ægroto, merentique animo Medicus, oratio, non cibis deniq; aut porus qui corpus alii ac vegetat, suavis est. Quæ enim iis esse possit animi tranquillitas, quæ mentis securitas & constantia?

*Lib. I. c. 1
Mala mens
inquietat:*

Quos dixi conscia facti.

Mens habet attonitos, & surdo verbera cadit.

Iuuenal.

Ocultum quatrens animo tortore si gestum,

Sat. 14.

Tæna etenim vehement, ac multo sauior illis,

Quos vel Caridus grauis inuenit, aut Rhadamanthus.

Noctæ dieq; suum gestare in pectore testem.

Quo spectat illud Esaiæ: Impii cor tanquam mare fluctuat, cuius fluctus redundant in lutum, & conculcationem: nulla siquidem pax nec vnquam pacata mēs impiis, dicit dominus. Cum mala mens saepe lecta existat, secuta nunquam. Hæ autem affectiones animorum tam sunt violentæ ac feroces, tantaque in

inferendis malis sauitiæ, vt quæ menti latentet inherent, etiam foris se proferant, suisque se iudiciis prodant. Et quemadmodum animi puritas, mentisque integritas in oculis, in vultu, colore lineæ mentis elucet, totoque se habitu ostentat, ita animus

*Cap. 17.
Vultus animi
index.*

- Cap. 3.* funestus vitiiſq. obſitus ſe palā exeret ac foras erum-
Eſaiæ locus pit. Quod Eſaias indicat cum inquit: agnitio vultus
explicatus. eorum reſponderet eis hoc eſt, ſpecies externaſq. cor-
Eccleſ. 8. poris habitus improbos illos eſſe arguit, ac ſceleratoſ,
Provar. 17. nec niſi fraudes, impoſturas, inſidias, ſeditiones,
 omniaq. hoſtilia meditari. Cui coſonat illa Salomo-
 nis ſententia Stultorum oculi paſſim oberrant; In
 facie prudentis lucet ſapientia, vultus ſiquidem ho-
 minis eſt certiffimus mentis index, quæq. in abdito
 intimoq. animi recessu deliteſcunt, in apertum pro-
 ferr. Sic Catilina, vt Salluſtius ait: color ex ſanguis,
 ſædi oculi, citus modo modo tardus inceſſus, prius
 in facie, vultuq. recordia inerat: animus impurus,
 diis hominibuſq. infeſtus, nec quietibus ſedari, nec
 vigilis potuit: ita conſcientia mentem anxietate &
 formidine exagitat. Nec enim vllum quamlibet
 leue aut exile animi vitium eſt, quin in externo ha-
 bitu certa argumenta exhibeat. Siquidem odiuſa,
 metus, excauſcentia, triſtitia, amor, inuidia, prodi-
 tio; furandi ac prandandi ludum in vultu reſuēt,
Diogenis ſen- ac fortis primaq. fronte ſe proferunt Sic Diogenes a-
tentia de su- liquando conſpicatus ex ſanguis piluſq. colore iuue-
uene pallido. nē, aut amare illum, aut inuidere pronuntiauit. Inuidi
Prou. 14. enim cum aliena virtute diſcruciatur, contabefeunt,
Amantes ac medullarum, oſſiumq. putredinē concipiunt. A-
pallidifunt. lium quendam cū ex amore pallescere videret: in
 proprio quidem corpote mortuum illum diſtabat,
 viuere autem in alieno. Quæ commonſtrant vitia ri-
 triuſq. partis vltro citroq. commutare, atque alteram
 alterius incommodo affici, mutuiſq. malis infeſtari.
Chriſt. Cyprianas autem corpus extra culpam vindicat, nec
Corpus ani- ſuſtinet illi quicquam impingi. Quotquot enim in
mi inſtru- homine pullulāt vitia, animæ impurat, quæ ſola ſen-
mentum. tit, viuūt, & mouetur. Corpore vero ſic animam vri
 aſſerit, vt fabrum malleo vel incude, in quo format
 omnium turpitudinum idola, fingitque quelibet
 cupi-

cupiditatum simulacra, Neque enim, ut is statuit ca-
 ro est peccati dictatrix, aut malitix inuētrix, nec ipsa
 cogitatus format, agēdaque disponit: sed spiritus est
 officina, qui per eā quacumque affectauerit, pera-
 git. Quod vero caro aduersus spiritum, & aduersus
 carnem spiritus contendere dicitur, improprie dictū
 arbitratur. Quia solius animæ lis ista est, quæ secum
 ipsa fixatur, & cum proprio arbitrio litigat. Siquidem
 desiderii sui veneno mens ebria, corpus contumeliis
 applicat, ac iunctis amplexibus ambo in mortiferas
 suauitates delapsi obdormiunt. Quæ tametsi acuto
 illi vero differuntur, paulo tamen assentiri par est,
 qui corporis molem officere censet animæ actioni-
 bus, illiusq; conatibus esse impedimēto. Caro siqui-
 dem, ut is ait, concupiscit aduersus spiritum. Spiritus
 autem aduersus carnem, hæc autem inter se mutuo
 aduersantur, ut nō quæ eunq; vult homo, eadem fa-
 ciat. Oneri est enim terrestris domicilium animæ il-
 lamque remoratur, quo minus cōcepta mentis per-
 ficiat. Et quemadmodum equus calcitrosus fessori
 minus obsequitur, illumque excussisse laborat: ita
 corpus animæ ad præclara, instiganti oblectatur ac
 moram iniicit, semperq; ob insitam naturæ prauira-
 tem mancipium hoc refractariū existit ductori suo,
 minusq; obsequiosum. Quod Christus Apostolis
 dormitantibus ac somniculosis inculcat, cum inquit;
 Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.
 Caro siquidem ad spiritus monita ac vellicationes
 obsurdescit, mihi que expedire iussa eius exequitur.
 Ut enim qui aliquo iter instituit, alacriter quo illi
 destinatum est properat, sed plus satis suffarcinatus,
 atque oneribus clitelisq; depressus, cunctatius pro-
 greditur, ac contra animi votum serius iter absoluit,
 metamq; assequitur: sic anima sarcina corporis de-
 granata, summa molestia ad metam contendit, at-
 que agre iter inceptum peragit. Quamobrem nō

*Corpus ani-
 mi ut ad ac-
 tiones suo
 pellitur.*

Gal. 5.

*Simile ab
 equo calcio
 tr. 10.*

*Simile ab o-
 nusto vasulo.*

est quod quisquam existimet corpus omnino otiosum, sed naturales corporis facultates & potentias, quique insinherent humores, vel vti esse, vel detrimere animæ actionibus, mutuaque præstare operam: Frustra enim, ac præter meritum corpus cum anima vel gaudii, vel cruciatus æterni foret patriceps, nisi in multis se præberet socium ac ministrum. Sit sane corpus animæ vas ac domicilium, sit receptaculum, sit officina, sitque organum aut instrumentum, vel denique hospitium, ex eo tamē aliquid labis contrahit: vt vinum generosum ex lagenâ obducta sit, olidoq; ac mucido dolio saporem vitiosum. Quod si quicquid est hominis, omnesque eius functiones animæ attribunda: necesse est in illam affectus cadere, ac passionib; obnoxia, nulla, in parte, aut saltē mitius culpanda corpus. Augustinus certe nō esse omnino animam ab affectibus immunē, huiusmodi argumentis conuincere tentat. Omne quod moerore, metu, tristitia, indignatione, vindicta cupiditate afficitur, passibile est: Anima, cum voluntatis, votiq; compos non sit, suoq; desiderio frustratur, dolore afficitur: Ergo passiva esse conuincitur: qui mihi argute ratiocinari videret. Si enim anima alligata corpori, doloris omnifq; affectionis foret expertis, nullos apud inferos sentiret cruciatus, nulla tormenta. Quod aliter se habere commonstrant Euangelicæ concionis series de diuite epulone, qui cum flammis cruciaretur, estuantem linguam refrigerari cupit, sibi que aliquid doloris lenimen adhiberi. Quæ figurate ac parabolicos intelligenda, ne quis substantias incorporateas membrorū vti ministerio existimet. Scriptura siquidem ad captū humanæ mentis se accommodat, ascitisq; appositis verbis, ac petita ex natura rerū similitudine Dei erga probos fauorem ac munificentiam declarat: aduersus improbos vero vltionem ac scelerū vindictā. Simili loquendi tropo sacri coldices

Deo

*Simile ad vas
pido dolio.*

*Anima af-
fectibus ob-
noxia.*

Luc. 16.

*Tropi Scri-
ptura de Dei
membru.*

Deo indignationem, iram, zelum, gemitus, suspiria, faciem deniq; vultum, oculos, manus, brachia attri-
buunt, quod non alia ratione assequi possit humana
imbecillitas immensam supremi numinis vim, ac
potentiam, nisi populari more ea nobis inculcaret.
Cum itaq; conlter Scripturæ testimonio animas so-
lutas corporibus, ac damnationi destinatas, tormen-
tis affici: qui fieri possit vt corpori alligatæ, atq; hu-
manis nexibus impeditæ non eadem perpetiantur?

Equidem mihi persuadeo animas, vt pote coelitus
delapsas, non exingui, nec sentire interitum: sed ras
men duxerit, ac carnificinam perpeti, mentisque sit
mulos ac conscientie morsus persentiscere. Quod

ipsum post Elaiã indicat Christus, cū inquit: Vermis
eorum non moritur, & ignis non exinguitur: Vt
enim caries, vtque teredines ac vermiculi lignum,
quamlibet durum erodunt, vt deniq; ignis in obuia
quæq; vim suam exferit; sic animam conscia mens
stimuli confodiunt, internæque furie illam |vrunt,
pungunt, ac dilaniant. Cum animus auaritia feruet,
vindictæ cupiditate accenditur, ira inflammatur. in-
uidia tabescit, amore vitur, moerore contrahitur:
nemo est, opinor, qui non quidvis paratus sit & fas-
cere & pati, quam talem in intimis præcordiis subire
carnificinam, tantamq; in abditissimo animi recessu
perferre lanienam. Multo enim feuior longeque atro-
cior est animæ, quam corporis cruciatus ac tortura.
Quod interrogationis schemate quo animo acriores
insingeret aculeos, sic expressit Petrus;

An ne magis Siculis genuerunt ara iuueni,
Aut magis auratis pendens laqi caribus ensis,
Purpureis subter cernices terruit imus,
Imus præcipite, quam si sibi dicat & intus
Palleat, infelix quod proxima nesciat vxor.

Alia itaque ratione affligitur, aliter sensu, tactuque
afficitur anima, quam corpus dum vapulat, dum

*Deo qua ra-
tione mem-
bra attri-
buuntur.*

*Cap. 68.
Marc. 9.*

*Simile à cas
roso ligno.*

*Animi cru-
ciatus, quæ
corporis fa-
nior.*

flagris sensicq; subigitur, dum vulnus accipit, dum membra luxantur, dum illi faces ac tormēta admoventur. Siquidē anima rationalis, vt pote spiritus incorporeus, latētes experitur vexationes ac torturas, anxietatem, formidinem, zelotypiam, inuidentias, odium, indignationem, mentisq; inquietudinem ac conscientia remotum. Quos affectus, vel, vt vetus alicam perturbaciones si diuini animo inhære cōtingat, illasq; nec ratione discuti, nec diuino praesidio superari, non solū mentem, sed corpus quoq; tenuissime discutiunt. Itaque alterum alterius legibus tenetur, sibiq; mutuo sunt obstricti. Hoc tamen prerogatiua, idq; honoris ac dignitatis anima obtinet, vt multa per se, corpus veronihil absq; eius vi & agitatione efficere possit. Dupliciter itaq; anima suas facultates perficit: quæsdā per organa, nonnullas abique his, nullog; corporis adminiculo. Sic quæ intellectu ac ratione, mentisq; iudicio peraguntur, solius animæ munera sunt. Operationes autē manuales absq; corporis ministerio exequi nequit. Siquidem architecturam, cæmentariam, pictoriā, plasticen, pigmentariam, artesq; alias in vsum hominum excogitatas, animo quidem menteque homo cōcipit, sed manibus ea perficit, atq; instrumenta corpori attributa eis accommodat. Ceterū cum anima contemplationi rerum insitit, cum præterita memoria repetit, cum futura meditat, usq; præsentia connectit, dum ratiocinatur, dum occulta inuestigat, atq; abdita quæque perquirat ac rimatur, cum in ecclasi constituta, subduatq; in sublime, vt Paulus, arcanorum fit particeps, genuina insitaq; à Deo vi utitur, nulloque corporis eger adiuumento; nisi ea in actum proferte velit. Tunc enim corpus animæ assistit, vt indiuiduus comes & collega, cuius opera ac subsidio suas functiones exsequitur. Quod si diuturnior sit vel acrior, vel intentior in rem quampiā agitatio, sit vt corpus

Anima
multa agit
atq; corp
su admini-
culo.

Anima
quando cor-
poris ministe-
rio indiget.

2. Cor. 12.

pus utpote animæ viribus destitutum elanguescat atque emoriatur. Quod obseruare licet in iis qui in-
 tempestiuis lubricationibus sunt dediti, aut libris
 continenter affixi, quibus corpus sensim gracilescit
 atque extenuatur, spiritusq. vitales imminuuntur.
 Quicumq. ergo animum nullum sentire affectuum,
 nullisque rebus permoueri censent, sed illæsa mète,
 nullasq. concipiente plagas anima, obiecti tantum,
 organiq. vitæ: ratione affecti, non admodum veritati
 consentanea mihi dicere videntur. Quid enim sibi
 vult angos ille Seruatoris, atque ristuatio? qui con-
 cepta supplicii quod subeundum erat atrocitate, im-
 pensique beneficij ingratitude atq; obliuione hu-
 mana quadam imbecillitate in hanc vocẽ moribun-
 dus erupit: Tristis est anima mea vsque ad mortem: *Matth. 16.*
 eamque veluti patri blandiens deprecatur. Et quan-
 quam nondũ illi insultaret, aut manus inferret in so-
 lentia militaris, tota tamen mente & cogitatione in
 imminens periculum defixus, tanto horrore ac tre-
 pidatione concussus est, vt affectus sanguineum su-
 dorem expresserit, toto corpore confertum atq. effu-
 se promanantem sic vt triq. parti acerbitas illa do-
 loris sit communicata, atque ex animo in corpus re-
 dundare ceperit. Nec est, quod quis opinetur in hu-
 iusmodi radio ac pauore animam vitalem ac vege-
 rantem, tum spiritus naturales tantum affici, imo
 pars hominis potior discernimi obicitur, in eamque
 tota vis mali decumbit que tamen originis suæ me-
 mor, vires colligit, ac cælesti fulta præsidio: intrepide
 in fractoq. animo aduersus pericula subsistens, di-
 uinitus solamen accipit. Huiusmodi affectib. etiam
 Diuæ virginis mens multipliciter agitata est. Huius
 siquidem cum Spiritus tum anima, alias lætitia alias
 dolore perfusa est: illud denunciato per Angelũ con-
 ceptu, partuque mirifico, pastorum concursu, ac Ma-
 gorum adoratione: illud, vt à Simone factitatum erat,

*Mentis in-
 sentio corpus
 attenuat.*

*Christi ratio
 hominis ar-
 gumentum.*

*Christus in
 corpore et a-
 nimo crucias
 tum sensu.*

*Maria dol-
 ribus consuf-
 sa.*

erecto in crucem filio; experta est. Postem equidem magnam conneſtere ſeriè eorum, q̄ in maximis calamitatibus conſtituti, acerbiffimum animi vulnus conceperint: exempla ſuppeditant tot vaſtè examina, inter quos Helias, Heiſeus, Dauid, Hieremias, Moſes, Eſaias, Ionas, Zacharias, & præter martirum

Vates calamitatis, exiſtiſti.

aliquot myriades, in deſeſſus ille fidei noſtra aſſertor & propugnator Paulus ſuo agnoſtheta ſeu remuneratori ſtenuè operà præſtiterunt, qui præter corporis incòmoda, ſummaſq; anguſtias ac detrimenta animam circumferebant acerrimis doloribus exulceratam. Quiſq; autem ſecum ipſe expendat, quanta

Anima licet incorporea, doloribus agitatur.

obſederit illorum animos anguſtia, q̄s menti inhaſerit mœror, qua trepidatio: cum puſi patria, deſtituti aſſinium ac cognatorum ſolatio ludibriis, còra melius, flagris expoſiti, aſſiſti, preſſi, conculcati, proſcripti, per loca acia atque hominibus inacceſſa, hoſtium ſauiritiam euitare ſunt coacti, ſuaq; ſaluti atq; incolumitati conſulere. Quod ſi anima, q̄ homines à bellis ſecernit, omnis affectionis ſit expert, nullifque vel ſolatiis capitur, vel doloribus afficitur: quid ſibi volunt plorabunda hæ voces? Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Deſecit in ſalutari tuo anima mea: Renuit conſolari anima mea. Rurus dum reſocillatur, ac Dei fauorè percipit. In troito anima mea in requiem tuam: etenim Dominus benefeſcit tibi: Benedic anima mea Domino, & omnia qua intra me ſunt nomini ſancto eius. Adhaſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Quib, etiam ſi innumerata congeras, non deſignati tantum putò naturales anima facultates & potentias breui interituras ſed illam qua rationis, queque diuinitatis eſt particeps, à cuius vi oēs actiones corporis procedūt, omneſq; functiones petſciuntur. Cui parti inſita eſt ab opifice *conſtitutionis*, h. e. conſeruandæ exſequendaque legis naturæ amplexus & nomia, virtutum vitiorumque

Rom. i. Synoreſi quid.

rumq. discrimen. Quæ vis, teste Paulo, hoc efficit etiam in animis eorum, qui à Deo sunt alieni, vt nature ducti à malis resiliant, ac virtutem amplectantur. Si quidem illa animi pars, in qua elucet imago Dei, ac se profert natura integritas, detestatur damnatq. nequiter facta, ac le cupit præstare inculparam ac improbis moribus, omniq. scelere immunem. Quamquam hæc natura vis non nihil labefactata est & concussa, sic vt que mens concepit, voluntas non sincere, non prompte, non alacriter exsequatur. Huic affinis conscientia, quæ mentem hominis latenter à Deo indagatam arguit atq; accusat, incussoque terrore ac scelerum recordatione ante actam vitæ detestatur, conceptoque; emandatoris vitæ proposito, malorum poenitentia ducitur. Ita vitrix illa conscientia homini autem vellicat, ac maleficia iam pridem patrata oculis obijcit, quibus facile conuinci posse video animam affectibus esse expositam, ac perturbationibus subinde inquietari. Siquidem dulcia percipit & amara, ipsaq; dilatat seles, ac gettis rebus prosperis, contrahitur aduersis. Nec tantum non in eis, sed mereres quoq; angelicæ suos quodam modo affectus obtinent, indolescunt enim malis hominum, seseque cruciant, cum hi à probitate ac virtute desiliunt, latantur vero, atque exhilarantur cum improbi se ad frugem conferunt. E contra mali Genii hominibus infestisunt, libesque mendacis uerant contrumeliis impetunt, insectantur, odioque partidali prosequuntur. Quæ cum in acrias incorporateasq; substantias cadunt qui fieri possit, vt non eadem hominum anima percipiant?

Animas hominum non omni ex parte esse æquales, nec pariter conditæ, ac dignitate, se talibus alia præstantiores.

C. A. P. XIII.

Quamquæ paulo ante nonnulla à me sunt cõmemoriata, quæ huic argumento cõgruunt, quæq;

E. 2

*Natura in
sensibus.*

*Conscientia
quæ in mens
re efficitur.*

E. 11. 35.

*Mali genii
hominibus
infestis.*

*Inter ani-
mas discrimi-
nen.*

hoc paradoxon stabilire possint: opera pretium ta-
men facturus videor, si singulari capite hoc thema
illustrare pergam. Pleriq. in ea herent sententia, vt ani-
mas hominum eiusdem esse conditionis, eademq.
dignitate ac prestantia existiment, nec inter sapientis
stolidiq. aut improbi animam quicquam interesse,
vllumque statuendum discrimen, sed organi tanrum
ratione impediri actiones, ac facultates animæ vicio
se perfici. Ego vero nullo contentionis, aut contra-
dicendi studio aliter se rem habere mihi persuadeo.
Quanquam enim non ignorem ob morbi seuitiem,
ob capiti inflicto vulnus, ob casum denique & con-
cussionem affecto cerebro mentem obstupescere, o-
mniumq. rerum induci obliuionem: non consequi-
tur tamen omnibus animam esse parem, aut omnes
quod ad iudicandi vim, ad ratiocinandi iudicandiq.
peritiam attinet, æqualem esse sortitos. Neque enim
cuiusq. anima quilibet accurate fuerit exulta, quan-
tumvis strenuam operam adhiberi cõtingat, artium,
disciplinarum, omnifq. doctrinæ atq. eruditionis æ-
que est capax, pariq. docilitate ac solertia. Cum pleriq.
incepti sint, minusq. appositi ad perdiscendas ar-
tes atq. inuita Minerva, repugnanteq. natura plera-
que aggrediantur. Vt autè facies & funalia alia aliis
magis splendescunt, lucisque plus exhibent, vtrq. igni-
ta quæq. alia aliis sunt magis vrentia: sic anima cu-
iusque splendor dissimilitratione elucescit, variaque se
proferunt mentium discrimina. Et quemadmodum
mentes Angelicæ ordine, dignitate, officijs, ministere-
rijs inter se differunt q̃ Seraphin, Cherubin, Throni,
Potestates, Virtutes, Archangeli, totaque Geniorum
hierarchia demonstrat: ita in animis hominum dis-
crimen statui posse video. In eo autem omnes conueni-
unt, quod corpus mortale & caducum sunt conse-
quuti: quod formam humanam nacti, licet non-
nulli serino sint aspectu belluisque affines: quod om-
nibus

*Simile ab
ignis facib.*

*Inter Ange-
los discrimē.*

mnibus inditus procreationis ardor: quod in se natura legibus tenentur: quod similis illos rationis vis incitat: quod animæ essentia, formaq. substantia à Deo sit creata: quod immortalitati desinantur, omnesque vno spiritu imbuntur. Sed quoniam non æque valèter se in omnes exferit vis diuinitatis, nec omnes eius muneris sunt æque capaces, tantiq. beneficii pleriq. se præbent indignos, sit vt alia vi atq. effectu tuas actiones, pferant animæ, nec sint in præfenti rerù. statu, conditione, dignitate, ordine pares nec in alterâ etiam vita futuri æquales, pariq. gloria illustrandi. Sic enim propheta Daniel eius rei nobis fidem facit: Quotquot in puluere dormiunt, euigilabunt, alii in vitam sempiternam, alii in opprobrium, in dedecus, in pœnam, alii in condemnationem. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiâ erudierint multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quod diferimen inter substantias incorporeas Paulum etiam obseruasse comperio desumpta ex sideribus similitudine. Vt enim sidera alia altis sunt illustriora, variaq. se exhibent corporum discrimina: sic magna in animis hominû diiferentia, vtque in resurrectione altera alterius anima futura est magis gloriosa. Constituit autem Deus (vt Gregor. Nyssenus resatur) secundum

*Animum
disparitas.*

Cap. 12.

2. le anima

*Bruta non
ratione,
sed du
natura se
runtur.*

Es. 33

homine non consequitur. Siqdem infinita sunt humanarum actionum rationes ac modi, nec omni homini vna opatio, vnaq. intentio, vt animantib. quorū actiones a sola natura eientur, qua in omnib. pari ratione decurrit. At rationalis actus, qui proprie humanae mentis est, singulis diuersus, ac p̄ anima conditione alius alii. Vnde emergit tanta in hominum animis opinio nem varietas. Vt itaq. ex Pauli sententia vnicuiq. datur manifestatio spiritus ad id, q̄ expe dit, ac varia hominibus sunt delegatae functiones ac munia, quae Deus pro suo arbitrio cuique distribuit, diuidens suum spiritum cuiq. vt vult: ita sua cuique ppria ac peculiaris anima, q̄ ab vno opifice profecta est, sed non pari dignitate praedita, non eadem intelligentia ac rerum cognitione imbuta, sic tamē vt virtutum vitiorumque sit capax, atq. in ista vltima quaeque amplecti possit, ac vitare noxia, licet in ualde ea perficiat, vbi diuino p̄sidio sit destituta. Quapropter nō absurda mihi videtur illa Aristotelis comparatio, qua mentē hominis assimilē facit tabule rasilē natiq; expolite picturis, sed q̄ accommodata est, a praq; vt quiduis in ea adumbrari possit, ac delineari, aut vitiorum similitudo, aut virtutū simulacra. Quo spectat illud D. Pauli: Vt in opulenta magnificaque domo non solū vasa aurea & argentea sunt, verum & lignea & testacea, quorum illa honesto vsui destinātur, ista sordido, parumque honesto: Sic Deus in hoc mundi theatrum varias corporum ac animotū differentias, p̄duxit, variisq; personis illas induit, ac diuersis infrixit ornamentis, non tamen sine spe excellentioris muneris assequēdi. Neq. n. cuiquam ademptus est constus, aut industria, qua eniti possit ad praestantissima, & consecrari optima: imo ad illa huic adminiculatur remunerator, ac cuncta nrem impellit. Sic qui sua culpa sordescit ac vitiorum coeno obiectus est, expolire se potest, absteriq; sordibus est

1. Cor. 12.

Ephes. 4.

*Monstru-
lata.*

2. Tim. 2.

*Simile ab
amplis adib.*

*Nemo cel-
pā in Deum
transerat.*

tici vas honorificum, atq; vñibus præclaris accommo-
 dum. Assignauit siquidem Deus Opt. Max. cuiq; pec-
 ciliarem corporis habitum, surq; naturæ congruen-
 tem animam, quæ tamèn multis modis immutari
 sint apta. Desistit enim nonnunquam homo, ac de-
 generat ab integritate, suiq; præstantia, seu cor-
 pus seu animam pestes, atque originis suæ oblitus,
 sordibus, lutoq; vitiorum inuolutur: nonnunquam
 vero latentèr à Deo instigatus ex malis, quibus erat
 deuinctus, elucitur, atq; ad virtutem, ad pbitatem,
 ad honesta quæq; nititur. Cuius rei documenta sus-
 mere licet in filio prodigo ac deo Æore, & Saule. O-
 mnibus itaq; sua mens, suaq; anima obtigit, sed quæ
 diuino munere, cuiusq; assatu multiplices dotes, va-
 riaq; charismata concepit: licet non æque valenter
 omnium mentes spiritus diuinus impleat. Accipiunt
 quidē omnes de vberissimo eius fonte, sed alius alio
 affluentius. Quod talentorū distributio nobis incul-
 eat, qua in obeunda negotiatione salutis nostræ di-
 ligentiā & industriam nostram, licet inualidā, acuit
 atq; exstimulat, & Dei dotes amplificandas augenda-
 que præcipit. Vñ. n. quinque, alteri duo, tercio vnū
 partitus est, cuiq; pro ingenii sui captu, vt que operis
 huius Chorago expedire, atq; è re vsuque esse visum
 est, expensū acceptiq; rationem suo tempore exactu-
 ro. Sic Paulus Timotheum cōmonefacit, omnibusq;
 eius nomine autem vellicat, vt functionem suā eute
 habeant, vt donum spiritus, tanquam ignem sopitū
 iamq; euanescentem exfulscent, vt excusso veterno
 delegatarum manus sedulo exsequi studeant. Hoc e-
 nim à suis exigit Deus, vt quisq; suam Spartam exor-
 net, vt minam concreditam adaugeat, & cum freno-
 re refundat. Et quoniam non pariter otiosos esse
 exebias agere, atq; indefesso labore insistere nun-
 cinationi, Negotiamini (inquit) donec veniā. Quod

Luc. 15.

Quiliter
 in minima
 distributio
 desigener.

Matth. 25.

c. Cap. 1.

Simile à
 pro igni.

Luc. 10.

*Negotatio
Evangelica.*

cum organum electionis. Paulus sedulo inculcavit aliis, id ipse omnibus modis præstare studuit, sic ut in legatione sibi commissa ceteris magis feruidus fuerit, atque in Apostolici muneris functione obunda alacrior, viuidiorque. Ut itaq. in gemmis, animum tantibus, herbis, sideribus discrimè est, ac flos alius alio odorator, ac gemma alia rutilantior: ita in animis hominum euenit, quæ peculiari quadam vi ac facultate instructa, varias operationes, diuersosque effectus proferunt. Quæmodum enim (vt Paulus ait) suo cuiq. semini vis insita, atque alia caro pecudum, alia hominū, aliaque species ac decor corporib. cælestib. alia terrenis: alius Solis fulgor, alius Lunæ, alius alterius sideris splendor: ita corpus hominum aliud alio præstantius, habitusq. magis generoso: ipsaq. anima cum in hac statione vitæq. huius decursu, tum in resurrectione pro sua sorte ac meritis (quæ quilibet ad Deum referre debet, nulla philantia sui que fiducia) dignitate & conditione potior, gloriaque superior.

*Simile ab
astris &
femine.
Cor. 15.*

Psalm. 1.

Magna siquidem cum in præsentī seculo tum in futuro inter probos improbosq. disparitas ac dissimilitudo multuq. diuersa conditio. Impii enim in medio iustorum non subsistent: sed vt quisquiliæ aliaq. venti ludibria, dissipabuntur. Itaq. Paulus ex natura rerum multa oculis nostris obicit, quorum intuitu atq. obseruatione, arcana diuinitatis nobis innotescunt. Sic in negotio Christi ab odore ac fragrantia rerum corporalium similitudinem desumit. Vt enim effluxus atq. exspiratio stirpium effectū se prodit, ipsuq. cor vel reficit, vel offendit: sic anima, ex qua emanat salubris halitus, aut in salubris, Christum vel

*Simile à
rebus odoratis.
1. Cor. 2.*

*Anima. 6.
Simile ab
urentibus
rebus.*

*Ignis est quidam vigor, & cælestis origo
Omni anima.*

Sed vt ignis alius alio calidior, ac p nutrimento, sub
1660q.

Is, quod somno venior ex oleo siquidem, sulphure,
bitumine, & aliis, quam Petroelum vocat, inflamo
mescit, & ignitus, ita anima pro sua facultate ac viri-
bus, proq; acceptis dotibus vim suam in corpus ex-
ferit, cuiq; in profereendis actionibus vel agilior, vel
remissior; sic tamen vt corporis habitus ac constitu-
tio, quam *εὐαγγ.* Græci vocant, eiusq; organa
anima subserviant. Par est ratio in malis geniis, quo-
rum alijs alio nocentior, hominiq; magis infestus.
Sic in Evangelio Beelzebub princeps Dæmoniorum
denominatur, tanquam in malis inferendis præpo-
tens, ac magnatum virium. Sic Evangelicæ narratio-
nis series malos Genios nocendi studio ac maligni-
tate discernit Is enim, qui minus virium obtinebat
ad perturbandam conuellendamq; hominis mentē
adsciscit sibi septem deteriores se, ac collatis viribus
ita illam occupant, vt sublata sit omnis emendatio-
ris vitæ spes, omnisq; ademtus ad sanio rem mentem
reditus. Quod si fas sit corporea conferre incorpo-
reis: Vt stannum, plumbum, argentum, aurum, æs, cu-
prum, orichalcum, omnisq; generis metalla suas sor-
des concipiunt, suamq; scortiam atq; æruginem con-
trahunt; vtq; agri inculti, squalore ac situ obducun-
tur, iisq; zizania, ac infelix lolium innascuntur: ita
animæ substantia sua vitia contrahit, ipsaq; exculta
splendore virtutum nitescit; neglecta vero vitiorum
fulgine densescit atque obcuratur. Nec est quod
quifquam opifici suo obsequatur, aut cum illo ex-
postulet, vt ignavus ille, qui acceptum talentum de-
foderat, cum ad omnes odor Scruatoris dimanet, im-
pressaque sint cuiq; diuinitatis vestigia, sic vt genti-
bus etiam à Deo alienis indita sit in scriptaq; naturæ
lex, cuius instinctu mens illorum Dei notitiam concipit,
ipsaq; conscientia attestatur, ac ratio dicat,
quæ sectari, quæ vitare conueniat, quantumq; in ho-
nesti honestique sit discrimen. Quisq; itaque effi-

*Geniorum
malorum
discrimen.
Matth. 12.*

*Simile à
metallis.*

*Esaiæ 7.
Simile ab
incultis a-
gris.*

*Deo se quisq;
quis sub-
mittat
Rom. 2.*

*Actura lex
cu qua im-
pressa.*

*Simile à
cultura a-
grorum.
Hortatio
ad amplex
Eandem do-
ctrinam co-
lestem.*

*Hor. l. 6. 1.
Epsl.*

*Verbi Dei
fructus &
utilitas.*

2. Tim. 3.

cere curet, ne in vanum incallumq; hoc munus se-
cepisse videatur, nec Deo, cuius a iurisdictione omnia de-
currant, obnummuret, quod minus presentem ani-
mam sic consecutus, sed quam obtinuit foueat, illi
que vt agro sterili ac ieiuno culturam adhibeat, spate
foque verbi Dei latamine sementi preparat. Ipse in-
firmis conatibus, promptaq; voluntati non est desis-
turus. Nihil autem anime salubrius, magisq; frugi-
ferum, quam continenter sacrarum literarum medi-
tationi insistere. Hæc si quidem vitis medetur, hæc
morbos expugnat, hæc animi inarorem diluit, men-
tiq; offusam caliginem discurit. Nullam est rem medi-
sanandis restaurandisq; exulceratis mentibus effica-
cius, magisque presentaneam, nullus morbus tam vi-
rulentus, nullum vulnus tam lethale, quod hoc me-
dicamine non sanescat atq; obducatur.

*Feruet auaritia, m' serag, cupidine peccat?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Passu, & magnum morbi depouere partem.
Laudu amore tames? sunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecta poterunt recreare libello.
Insidus, iracundus, meri vinctus amator?
Nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit,
Si modo cultura patientem accomodat auem.*

Hæc commoda præstat Philosophia, non humani
quidem, vt Horatius existimabat, sed cœlestis & di-
uina, quæ naturam luxatam ac collapsam in integritati
pistinæ restituit, quæ fiduciam erga Deum in nobis
excitat, illique nos conciliat, quæ animi tranquilli-
tatem adfert, mentemque firmam ac stabilem: qua
nihil homini in hoc turbulento vite sælo oprabilis.
Quo spectat illud Pauli, quo nullus in hæc palæstra
exercitator: Omnis scriptura diuinitus inspirata vit-
lis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctio-
nem, ad instructionem, quæ hominem iustum efficit,
vt integer sit homo diuinus ad omnia officia pietatis
& accommodus.

De anima immortalitate, atq; indubitata certaque corporis
humani resurrectione; tum quæ ratione ac modo id perfici
contingat. Deiq; quantæ tantæ muneris meriti cunctis
in Deum; quantæq; morturo futuræ consequendæ salutis.

CAP. XIV.

Nihil homini calamitoso, morbisque ac malis in
numeris exposito, in huius æui decursa plus ad-
fert commodi, depulsoq; mortis metu plus præbet
solatii ac fiduciæ, quam vt subinde contempletur al-
terius vitæ beatitudinem ac felicitatē; eiusq; rei po-
titudinæ spem certā atq; indubitatam concipiat. Quæ
consistit in animæ immortalitate, ac corporis resur-
rectione, totius fidei nostræ basi solida atq; incōcul-
sa Inanis siquidem forte labor omnis nosser, atque
inritus conatus; omnique vitæ nostræ ratio, cultus,
institutum, religio euanida, atq; imposturæ abstinis:
si tanto, tamq; salutari bene frustrari nos, atq; ab al-
terius vitæ expectatione decidere contingat. Quo
mirari subit quorundam stupiditatem, qui nō aliter
spirare homines, quam bruta existiment, quiq; ani-
mas penitus exstingui, nec à morte quidquam homi-
nis superesse cōtendunt: Qui cum in naturæ operib.
proflus cœcutiant atq; hallucinentur, Deiq; poten-
tiam vel non agnoscant, vel ex rebus conditis non
obseruent, sit vt mens illorum assequi aut rationem
inire nequeat, qui effici possit, vt anima sit æterna, ac
nunquam interitura, ipsumque corpus rediuuiū sit
futurum, suæq; integritati aliquando resitendum.
Cum autem Deus hominē immortalem esse, ac per-
petuo illum subsistere voluit, ad imaginem & simi-
litudinem sui illū condidit. Quod si homo Dei ima-
ginē refert, eiusq; similitudinē exprimit: necesse est,
eandē eū origine sua naturā cōsequi atq; æternitatis
fore consortē. Huius muneris dignitatē ac præstan-
tiam non sunt sortitæ reliquæ animates: cum nulla in

*Meditatio
aliæ vitæ
quid
esset.*

*In quo con-
sistat homi-
ni securitas.
An homi-
ni alia animæ
mantiū
conditio.*

Genes. 1.

*Imago Dei
imaginem
refert.*

*Animantes
menta desti-
nata.*

*Anima
hominis dis-
simulatio
particeps.*

*Deus ho-
mine uni-
co afficitur.
Tromer. 8.
Dei amor
& prepen-
sio erga homi-
nem.*

Tim. 3.

Hebr. 3.

his se proferant diuinitatis vestigia, nulla mensi-
geat, de sit ratio, memoria, intellectus, iudiciū, artes,
disciplina, rerumque peritia desideretur, quæ homi-
nibus Dei munere affatim sunt attributa. Quapro-
pter piaculum est id statuere mortale esse ac cadu-
cum quod à Dei substantia prodiit, quodque à diui-
na mente homini est inspiratum. Vt igitur Deus æ-
ternus, omnique interitus expers: ita anima quoque
humana tanquam diuinæ essentia particeps, ætet-
na, atque ab omni corruptione immunis. Cæterum
cum Deus hominis gratia omnia condidit, solus ho-
mo Dei causa, atque illi conformis est creatus, eoque
effectum est, ut Deus à mundi exordiis mirifice ergo
illum affici ceperit, illoque se oblectare, atque eius
familiaritate & consuetudine perfrui exoptauerit,
adeo ut huius causa humanitati vniri sustinuerit,
atque immortalis mortali agglutinari: quo diuina
nature humanæ coalescat atque vnietur, humana di-
uina. Cuius rei fidem suo hoc testimonio adstruit Dei
patris sapientia Christus, qui hanc nobis salutem pe-
perit: Dominus possedit me ab initio viarum suarum,
antequam quicquid faceret; ab initio atque ab æterno
exiit; quando parabat cælos, aderã: quando cætu-
lege & gyro vallabat abyssos quando a thera firma-
bat solum, & terram deorsum, cum eo eram cunctis
componens, & delectabar per singulos dies ludens
coram ea omni tempore, ludens in orbe terrarum,
& delicia meæ esse cum filiis hominum. Quæ
Philos. Operis, hoc est, ut Paulus ait, amor ac pre-
pensio erga homines, hoc efficit, ut omnia nobis per
Christum sint communicata, ut par sit cum illo nos-
tra conditio, similis fors, æqualis hereditas: eoque
fit ut quidquid in Christo expressum est, in homine
quoque sit exprimentum. Ipse æternus est, ac per Æniter
subsistit; id illius beneficio consequitur homo: Ipse pri-
mus relinquitur deus ista morte, auctor, princeps, ac
pri-

primitiæ tanti triumphî: illius virtute ceteri omnes sunt resuscitandi. Quamobrem nemo sibi tam sit iniquus, aut in tanti muneris auctorem ingratus, vt nouitnis huius honorem sibi vel inuideat, vel ab se repellat. Quis enim tam stupidus, qui se ab interitu vindicare non cupiat, ac perenniter subsistere expectet potius, quam perpetua morte sopiri, sublataque omni emergendi spe, in sempiternam mortem deuoluatur? Scio equidem nonnullis plausibilem videri hanc de animæ immortalitate persuasionem: ac corpus in eandem sortem recipi, pariq. futurum conditione, est aliquando reuicturum prius abnuunt. Verum hi naturam hominis, totiusque conficiendi ædificii rationem non penitus excutiunt, nec in illum desigunt oculos, qui homini lucis huius auctor existit, & cuius virtute vitæ auspicia est consequutus. Siquidem cum anima & corpus indiuisse inter se connexa hominem constituant, necesse est, vt totus homo, hoc est, & anima immortalitate potitur, & corpus per resurrectionis mysterium eiusdem muneris sit futurum particeps. Neq. enim admitter ratio formationis hominis, vt alterum sine altero suo sine, cui destinatum est, potitur: vtque dimidiatus homo, aut altera modo pars beatitudinem consequatur: necesse est igitur, conditioque operis ratio exposcit, vt corpus aliquando reuiuifcat, ac postliminio coniunctum animæ pari sit futurum cum illa conditione, eiusdemque muneris confors. Cum enim Deus formando homini esset intentus: Faciamus inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quibus verbis non alteram modo partem designauit, sed totum hominem, qui ex corpore & anima conflatus est. Hæc enim duo vnita & conglutinata hominem conficiunt: quæ cum sint discreta ac diuisa, hominem dissolui contingit ac nominis huius honore destitui. Quapropter mihi ratio exige-

Nemo non immortalitatem vel affectat vel mendatur.

Multi anima immortalitatem statuant, pauci resurrectionem.

Validum argumentum resurrectionis.

re videtur, vt vtraq. pars eundē finem consequatur, si vel beatitudinem, si vita innocenter sit transacta: vel damnationem, si nequiter: nec profecto foret rationi contentanentum, vt ab illa felicitatis spe corpus

*Corpus animæ eas fa-
periclitari.*

excideret, cū huius aui molestias æque pferat. Sigdē animę causa nō nunquam flagris scuticisq. subignit, plagas accipit ac cruciatus, dolores cōcipit, periclitatur, vita que dissiūmen subit: sic vt illas anima potens rias sentientē ac vegetātem q̄ brutis ēt cōmunis, peritundi contingat ac dilaniari. In sententiis n. dictis, persuasionebus, opinionib. iudicis nonnunq̄ suo in cōmodo anima acquiescit atq. obsequitur, seq. in om-

*Corpus quo
modo animæ
in iuriam
sum.*

niūbus sociū prebet ēt ministrum. Itaq; non immerito iniuria affici corpus videtur, nisi eodem beneficio vtatur. Et quidē corpus anima instrumentū, quo actiones suas perficit, ac functiones suas exsequitur. sed alia ratione, corpore animato ac sensibili vitur anima, quam opifex, aut architectus ferrā, malleo, securi; cum singula membra aptissime officis suis sint distincta, multisq. vñbus possint accommodari. Hoc autem d. fitumen inter corpus & animā statui posse vt deo, quod inter Solem & Lunam. Itā enim licet lumen a Sole inuuetur, non tamen omnino propria vi deslituta est fertur enim peculiari motu suamq. citiculum ab solū: lumen autem a Sole concepit, vt speculum, vtq. lebetes ac pelues perpolita ex opposita fāte splendorem, nullum vero lumen exhibet, nisi a Sole illustrata. sed tamen otiosa censeferi nequit: cum mensurum et usum perficiat, suaq. cœli spatia nullo Solis ad inuiculo metiatur. Sic anima corpori quidē vices suppedirat, at illi non desunt inlite facultates & potentia naturales, quatuor humorum qualitates, quibus efficitur omnium functionum capax, atque ad quiduis exsequendum appositum. Et quemadmodum Sol sua patitur deliquia; Lunaque interuentu occultatur, similiter & Luna terre:

*Elegans com-
paratio a sole
et luna de-
sumta.*

*Simile à
perpolito
peluis.*

obis.

obiectu *eclipse*, defectumque percipit. Ille cum per *Eclipse* *solis*
 lineam eclipticam decurrit in eodem gradu: isti in *linea arborum*
 oppositis: ita corpus & anima sua percipiunt detri- *ma & corpo-*
 menta ac deliquia, & pars altera alteri non unquam *ri eo, arborum*
 vel prodest vel officit. Cum itaq; tantus sit in his cō-
 sensus, tam fida societas, illaq; tantisq; dum in hac
 vitæ statione excubias agunt mutuas operas tradit;
 par est, vt corpus per resurrectionem innouatū eius-
 dem muneris sit particeps, atq; in eundē municipa- *Consensus*
 tum admittatur. Qua autem ratione id perfici con- *corporis &*
 tingat, si quis, vt Thorsas ac Nicodemus ob ingenii *anima.*
 tarditatem assequi nequit, ne Deo vel suam potentiam
 detrahat, vel isti dissidat; sed oculos mentemq;
 in tanti opificis opera dirigat, abunde multa est per-
 spicendus, qua illi non deesse vires declarabunt, non
 solum in laetandi hominis, verum & quiduis eoris, *Natura ro-*
 quæ animo destinauit, perficendi. Collustremus ce- *rum reser-*
 lum, hoc sideribus vndiq; exornatum, illiq; subiacē *ret. vñ ad-*
 rem terre globum, ex qua pullula ut tot speciosi, fra- *stunt.*
 grantesq; flosculi, tot stirpes salubres, cum esui, tum
 medendis corporib; accommodat, tot in matris gur-
 gite piscium genera, tot in aere ac terra alites, tot pe-
 cora partim ad vescendum, partim ad cultus agrorū
 ipsūq; hominem tanti operis ac muneris domina- *Conditoris*
 torem ac præfectum. Quæ initio Dei verbo ex nihilo, *maximè &*
 nullaq; subiecta materia creata, stabiliter perse- *amplitude.*
 verant ac lubisunt, suisq; vicissitudines, ortus, pro-
 gressus, incrementa obtinent. Cum itaq; tam sit im-
 mensa conditoris vis & potentia: quis illi vires deesse
 dicat absterigendi, restaurandiq; collapsa, qui ad-
 miranda quæq; ex nihilo constituit: Quod si corpus *Simile ab*
 hominis nullo negotio, ex nihilo creauit opifex: *opere suis.*
 quanto illi facilis erit mortuū restituere atq; in vi-
 tam reuocare: non quidem ex nihilo, sed ex materia
 cognata ac familiari, quæ vel in cineres reuoluta est
 vel alio quouis modo in auras euannit. Vt autem ar-

tifex opus fusile confectum atque immixtum ex eadem materia restituitur, formamq. inducit præstantiorem: ita Deus corpus in terram resolutū suo tempore reuocabit in vitam, eadem quidem, qua fuit specie sed omni labe, omniq. terrena concretionē sublata. Hoc itaque honoris deferamus immenso Opifici Deo, eamque potētiam illi asseramus, vt quibus eorum quilibet, efficere illum posse constitemur, nec quisquam ex sua imbecillitate aut ignorantia illud æstimet aut metuatur: cum minutissima à nobis comprehendī nequeant, prorsusque ingenii nostri captum excedant. Quod si hæc mundi spectacula totiusq. naturæ ordo ac series nō sit satis efficax ad excitandas hominū mētēs, nec vllę rationes satis firmæ ac solidæ ad declarandā Dei vim ac potētiam; saltem in se quisq. descendat, ac mentis suę dignitatē ac præstantiā sedulo excuriat, pfecto intelliget atque experietur, quanta sit humani animi mentisq. excellentia, quanta deniq. illius vis & potētia, q. homini hoc munus indulsit. Mihi vero humana mens non omnino gemmis videtur ab similibus, quæ præter id quæ aspectu grata sint, atq. oculis blandiantur, tum internas vires, effectusque efficaces obtinent, ac latent res, quas attritu & cōfricatione proferunt: vt Succinum, Gagates, Magnes agitata ac concolefacta festucas, floccos, quinquillas, ferrum violenter ad se rapiunt: Sic animæ vis exulscitata ac concussa vim suam exicit, vtq. ignis sopitus ac cineribus obductus emicat, sensimque scintillare incipit. Et quanquam diuina virtus passim se profert, atque in tanto naturæ artificio omnium se oculis exhibet, adeo vt humanus animus expleri ac satiari nequeat: in nulla tamen re DEI vis atque amplitudo magis clucet, aut expressius se declarat, quam in animo menteque hominis, quæ ab archetypo diuinitatis est deprompta. Quapropter non est, quod quisquam eam opinione concipiat,

Deus omnipotens in eo quod vult.

4. Esdr. 4.

Mentis cum gemmis comparatio.

Similitudo gemmarum efficaciam.

cipiat, vt id existimet aliquando interiturum, quod ab essentia diuinitatis dimanauit, tantisque dotibus est ex cultum. Quo mihi non absurde ratio cinari videtur Plato: Quidquid non constat ex elementis, est immortalē, atque interitus expers: Anima non constat ex elementis, nec ex mate: ita concretione constat, sed diuinitus originem est sortita: Igitur non est obnoxia corruptioni. Nec sane tanta in esset hominum animis vis, & acumen ingenii, præstantia doctrinæ, inuentionis subtilitas, cognitio rerum, Dei vel amor vel nōritia: nisi anima à terreno concretu aliena, diuinitatis esset particeps, atque æternitati destinata. Quæ persuasio præcorum etiam animos occupauit: Quibus insitum erat, teste Ciccone, esse à morte sensum, neque excessi vitæ sic deleri hominem, vt funditus interiret: Idque tum multis aliis, tum certimonis sepulcrorum intelligi licet: Quas nec tanta cura coluissent, nec tam inexpabili religione sanxissent, nisi hæsisset in eorum animis, mortem non delere omnia, sed quandam esse migrationem, commutationemque vitæ melioris. Nec sane quisquam potest esse tam rudis, tã ferinis moribus, qui in cœlum attollens oculos; tameris nesciat cuius Dei providentia regitur hoc omne quod spectamus, aliquid tamen esse numen intelligat ex ipsa rerum magnitudine, moru, dispositione, ordine, vilitate, constantia, quod sulcit ac moderatur omnia. Cum itaque Deus Opt. Max. qui nihil temere aut fortuito est molitus, tantarum rerum vni hominai principatum attribuit, absurdum videri posset, vt is ad nihilum sit redigendus, totusque spectet ad interitum. Lōge profecto melius consuluit, geneti humano naturæ parens, quam vrid gigneret atque educaret, quod cum perpeffurus esset extremos labores, tum incideret in mortis sempiternum malum, portum potius commonstrauit, ac fidam tutamque stationem, in qua post

F

Mens humana diuinitas in exemplar. In Phædra.

Tuse. I. Ethnici immortalitatem admittunt.

Cicer. de Diuina,

Homini verè principatum attribuitus.

*Coloss. 3.
Heb. 2.*

exactos huius aui labores liceat conquietere. Hinc Paulus omnia studia, curasq; nostras sursum spectare vult, erectaq; mente in supernam civitatem cœlestia meditari. Quod si huius tantum seculi finibus vita nostra terminatur, nec vltra producitur, nihil hominæ calamitosius, nihil abiecius, prorsusq; intus qua opulentorum atque inopum conditio. Cum illi delitiis adfluant, rerumq; omnium copia perfruantur. isti malis omnibus expositi nullam habituri sint post hanc vitam spem, nullum solatium. Quamobrem optime ratiocinatur Paulus: Si in hac tantum vita spem fixâ in Christum habemus, nihil Christianæ professionis hominibus miserius, multoq; potior illorum conditio qui à Christo alieni suaviter videntur, seseq; molliter curant, quam Christianorum, qui vana spe iudificati malis se diuexari patiuntur, omniumq; ludibrium esse sustinent, ac reiectamentum. Quod si quid quid est hominis, petit totaq; spes morie finitur, quid sibi vult anxius ille mentis cruciatus, atq; animi carnificina? quid scelerum veltrix conscientia? quid ingruente tempestate aliqua pauor & trepidatio? rursus quid securitas, animique tranquillitas, & constantia? Nonne illa poenam sunt merentis post hanc vitâ; ista præmia spectantis, ac malorum lenimen, vitæq; ex Dei præscripto exactæ non sine certa spe remunerationem? Quæ res effecit, vt Paulus exhortatus Timotheum suæ disciplina assiduatorem ad peragenda muneris Apostolici functionem, ad quâ erat adsciscendus, desumto ab athletis ac pugilibus exemplo, confidenter pronuntiarit: Certamen bonum certavi, cursum consummaui, fidem seruauit, quod superest, reposita est mihi corona iustitiæ, quâ reddet Dominus iustus iudex, non solum aut mihi, sed quorquoque illi fidunt, illiusq; promissionibus nituntur. Quamobrem nõ est quod quisquam ab hac spe decidat, mentemque sinat à tanta felici-

*I. Cor. 15.
Solus Paulus rationes in æternâ immortalitate. Animi carnis esse memorem vult.*

I. Tim. 4.

vatis exspectatione dimoueri. Huius enim rei verita-
 tem sua cuiq; mens dicitur, intellectus percipit, ratio
 confirmat, natura rerum loquitur, adde quod eni-
 bus insita sit immortalitatis honesta ambitio, & q-
 quisq; memoriam sui quam maxime longam eti-
 cere cupiat, eamq; apud posteros durare perenniter,
 ac nulla veritate aboleri. Quæ vna ratio validissi-
 ma Augustino ac Ciceroni creditur, qua conuinci
 possit, animam esse iam mortalem, nec vnquam inter-
 itutam. Hæc siquidem persuasio magnos addit sti-
 mulos magnaq; incitamenta ac virtutem, ac ppositi-
 tis præmiis ad præclarissima quaq; mentē excitimul-
 lat. Et quamquam hæc & pleraq; alia non exigant ra-
 tionū suffragia, nec diuina (vt Paulus ait) consistant
 in persuasione humana sapientia verbis, non tamen
 improbandus illorum conatus atque industria, qui
 sobrias rationes adferunt; quo illorum animis er-
 ror eximi possēt, qui contemptis scripturæ testimo-
 niis a greferūt anima immortalitate, ac resurrectio-
 nis fidem hominibus inculcari. In ceteris vero non
 consultum arbitror diuina curiosus persequari: ac
 sacri codices frenū iniiciunt humane temeritati, que
 eruere tentat accessu adituq; difficilia, atq; vnde non
 facile resilire, ac referre pedem licet. Cuius rei docu-
 mentū Iob, Euidas, ac præcipue Paulus exhibuit, qui
 eo erat progressus, vt exclamare sit coactus: O altis-
 tudo diuitiarum sapientie & cognitionis Dei, quā in-
 scrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles vię
 eius! Quis enim cognouit mentem Domini? aut quis
 illi fuit a consiliis? Quoniam ex illo, & per illum, &
 in illo omnia. Ceterum ne quis se diuelli patiatur, ab
 hoc solido fundamento, in quo tota spes hominis
 decumbit, totiusq; salutis caro vertitur, Paulus acri-
 ter vrget ac inculcat resurrectionem, qua & animæ
 immortalitate completitur, eiusq; rei fidem, certis-
 tudinem, rationem, modumq; exprimit, ex natura

Te cognit.
vera vita.
Tulc. lib. 10.

1. Cor. 2.

Quatenus
eruenda
Deitatis
arcana.

Rom. II.

1. Cor. 15.

*Quomodo
homines re-
suscitands.*

rerum desumpta similitudine. Natura enim omnium rerum artifex inimitabilis, & cuius vim nemo exakte exprimere, aut ementiri potest, multa parit atque effingit, quæ Dei potentiam in omnibus efficacem demonstrant, atq; in elaborandis fingendisq; rerû simulacris, virtutem declarant. Quod si admiramur

*Simile à
pictura.*

artificem ob insignem aliquam concinneque depictam tabulam, aut rem quandã affabre elaboratam, vt Gaditanus fecit perfecta Liuii historia; quanto magis illum suspicete ac venerari par est, qui tam stupenda rerum miracula oculis mentique hominum obicit, quorum nec numerus iniri potest, nec ratio? Nam vt ex minutissimis naturæ rebus corporis humani in nouatio comprobetur: Quis non obserauit ex cicada iam verula atque exolecente proiecto exuio proflire recens atq; agile, argutumq; in se ceteris genis? ex segni ac morbunda eruca papilionem picturatum ac volitantem? ex formicis alatam muscã? Quid

*Simile ex
natura res-
rum.*

*Phoenix
resurrectio-
nis typus.
Cicer. de
Senect.*

bombyx vermiculus, qui serica texit, nonne signa renascentis vitæ commonstrat, dum mortua reuiuiscit? Phoenix Lactantii carmine celebrata an ne rediuiua resurrectionis specimen nobis exhibet? Quid ipsa veri amœnitas grataque recurrentis anni vicissitudo? nonne resurrectionem repræsentat, mentesq; nostras in spem immortalitatis erigunt? Quem vero terræ vis ac natura non oblescit? quæ cum gremio mollito ac sabacto semen sparsum. acceperit, primum innocatum cohibet, deinde tepefactum vapore & complexu suo elicit herbescentem viriditatem, quæ sibi nixa stirpium sensum adolescit, culmoque erecto geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur, e quibus cum ematserit, frugis fundit spice ornatum. Infructum, & contra autum minorum morsum munitur vallo aristatum. Omitto vim ipsam omnium, quæ ex terra pullulant: Si quidem ex sicca tantulo grano, ex acino vinacco aut ceterarum stirpium minu-

*Stirpes re-
nascentes res-
surrexerunt
in eadem
common-
strant.*

ti simis

rissimis seminibus tantos truncos, ramosq. ac frondium pompam, preceari perspicimus, malleoli, plantæ, sarmenta, radices, pagines, infusiones, nonne ea efficiunt, vt non absurda videri possit corporis humani inuouatio? Hanc tam admirandâ naturâ vim post Ciceronem Chrystostomus exaggerat in immensum, ac terram omnium parentem summis præconiis effert. Omnium enim rerum vita ex terrâ vligine existit; herbar, arbores, flosculi, multiformes & varii summaque arte elaborati, non sine eximia odoris suavitate ex soli vberitate ortus atq. incrementa suscipiunt. Aer crassus in aquam densescit, quæ cœlitus delapsa terram irrigat, eadem rursus Solis calore extenuata rarefcit, atq. in aerem commutatur: multaque eius generis varias mutationes sustinent, quæ non minus admirationis adferunt, quam resurctio. Verbi causâ, vitis ex terrâ humiditate non solâ pampinos & capreolos gustu peracerbos, sed salubrem etiam succum, vvasq. lapidas producit. Palma scabra arbor & cortiosa dactylos profert dulces, vinosos, succulentos. Tam vero semen vnde homo concipitur, quomodo in aures, in manus, in brachia, in tor, pulmonem, meritos, arterias, carnem, ossa, cartilagineas membranas figuretur, quis possit ratione consequi; tam multa sunt in corpore humano qualitatum, humorum, potentiarum, virtutum, functionum discrimina, ex vnicò semine constituta. An ne tibi inexplicabile videtur, quomodo humidum & molle in os durum ac frigidum solidescit, quomodo in sanguinem rubicundum ac florulentum cibi alteretur? in venas, arterias, neruos, musculos, ligameta, tendines, alimenta cõmutentur ac solidescant? Cum itaq. tam multa quotidie natura molliatur, quorum mens humana rationem assequi nequeat: quis negabit id præstare posse totius vniuersitatis opificem in resuscitandis erigendisq. corporibus, quod natura Dea

*1. Thess. 7.
Homil. 7.
Terra post
Deû rerum
parent.*

Natura artificium.

*Ex hominis
structura
exemplum.*

*Natura Dea
ministra.*

ministra quotidie facit in fouendo eliciendoque pu-
tre facto semine. Vident id in defecatum repullula-
scere, atq; in speciosam stirpem. deniq; frondem
emergere, & non credunt hominē humo conditum
reuiturum, suoq; nitoti aliquando restituendum.
Itaq; Cyprianus, cui symbolum adscriptum est, Pauli
exemplo ex natura seminum resurrectionis fidem
illustrat: Si quis, inquit, diuersa semina in vnum cō-
miscet, atq; hæc indiffereta seminat, vel passim in
terram spargat, nonne cuiusque seminis ratio com-
petenti tempore secundum naturā suā speciem gen-
men producit, & cuiusmodi suæ formæ, suiq; corporis
reparat? Ita quoq; carnis subitanea quauis velle
ac diuerse sparsa sit, cum Deo visum erit, reducet
in vitā, illa specie quā mors abstulerat, atq; ita fit, vt
vnicuiq; animā non confusam, non adscititiam, aut
extraneum corpus, sed suum quod habuerat, sit re-
stituendum, vt consequenter possit pro præsentis vi-
tæ certamine cum anima sua caro pudica coronari,
vel impudica puniri. Quapropter non videtur mihi
Paulus magis apposita propinquaq; imagine resur-
rectionis typum potuisse figurare, quam sparsis semini-
bus subactiq; scrobis similitudine. Quod est. n. in na-
tura semen humo condere, hoc est. n. resurrectione
cadauer sepelire: quod illic enasci atq; in vitā stirpē
emergere, id homini reuiuiscere. Committitur terræ
corpus putredini obnoxium: at idem reuiuiscit sub-
lata omni naturæ imbecillitate; defoditur in terram
variis affectibus, calamitatibus, morbisq; expositū:
resurget a lacre, viuendum, erectum, purumq; ac putū,
atq; ab omni labe defecatum. Exemplo res erit luci-
dior. Agrote qui graui morbo cōstiterat, color des-
floreuit efficiturq; luridas, mustelinus, squalidus,
giluus, cadauerosus, tortūq; corpus adeo gracilescit
atq; extenuatur, vt exhausto vitali succo agnosci ne-
queat. At is adhibitis medicamentis, ac salubri victus

ratione

*Exemplares
surrectionis
ex Cypriano.*

*Simile à
sparsis semini-
bus.*

*Exemplum
exhaustio-
nis.*

ratione reuiuifcit, fitq; pinguis ac nitidus, cuteque tam fuauiter curata, vt Mangonio excultus atq; ex- politus uideri poffit. Sic in refurrexione idē corpus emerget, fed illuſtrius, & in quo nulla apparebunt concreta labis, aut corruptela veteris ueſtigia, Hoc exemplar in Chriſto primum incoatum eſt, qui nulla re efficacius diuinitatem ſuam declarauit, quam re- ſurrexionis triumpho Id ipſum in omnibus eius uir- tute eſt exprimendum. Qui, vt Paulus ait, transfor- mabit corpus noſtrum humile, ac conforme reddet corpori ſuo glorioſo ſecundū efficaciam, qua poteſt etiam ſibi ſubiicere omnia. Quamobrem non uult nos diſcrutiari metu mortis Apoſtolorum, nec impo- tētius luctu ac lamentis conſici. Quandoquidem qui in Chriſto obdormiſcunt, Dei uerbo ſunt reſuſcitatus di ſempiterno auro cum illo fruaturi: quod ira futu- rū p̄dixit ſeruator. Veniet hora qua omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem eius, ac p̄dibunt. qui bona fecerunt, in reſurrexionem uitæ; qui uero mala egerunt, in reſurrexionem condemnationis. Quibus uerbis ſolacium adfert dei eſtis aſſidūque *Diffidentia* mentibus, ne malis ſuccumbant: impijs uero ac deſperatis *Et fiducia* hominibus terrorem incutit, ac trepidatio *quod eſſi-* nena, vt qui nullam prouis ſibi ſcelerum finem ſta- *ciant.* tuerent, niſi poſt hanc uitam perſoluuerentur p̄tatis atq; impietatis p̄amia. Vnde Iob in extrema calami- tate conſtitutus, & cui ad ſummam miſeria nihil eſ- ſet reliqui, hac certa ſpe ſe ipſe ſolatur: ſcio quod re- deuntor meus uiuit, & in noniſſimo die de terra tur- rexturus ſum, & in carne mea uidebo Deum ſeruato- rem meum, quem conſpecturus ſum ego ipſe, & non alius, reſpira eſt hac ſpes in ſinu meo, hoc eſt nemo excutiet mihi hanc fiduciam & certitudinem. Cum *Reſurrexio-* itaque tota ſpes ac fiducia conſequenda ſalutis, *o- abantiſi fiducia* mneq; in extremis ſolacium in reſurrexionis fide *ciis.* conſiſtat, hanc precipue opponamus in ſulcib. ac *165.*

*Thiſp. 25.**1. Th. eſſ. 4.**Ioan. 5.**Cep. 1. p. 200.**Reſurrexio-*
abantiſi fiducia
ciis.

ricula mentis, quibus mentes nostras subruerent tant, ac labefactare Demones, in eoq. spem fixâ habeamus, qui tanta libertatis nobis auctor atq; assertor exstitit. In maximam aut spem ac salutis fiducia erexit hominum mentes diu expectata Seruatoris natiuitas, multum contulit eius inter homines conseruatio, morum integritas, doctrina, mors denique ipsius, quam nostra causâ subit, atq. ab interitu nos vindicauit: verum hoc effecit resurrectionis veritas, vt patro de morte triumpho ac victoria, nemo de pmissa salute possit ambigere, sed firmâ spem concipere audeat, in se quoq; omnia perficienda, quæ in capite sunt expressa exhibitaque. Itaq; tota fides nostra illius resurrectione nititur, per quam Christus mortem expugnauit, eiusq. aculeum, hoc est, peccatum, quod à Deo nos aenos reddidit atque alienos, confecit. Proinde cum tantâ felicitatem per mortem Seruatoris ac resurrectionem simul consequuti, non sinamus nos à recta semita dimoueri, sed demus operam, vt tantorum honorum fructum percipiamus, atq. in illud continenter desigamus oculos; qui singulari suo fauore ac misericordia, per Christum excitatû à morte, regenit nos in spem viuam, vitæque nunquam interitura restituit, atque hereditatem immortalem consignauit, condonans nobis omnia delicta, oblitterato expunctoque quod aduersus nos erat, chirographo. Huius beneficii memoria animo nostro assidue obuersari debet, potissime quando postremum confictus nobis aduendus est, in quo detestatis omnibus antea vitæ flagitiis, opponamus Satanæ, morti, peccato, inferno immensam Dei patris misericordiam per fiduciam in Christû, per quem nobis certo obuia parataq; est salus omniumq; peccatorû remissio ac reconciliatio in sanguine illius. Per hunc accessum aditumque habemus ad patrem. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Sic enim dilexit Deus

*Natiuita
Christi quid
efficit.*

*Resurrectio
quid homini
contulit.*

1. Pet. i.]

Co'ss. 2.

*Resurrectio
semper in
animum re-
suscanda.
Ioan. 3;*

Deus mundum, vt filium suum vnigenitum impenderit nobis redimendis, vt omnis qui credit in eum, quiq; illi fidei, ac promissioni illius innititur non pereat; sed vitā aeternā assequatur: Quæ fiducia exsciscitat, erigitq; mentes nostras, vt proferant veros fructus per opera caritatis, qua summo amore prosequimur Deum, & propter hunc proximum. Quod autē dicitur fides, exsequitur caritas. Fides enim non otiosa gignit caritatem, caritas vicissim alie fidem. Sic in fatuarum lampadibus exstinguitur lumen fidei, oleo caritatis deficiente. Hæc itaq; fides, fiduciaque promissæ misericordiæ, quæ cordi nostro infusa est per Spiritum sanctum, excitanda fouendaq; in nobis, vt per Christi mediatoris meritum clamemus, Abba pater. Spiritus enim adoptionis atq; arthabo hereditatis nostræ in redemptione acquisitæ possessionis erigit nos ac consolatur, mentiq; trepidationem, ac conscientię terrorem eximit, efficitq; vt fauorem, vt præsentiam, vt misericordiam Dei agnoscamus, & consequamur redemptionem ac reconciliationem beneficio Iesu Christi, quem proposuit Deus propitiatorum per fidem in sanguine illius. Itaq; iustificati fide, pacem consequimur, ac pacatam conscientiam, mentemq; tranquillam ac securam, sic vt discussa omni diffidētia ac desperatione, conceptaq; certa resurrectionis atq; immortalitatis spe, ne quidquam hæsitantes de parta salute, alacriter hinc emigremus in nostrā sedem, ac supernā patriā, perenni gaudio cum libertatis nostræ assertore fruituri. Quæ ne mentibus nostris aliquando excidant, tantiq; beneficii ac pignoris exolefcat recordatio, aut obrepat obliuio, cœnam Dominicam ac sacram Synaxin instituit; qua subinde recolimus ac reficimus omnium actorum memoriam, vt crebra meditatione noui foederis erigatur atq; inardescat mens nostra in illius reuerentiam, sumtoque corpore & sanguine ipsius, illo vni-

*Fiducia in
Christum
mentes eri-
git.*

Matth. 25.

*Fides cari-
tate stipata.*

Gal. 4.

*In Deo per
Christum
dirigendi
oculi.*

Synaxis

mur, ac certam spem atq; fiduciam concipimus caritatis ac misericordie immensa, qua non dubitavit, vitam suam nobis redimendis impendere: Quod ipsum monumentum cum assidue, tum maxime sub lineam vitæ, morteq; iam imminente adhibere, menteq; ac animo concipere cõuenit, vt tranquillitas in animis nostris, summaq; in illum fiducia mentibus nostris inhareseat, ac continenter illi gratias agamus pro inestimabili effusi sanguinis munere, quo omnem peccati labem nobis exemit, excusq; mortis terrore ac sublata squisissimi hostis tyrãide in libertatem captiuos asseruit. Hoc itaq; mystico pane ac sacrosancto symbolo cõtreddimur Christo nos esse inuitos, illiq; vnitos atque artissimò dilectionis vinculo connexos. *Quo* efficitur vt certissima spe tamquam scipione fulti eos affecturos confidamus, quæ concepit ac persuasit assatu spiritus fides, ex qua tiquam radice, caritatis rami pullulant, qui vberissimos operum fructus proferunt. Illi enim viuacem esse fidem testantur, nec vita sui parte mutilam aut claudicantem. Bonis siquidem Deoq; acceptis operibus fides solida nunquã destituta est, sed ornata, vt speciosa arbor fronde ac fructibus. Cunctaque virtutes ista heroica, ac diuinitus inspirata, quæ ita inter se coherent ac consentiunt vt se diuelli non pantantur, ad salutem sint necessaria, in iis sedulo exercenda mens est: quo post exactas huius æui molestias, post approbatã atq; exterram fidem nostrã professionem, quam Deus à nobis exigit in eaque nos exercet, eas opes, illam hereditatem illi præmia consequamur, quæ Deus iis consignauit, qui in vita huius certamine delegato munere probe sunt defuncti: in quo si erratum est, nihil saluti magis pximum, quam creata in Deum mente, immensa illius misericordie, se totum committere. Fiet itaq; illius clementia ac spe misericordie, quã nulli respicienti denegat, fulti

accedat

Eucharistia.

Heb. 8.

Iacob. 2.

*Habendus
delectam opo-
rum.*

*Injustificatio
impia ex Dei
iustitia.
Eph. 2. 18.
Tit. 2. 4.*

accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ ipsius, ut consequamur misericordiam in tempore opportuno. Atque illud Propheta continenter, atq. ex intimo cordis affectu exorabilis placabilisq. iudicis aures infonemus. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: Si iniquitates obseruaueris Domine, quis sustinebit? Verum apud te propitiatio est, & copiosa apud te redemptio.

Thsa' 148.
Psal. 119.
Diffidentia
excitanda,
anima.

An prodigijs monstrisq. partibus atque abortiu animæ rationalis iudicia, sintque resurrexi eius futuri participes, obiter, qua ex casse excitentur monstra.

CAP. XV.

Quicunq. formam humanam obtinent, sumtoq. à primo partu nascendi ordine, ratione ac modo ab utroq. sexu sunt profeminati; licet monstrosa sint specie deformiq. habitu, animæ rationalis munere potiuntur, decursuq. xui huius curriculo futuri sunt resurrectionis participes. Qui vero nihil hominis præ se ferunt, atq. ex alterius animantis commissione sunt conflatu, suasq. actiones aliter, quam homines exercent, nec immortales sunt futuri, nec in nouati corporis honore illustrandi. Sic Fauni, Saryri, Lemures, Centauri, Stiges, Tritones, Sirenes, Harpyia, & si qua alia fabulosa ueritas commenta est, nec animam rationalem obtinent, nec resurrectionis beneficio potentiuntur. Sunt quidem inter tot hominum myriades pleriq. enormi corpore, ad speciem terro atq. horrido, rostro sullo ritu indecenti: sed hi omnes tametsi a naturali hominis forma deflecterint, in hominum tamen numerum referuntur. Loquuntur enim, ratiocinantur, iudicant, reminiscuntur, aliq. animæ munia obeunt, ac suas actiones humano more peragunt, licet ab hominis dignitate, & præstantia, infraq. naturæ vi non nihil degeneret.

Deformitas,
non prius
quæquam
hominis no,
manet.

Unde mon-
stroſa ſpes
cies.

Contrahitur autem multifariam in ſtroſus corpo-
ris habitus. Siquidem pauor, metus, conſternatio, in-
fluxus ſiderum, excrementi ſeminalis vel defectus,
vel redundantia, imaginationes geſtantium, variaq;
ſimulacra, quæ animo menteq; concipiuntur, corp'
deformant, atq; alienas ſpecies, figurafq; abſurdas
ſexui imprimunt. Nonnunquam totius naturæ ordo
inuertitur, eū, vel ſemina vitiosa ſunt, vel inſtrumen-
ta incepta, ſic vt naturales facultates, ꝑꝑaganda ſin-
gendæq; ſobolis ſuū opificium exacte elaborare ne-
queant. Vt enim artifex quamlibet in diſtinctius opus
feliciter incoarum ꝑꝑficere nequit, vbi vel materia
improba eſt, vel inſtrumenta reſuſa. Sic natura de-
ſtituta facultatum ſuarum viribus, vel materia naſta
in idoneam, omnia vitioſe agit, ſuoq; ſine fruſtratur.
Non deſunt qui data opera nonnullas corporis par-
tes aliter, quam natura inſtituit, informant. Sic in A-
ſia, Hippocrate teſte Μακροκεφαλοι erant: quorum
capita in oblongam formam figurabant nutrites: id
enim viſum eſt illis in ſigne ac genere ſe in dolis ar-
gementum, vt Perſis naſus aquilinus. Quo tandem
premedi capitis conſuetudo: natura tamen dū for-
mationi foetus inſiſteret, cū inueterata in olitaq; cō-
ſuetudine conſpiraret, & quæ quiſq; artiſicioſe adhi-
bitaq; in diſtincta moliretur: ipſa natura ſponte expri-
meret. Alimenta quoq; iplaq; ambientis aeris qua-
litas nonnullarum partium deformitatem pariunt.

Simile ab
artiſicio in-
duſtria.

De aere &
locū.

Regiones
corporū &
animi con-
ditiones im-
mutant,

Sic qui frigida humidaq; loca occupant, ſunt capio-
nes, vētricofī obefo corpore, labris tumidis, buccis ꝑ-
tuberantibus. Plexq; regiones pigmæos productis,
arimafpos, nanos, pumiliones, coactaq; breuitatis
homunculos. Alię gutturoſos ſtrumifq; deformatos,
ſimis naribus variis repandifq; eruribus. Verū licet in
his multa deſiderentur, membraq; vel diſtorta ſint
vel enormiter cōſtituta: quia tamē ex hominib; ſunt
proгна.

prognati, ac vis aliqua rationis in his viget, iisdemq;
 natura legibus ducuntur, animam rationalem iis in-
 esse Orthodoxi statuunt ac resurrectionis fore cōfor-
 tes. Cuius vis hoc effectura est, vt deformia quæque
 aspectuq; horrida, dignā homine venustate conse-
 quantur, membraq; hulca, distorta, luxata, incurua,
 mutila in suā integritatē sint restauranda. Et quamq;
 in nonnullis rationis vigor minus elucet propter or-
 ganineptitudinem, vt in pueris, seniculis, ebris, de-
 lirantibus, quibus vel impedita est animæ vis, vel op-
 pressa: singulis tamen anima rationalis infusa est;
 quæque imminuta sunt, resurrectionis munere con-
 tinget impleri. Imperfecti vero partus atq; abortiui,
 omnesq; effluxus, quib. aut nulla est, aut per exigua
 membrorum delineatio, quod animæ rationalis mu-
 nere sunt destituti, hominis nomen non promeren-
 tur: eoq; nec resuscitandi. Medici autem inter abor-
 tum effluxumq; discrimen statuunt. Effluxus si quis
 dem fit, cum semina primū aliquot dies conglobata
 ob vteri laxoorem ac lubricitatem pramature effluūt
 ac delabuntur, sic vt informe quiddā profluat, ac ru-
 dimentū futuri fœtus, operisq. incoati ad umbratio,
 quod ipsum deperit atque excutitur: vt semina, fœ-
 tusque arbutei in frugi perda arbore. Abortus vero
 membra exakte plerumq; conformata demonstrat,
 qui vbi duos & quadraginta dies impleuerit, animæ
 rationalis, vitaq; munere potitur. Quo fit, vt si erum-
 pat, oborta que subita aliqua cōsternatione excutia-
 tur in vitam aliquando fit reuocandus. Licet. n. mul-
 ta in illo desiderentur, iusta que magnitudo denege-
 tur, omnia tamē in resurrectione sunt implēda, quæ
 tempore erant accessura. Et quemadmodum pueri
 multa habent potestate, quæ progressu temporis, ac-
 cessuque etatis se proferunt: vt sunt dentes, vngues,
 capilli, iustaq. moles ac statura corporis, quæ facul-
 tate feminis sensim augetur ac perficiuntur: sic in

*Resurrectio
 corpora in des-
 cota resti-
 tuet.*

*Abortus et
 effluxus dif-
 ferentia.*

*Simile à
 puerorum in-
 cremento.*

resurrectione omnia corporis detrimenta, omnesque partes in absoluta perficietur. Quisquis igitur ex humano semine, non ex fœda aliqua putrigine virgine, aut vitiosi humoris concursu & confluxu procreatus est, tamen monstruoso sit corpore, ac detortis specie, à morte postliminio in vitam reuocandus est, sublato omni vitio, membrisque omnibus vigore restitutum in suam integritatem decenter redactis. Siquidem immensus ille rerum opifex:

Prudentius.

Qui reparat corpus, non reddet debile, quodquam.

Nam si debilita redit, infœretio non est.

Quod casus rapuit, quod moribus, quod dolor haustis,

Quod truncauit edax senectus populante veterano,

Omne rei cœcitate reparata in membra redibit.

Deo nihil impossibile

Id enim illi admodum proclive erit, minimeque operosum, qui ex nihilo omnia constituit. Plus est enim, Augustino teste, homines creare, quam collapsos erigere, ac denuo in vitam reuocare. Plus est efficere, ut existat, quod nunquam fuit, quàm reparare quod aliquando existit. Nec Deo perit terrena materies, cui facile est reuocare in pristinam naturam, quod in halitus, in auram, atque acra euauit, quodque vel absumsit macies, vel fames exhaust, vel morbi depulati sunt, vel exustione in cineres sit reuolutus, vel in elementa, ac corporis alieni substantiã transierit. Reddetur. n. caro illi hominẽ quod decisa est, tanquàm mutuum atque res alienum. Hanc tam efficacem vim experientur, qui hominis nomen promerentur, eaque monstra quæ ex hominibus profeminata sunt atque eandem cum hominibus naturam obtinent, huius diuini muneris futuri sunt consortes.

Simile ab arte alieno.

Humores atque alimenta corpori habitum mentisque, statim manifesto immutare, atque hinc affectuum origo ac conseruita simul emergunt: ceterum quid melancholia efficitur, et qua quisque ratione illi mederi queat.

CAPVT XVII.

Ne.

Nemo est mortalium qui affectibus non ducatur, suaq; percipiat *no Inuaria*, seu perturbationes, at alius alio est concitator, atque ad concipiendos animi motus propensior. Siquidem qui inculpato sunt corporis habitu ac temperanter vitas vitæque rationem insitunt, perturbationibus minus solent inquietari. Sic Socrates ea animi tranquillitate ac constantia fuisse memoratur, vt domi fontique temper eodem vultu, eadem mentis alacritate existerit, licet morosam vxorem perperit sit coactus: quod ipsum non alia ratione obtinuit, quam frugalitate, summaq; temperatâ. Hinc Cicero omnium perturbatiõ fontem, intemperantiam constituit, quæ est à tota mente atque recta ratione defectio, adeo vt nullo modo appetitiones animi regi, aut in officio cõtineri queant. Quæ admodum igitur temperantia sedat omnes enormes appetitiones, atque efficit, vt hæ rectæ rationi pareant, conseruatque moderata iudicia mentis, sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. Quo fit, vt omnes corporis morbi, mentisque errores ex ea pullulent. Vt enim, dum sanguis & pituita redundant, aut vbi vtraq; bilis adauicta est, ægrotationes, morbiq; in corpore nascuntur, sic prauatũ opinionum conturbatio, earumq; inter se repugnantia animũ sanitate spoliât, ac corpus in mutuã perniciẽ pertrahit. Ira siquidem, ex candescencia, obtrectatio, metus, paup, mœstitia, amulatio, si quando venis medullisq; infederint, atque intimos mētis recessus occuparint, corpori quoq; infesta sunt, illiq; terribios morbos inferunt. Corporis itidem morbis animũ per cõsensum, ac lege confortij afficiunt. Et quãquã obiecta, multaq; externæ causæ motus turbulētos in homine cõtinent, præcipuã tãmẽ causã atq; origo in corde, nec nõ in humorib; spiritibusq; consistit, qui si moderati sũt, nec aliena qualitate imbuti,

Nemo non affectibus arguitur.
Socrates cur affectibus minus obnoxius.
Tuscul. 4.

Temperantia.

Affectibus in anima tyrannus.

*Affectuum
origo.*

minus feruescit animus, pauloque mēs est sedatur.
Ita si sanguis sincerus sit ac defecatus, si æquabile re-
perimentum, corpusq; valetudine inoffensa, segnius
irritat hominem contingit. minusq; vel ira, vel me-
tu, vel vindictæ cupiditate diuexari, aut si aliquo ab-
fectu concutitur, ut nemo profus *de m. d. s.* au-
que ab affectibus alienus, confestim adhibita in con-
siliū ratione, menti q; iudicio, omnis animi feruor

*Dauidis &
Periclis mo-
deratio.*

mitescit, atq; sedatur. Cuius rei documentum
sumere licet ex Dauidē ac Pericle, quibus cū impro-
bus quidā insultaret, ac conuicia ingereret, nō odio
illum aut vindicta, sed humanitatis officio sunt pro-
secuti. Concipit quidem cor ex his quæ foris obici-
untur, varios animi motus, sed plerumq; nullis ob-
iectis simulacris in violentos affectus erūpit, ac sub-
eitate animum latentē tacitaq; cogitatione vel illata
contumelia, vel accepti incommodi indignatione,
mens ipsa feruescit, atque intra se tumultuat. Ma-
gni itaq; refert in affectuū differentiis, quale cuiusq;
temperamentū existat, quibus humorib. corpus sit

*Statura pro-
fusa cur ira-
cundi.*

oppletum, quæ spirituum qui ex humoribus gene-
rantur, qualitas. Siquidem qui calido sunt siccōque
corporis habitu, celerius incandescunt, præsertim
qui impropero pusilloque corpore existunt, quibus
oblata etiam facili quavis, nulliusq; momenti occa-
sione, citissime bilis accenditur, quæ propter loci an-
gustiam, minimumque organorum intervallū, mē-
tem confestim corripit, atq; ut humiles casus, ac tu-
guriola, inflammat accenditq; Eadem ratione huius-
modi constitutionis homines præ cæteris ingenio,

*Similitudo so-
mitibus ignis
30.*

mentisque iudicio pollent, quod spiritus coacti, mi-
nusq; diffusi aut dissipati acrius vires suas exerāt. Ut
autē nutrimenta ac fomites alia aliis promptius flam-
mam concipiunt atque inardescunt, tum quædam
ferius, quædam citius sopiuntur; ita in spiritibus atq;
humoribus fieri afolet, quorum nonnulli diutur-

nos,

nos, tenacesque affectus pariunt: nonnulli euanides *Bilioſi homie*
 ſubitoq; perituros. Quo fit, vt cholericis ſint feruidi, *nſu natura.*
 animoq; concitato. Atque vt ſtipula ac ſtramenta ci-
 tiſſime igneſcunt: ſic illi ob calidi humoris tenuita-
 tem, ac ſubitam inflammationem impotentius in-
 candeſcunt, ſed iis conſeſum deſeruaſcit ira, atq; eſe-
 ficiuntur placibiles. Melancholici vero tardius irri- *Melan holi*
 tantur, verum accenſis ſerius ſeneſcit ira, proſuſque *ci natura.*
 ſunt inſplacabiles, atque iniuriarum tenaces. Phleg-
 matici autem vt pote frigide humentiq; naturæ, nullo *Phlegm*
 lum propemodum ſentiunt animi motu, nec magno *conditio.*
 pere vllis rebus perinouentur. Quo fit, vt ignaui exi-
 ſtant atq; inertes, nec ad vllas res pclaras appoſiti; ſic
 vt apte illis prouerbium poſſit accõmodari, Mentem
 non habere, qui non habet irã, Sanguinei calidæ hu- *Præu. binm*
 midæq; naturæ nulla re graui ac ſeria nullis curis de- *in ignaui*
 ſtinentur, ſed toti in iocos, cantilenas, fabulas, vrbani- *Sanguino. ho*
 nitares ac diſſertis effuſi nihil aliud q̃ voluptates ac *minu nato*
 delicias conſectantur. Quæ hominum cõditiones ac *ra.*
 diſcrimina pro humorũ qualitate ac mixtura, p am-
 bientis aeris ac loci naturã ſubinde mutantur, men-
 teſq; hominum multifariam afficiunt, eoq; perſua-
 ſum habeo affectionam cauſãxi humoribus etiam
 aſſignandam. Siquidẽ affecto corde excitari ſpiritus
 cõtingit, atq; humores ebullire, mentemq; hominis
 illorum agitatione, tanquam funali ſacæq; ſubdita a-
 crius inflammari. Vt enim principe ductore que exer- *Simil. à mi-*
 citus irritato, mille præſidiarij, eiufq; ſtipatores con- *luis duce.*
 feſtum ſe in pedes engunt, hoſtem inuaſuri. Sic per-
 turbatione aliqua, affectuq; animi ingruente vna cũ
 corde commoueri humores, ac ſpiritus exſilire con-
 tingit, atq; in ira, pudore, verecundia, immoderata
 lætitia foras erumpere. In metu vero, pauore, moſti-
 tia, non ſine graui valerudinis diſpendio ſeſe recon-
 dere, atq; intro reuoſari: adeo vt ſanguis modo deſe-
 rat deſtituatq; cor, modo ſui aſſuentia illud ſtrangu-

let opprimatq. Sic multi inmodica latitudo de repente
 extincti sunt: nonnulli ex inopinata cōsternatione
 subitoq; pauore interierunt. Quod his potissimum
 euenit, qui affectibus suis moderari nequeūt, nec
 ratione obliuere aut moderari: ut sunt fere infirmo-
 ris sexus homines, mulierculæ, infantes, senatuli

*Qui pusillo-
 rimes ac mo-
 reu: si.*

αυαροχρητοι, quiq; a primis annis ab hominum con-
 sortio semoti, vitâ solitariam sunt amplexi, quos ca-
 lor languidus, spiritus animalis tenuis atque exili-
 pusillanimos efficit, trepidos, mericulosos animiq; de-
 ceictoris, quam ut se fortes præbere possint in ob-
 luctandis propulsandisq; aduersis. Cæterum aras, te-
 iusq; cœli temperies, influxus siderum, educatio, vi-
 taq; institutum, ac mos gentilitius maximum mo-
 mentum in affectuum morūq; differentis obtinent.

*Multa corpo-
 ra habitum
 immutare.*

Sic singulas regiones collustris, si omnium gentium
 naturâ, studia ac propensiones excutias: cōperies di-
 uersa viuendi instituta, varia ingeniorū, affectionum
 morumq; discrimina. Magari itaq; refert, qua quis li-
 bertate, qua educatione, quosidere cœloq; natus, qua
 si temperamento ac corporis constitutione exhibat
 quorum denique connictu & conuerfudine utatur.

*Ex humeri-
 bus emer-
 gunt mores.*

que humorum tum copia, tum qualitas. Hæc enim
 magna ex parte animi mores constituunt. Sic quibus
 sanguis crassus est, feroces plerumq; sunt, improbis
 moribus, inhospitales, inhumani & qui nullos sen-
 tiunt vel admittunt cōscientiæ stimulos, nullo tan-
 guntur metu, nulla ducuntur religionis reuerentia,

*Quod genus
 hominum in
 humanum.*

nullo pietatis, nullosq; mouentur humanitatis affe-
 ctu, cuius generis sunt nature, aule di, aurige, baiuli,
 vectores, & quotquot malitiæ sunt affueri, qui ob
 sanguinis crassitiem, densosq; ac turbulētos spiritus,
 cōscientiam inerasfatam habent, mentemq; den-
 sissimis vitiiis obscuratam. Quod si qua suboritur sa-
 nioris mentis scintilla, aut si quas habet virtutes, qui
 huic vitæ instituto se dederunt, illas vel obruunt,
 vel

vel grauibus vitis commaculant. Cum n. omnem
a rateam in pessima quaque consumserint, improbi-
tas vitæ iam ex consuetudine in naturam illis abiit.
Sic Hannibali, auctore Liuto, inhumana crudelitas,
perfidia plusquam Punicæ, nihil veri, nihil sancti, nul-
lus Diuum metus, nullum iusurandum, nulla reli-
gio. Siquidem ex Lucani sententia.

*Lib. 1. c. 68.
Punici.*

Nulla fides pietasq; vni qui castra sequuntur.

Venale s; manus: vbi fas, vbi maxima merces.

Lib. 4.

Quæ ingeniorum, motuumque atque affectuum va-
rietates demonstrare mihi videtur, motus atque a-
nimi cuiusque præpensiones in multas esse causas
referendas. Quanquam enim obiecta, ipsumq; cor,
ac membra nutritioni, gignendisq; spiritibus de-
stinata organa sunt, atque affectuum conceptacu-
la: humores tamen corpori in fixi, calor immodicus,
influxus ætherum, alimentorum facultates: ambi-
entis aeris qualitas, vini immodicus vsus faces accen-
dunt, atque in perturbanda mente, concitandisque
omnis generis affectibus præbent seminaria. Hinc
elice, quid noxæ rationi mentique inferatur, vbi or-
gana, vbi spiritus, vbi humores aliquid vitii, aut la-
bis contraxerint. Eo enim fit, vt homo à sui dignita-
te ac præstantia deficiat, atque in belluam degene-
ret. Quod vates Regius deplorat: Homo cum in ho-
nore esset constitutus non id curæ habuit: reputa-
tus est cum iumentis insipientibus, illisque factus
est assimilis. Extinguitur enim ratio, mentisque lu-
men obruitur vitiosis affectibus impeditum. Vt enim
lychni ac facule minus lucis exhibent, loculo inter-
ra lucernario impolito, parumq; nitido: ita mens
hominis tenebris corporis offusa minus splendet,
pauloque tenuius vires suas exferit. Est quidem hu-
mana natura insitum, vt sanguinei exhilarascant:
melancholici morore contrahantur: desides sine
ac veteruli phlegmatici: hæcundi, cholentici, Sed.

*Quæ affe-
ctus ex-
tant.*

Psal. 49.

*Simile à
facibus.*

Affectus quando miriores, omnes hi affectus moderati sunt, minusq. vitiosi, vbi humores intra mediocritatē consistunt, nullaque aliena qualitate sunt vitiatī. Quod si qualitas, copiaq. iis augeatur, aut è temperie deflexerint, miris modis hominem affici coniungit, atq. è recta ratione deflecti. Et quanquam qualitates elementares, humores deniq. ac spiritus nemini ad actionē necessitate imponunt, vt nec ferū a spectus: eam tamen vim in permouendis affectibus obtinent, vt homines obstante etiam inuitaq. ratione, tanquam tempestate, quadam ad perturbationū scopulos illiduntur. Qualis est enim acris marisq. intemperies, quales vini immoderate sumti violentia: talis est humoris cholericī ac melancholici vis plus satis adaucta. Quis autem si

Sidera & huiusmodi vim, non necessitatem inferunt. sese in time excutiat, suamque naturam accurate exploraret, turbulentos animi motus, atq. enormes impetus non subiinde percipit, adeo, vt sit modo vel irritator, morosior, inuidencior, lasciuior, vel in alium atque alium affectum pro humorum intemperie inclinatur. Quod si eam sustinet mutationem humanus animus, vbi paulū modo degenerarint à genuina natura humores, vt momento temporis mens variis affectibus rapiatur quid futurū speramus vbi ad extremum prauitatis ac malitiæ sunt progressi atq. in principes partes impetum fecerunt? Cuius nobis experimenta proferunt, funestaq. spectacula exhibent maniaci, furiosi, lympatici, phrenetici, melancholici, quiq. alienatione mentis, vel desipientia, delirioque tentantur, quibus cum morbi corporis in mentem redundent, formidandis horrendisq. malis homines excruciant. Quamobrem qui sibi suaq. valetudini optime consultam cupiant, temperanter vitæ rationem instituant: ne ex humorum fuligine mentem alienis absurdisq. imaginationibus diuexari contingat atq. a sedibus suis dimoueri. Hæc autem his potissimum inculcanda, qui munia publica obeunt, ac

Omnis affectus obnoxii,

Corpus & animam in suis moribus affici.

Vi studiosi quicq. melancholiam excruciant,

litte

literis intēpestiuus sunt additi: quod hi magna ex parte melancholia solēnt infestari. Qui humor tametsi mentem acuat, vt vinum moderare haustum, ipse tamen plus satis auctus, virioq; aliquo imbutus maximo incommodo mentem afficit, adeo vt Cicero sustinuerit tardioris esse ingenii potius, quam ingeniosus ac melancholicus. Huiusmodi autem corporis habitum nonnulli natura nati sunt, plurimi ex variis diuersisq; causis contraxerunt, ab eo prius a-

Non delent qui ex iugi studio atq; intempestiua lucubratione huc deueuerunt. alii ex metu, solitudine, mœrore, tristitia huc sunt delapsi: plerique ex hæmorrhoidum, mensiumq; suppressio, pluuio, aut subsistente consueta aliqua vacatione huc sunt delati: quibus cum atra densaque fuligine cerebrum impleatur, mentem absurdis imaginationibus diuexari contingit, eamq; mutationem sustinere, ac violentiam ppeti, vt aliquando spectare probitatis, summaque existimationis viri ad funestum vitæ exitum adigantur, adeo vt mirari subeat tantam inesse vim ac ferociam humori melancholico, vt oppressa ratione mentem cuiquam possit eripere. Poito vt atra densaque nubes soli offusa radios eius intercipit, ac lumen offuscat: sic humor melancholicus mentem obnubilat, atque ad noxia quæque impellit. Ingerunt quidem se prauis humoribus mali Genii, atq; atrabili præcipue se immiscent quod is humor, vbi natura limites excedit, ad pessima quæque perperanda fit accommodus. Concipiunt enim huiusmodi constitutiones homines graues aereque motus, ac diurnos affectus propter humoris renacitatem, qui agre liquefeit ac dissoluitur. Quo fit, vt prauæ cogitationes & conceptus diu animo in hæreant, quæ nonnunquam in effectum erumpunt adeo, vt notos ignotosq; indiscriminatim adoriantur, & cum aliis, tum subipsis sint infesti. Sic etiam cholericis faces

Tuse. 1.

*Melancho-
lia vnde
contrahitur.*

*Simile à
nube cali-
ginosa.*

*Mol Ge-
ni melin-
cholia in-
cumbunt.*

*Melancho-
lia vnde
abstrahi i-*

minifrant, sed hi irritati non se, sed alios impetunt.
 Quod autem horum causa in humoribus consistit,
 nec omnino in malis Geniis, licet frigida illi sus-
 fundant, vel hinc colligi potest, quod maniaci, me-
 lancholici, quique alienata mentis existunt hamor-
 rhoidum mensiumque, quæ subsisterant, assiduo so-
 leant liberari, atque ad saniores mentem reduci a-
 uersa scilicet humorum fuligine, quæ imaginationes
 ac spiritus animalis vitiabat. Cui his Aphorism. Hippo-
 crates fidem adstruit. Insanientibus, si varices aut
 hæmorrhoides superueniant, morbo liberantur, de-
 riuante natura humores à parte principe ad abiectas
 atque ignobiles. Rursus Maniacis ac renum passioni-
 bus obnoxius, hæmorrhoides innata salubres. Cum
 enim is humor siue in hypochondriis & splene co-
 sistat, siue in toto corpore, parteq; aliqua aceruetur,
 tetto atque insuauis halitu cerebrum impleat, me-
 tum, tristitiam, incertorem, luctuosas suspiria, cordis
 adstricti onem, aurium sibilum adfert, atque oppressa
 ratione, luceque mentis extincta, quasi rebus propo-
 modum deploratis, modo inexpectatæ mortis spem,
 modo in eius metum atque horrorem concitit. Quam
 obrem ex Galeni sententia, in eunte vere atque au-
 tummo is humor placide ac sensim expurgandus est
 vomitu, ructu, deiectione, flatibus, venæ sectione,
 mensium denique atque hæmorrhoidum irritata
 excretionc. Quisquis autem huic malo obnoxius
 est, acriter illi summaque cura obfistat, atque oblu-
 etur, nec vilo modo foueat imaginationes tacito
 obrepentes animo, blandas quidem in initio atque a-
 mabiles, sed quæ adeo inualescant, vt agre excuti
 queant aut sopiri.

Lib. 6.

Aphor. 21.

Tetri vapo-
res cerebro
infecti.Melancho-
lia vt expu-
gnetur.

Fmg. 3.

Georg.

*Aliter eam vitium, viuunt, regendo,**Dum medeas adhibere manus nec tollere curas.*

Quod si in comædo aduersitates, infortunia, partuq;
 quæ speriretur successus hoc malū inuexerint: huic
 infra d. w. m.

Infractum in uictumq; animi robur opponas, ac ver-
bo Dei, eiusq; fiducia te fulcias, quibus terribiles vi-
su formas, variaq; imaginationum monstra minimo
negocio conficies. His enim praesidiis subfiterentur
spectatissimi quique heroes, qui tamen rebus pro-
pemodum desperatis calamitatum finem morte ac-
celerari cuperent, non tamen dolorum impatientia
sunt oppressi. Sic Helias malorum radio mortē exo-
prabat. Sic Dauid inimicorum insidijs, toties impe-
ditus, saluti se binde distindebat. Iob desperabundas
mori potius sustinuit, ac quoscunq; fato abrupte
vitam, quam tam atrociter perpeti. Christus denique
diffidentis hominis more nostraq; causa in se transi-
lata, desertum se à patre queritur. Sed omnes hi me-
liorum spe ac fiducia, omnem animi trepidationem
ac diffidentiam, erecta in Deum mente, discussērunt.
Hic autem ex Ciceronis sententia omnibus persua-
sum esse conuenit Animum retinendum in excuba-
tione ac custodia corporis, nec iniussa, contraq; im-
perium eius à quo nobis ille datus est emigrandum,
stationemq; deferendam, ne munus humanum assi-
gnatum à Deo defragisse videamur. Quo mihi præ-
clare concionari visus est Iosephus, ut quidquid mali
nobis obtigerit, a laeri atq; infracto animo perfera-
mus. Nec committendum quis ducat ut indecore ac
præter hominis dignitatem, contraq; naturæ ordinē
vitæ sine imponat. Quod si quis ex morbo aut men-
tis alienatione ad funestum vitæ exitum deuenierit,
nemo istiusmodi conditionis hominibus insultet,
aut in illos sit seuerior, verum illorum miserie in-
dolescat potius, vicemq; deploret, cum non sint sui
cōpotes, atq; à ratione mentisq; indicio exciderint:
quo fit ut ratio illis inuertatur, atq; in delectu rerum
profus hallucinentur ac cœcutiāt. Cum enim ima-
ginationis virtute corrupta, absurda quædam animo
obuersentur, confuso de rebus statuunt, vitiose ratio-

*Mens obthro
Dei fulcens
da.*

Reg. 19.

Cap. 7.

*I. Sema
Scip.*

*B. N. Ind.
lib. 3.*

*M. Lantano
lei commie
seratiens
digni.*

*Ab obiectis
visis simile.*

*Febricitan-
tes & ebrii
aut delirent.*

*Spiritus coro-
poris menti
aensians.*

*Simile ab
effera acie
belli.*

cinantur ac iudicant. Simile enim quiddam menti
euenit, quod oculis, vbi varii diuersiq; coloris cōspi-
cilla obiciuntur, quibus omnia vel carulea, vel ru-
bra, flaua, viridantia, vel deniq; eius coloris, quo vi-
trum suffusum est, apparent, sic vt aliter se profertant
species obiectaq; rerum, quam reuera existūt. Hinc
ebrii atq; irati gemina conspēctare se credunt, cum
vnum tantum sit obuium. Sic ex febre delirantibus
varia spectra animo obuersari videntur, ac corrupta
imaginatione, vitiatq; organis multa spectacula se
mente offerunt ob prauorum humorum ac spirituum
agitationem, qui vltro citroq; commeant, sicutque
cerebri oberrant. Spiritus itaq; atq; humores maxi-
mum momentum obtinent in perturbanda mente
ciendisq; affectibus, atq; inferendis conscientiaē sti-
mulis. Qui si sinceri existant, nec vlla contagione
inquinati, placidis moribus hominem esse contin-
git, minimeq; querulū aut morosum. Sin turbulenti
ac labe aliqua imbuti, varii cientur animi motus, as-
fectusq; tumultuosi exoriuntur ac turbulenti. Pro-
inde cum corpus atq; anima iuxta afficiantur, danda
in primis opera vt animi inquietudo mentisque æ-
fluatio verborum lenociniis ac blandimentis sopia-
tur. Siquidem ex prouerbiali sententia. Animo æ-
groto medicus oratio: tractandusque istiusmodi ho-
minum animus, vt exigit natura rei, vt corporis
habitus, vt humorum qualitas exposcit. Quemad-
modum enim fera atq; immanes belluarū cura atque
officio hominum mansuescūt ac cicurantur, ita pla-
cide tractari postulat istorum animus, vt qui seuerio-
ribus ac minacibus verbis exasperetur. Nonnunquā
tamen, vt in corporū morbis sectiones, cauteria atq;
vntiones adhibemus: sic aliquādo acrius instandum,
ac salubri increpatione coercendi improbi illorum
conatus, ad quos per interualla restāgnante humore
vixio, solent incitari. Corpori vero non minor cura adhi-

adhibenda est. Sed meminerit, qui curationē instituit, ne humorem illū validis medicamentis irritare pergat, sed sensum ac placide, summaque dexteritate id perficiat. Neque enim confertim sentinam exhaurire consultum est. Siquidem agitatus is humor mephitum quandam exhalat, ac nidoris graueolentiam, qua cerebrum incredibiliter offenditur, ac mens absurdam phantasmata concipit. In primis autē excitandi spiritus olfactoriolis ac fasciculis manualibus, alendumque corpus optimi cibi succis, atque in molliter subacta culcitra, placido somno fouendum est. Porro omnium citissime alit vinum, minimumque negotii naturæ faceffit. Cæterum in eo exhibendo, quanquam vnicum sit discutiendi mororis praesidium, delictus habendus est, curandumque; vt tempestiue, atque vt cuiusque ætas, naturæ conditio, consuetudo vitæ, regio exigit, præscribatur. Neque enim semper vinum tristitiam melancholicis eximit, aut mororem discutit, sed nonnunquam adauget, malumque exasperat, ac incrudescere facit, præsertim vbi vitiosis humoribus corpus est oppletum. Quocirca ante inaniri debet atque appositis remedijs expurgari, antequam vlla vitus ratio instituat. Impura. n. corpora quanto magis nutrias, tanto magis lædes. Cum autem vini natura varia sit, ac differentia multiplex, nec quoduis æque generosum, obseruandum vt optimū bibere cōsuecant, & quæ nulla re vitiosa sit conditū, quale plerumque œnopolæ ac capones magno valetudinis detrimeto offerunt calce, gypso, bitumine, orminio, vulgo scatlea, eruca, siluestri myrto adulteratum. Sic vini aliquot genera animi impetus non modo non conlopiunt, sed recrudescere faciunt, atque denuo exulcerari. Hinc plebei nostrates ex vini Pictaniensis potu, quod mordaces fumos cerebro inferat, morosi efficiuntur, calcitrosi, iracundi, implacabiles, sic vt rixentur assidue, suasque vxores crebro pulsant, ac pugna subigant. Quod ipsum illis facere religio.

*Delectum
vini,*

Apher.

*Vina vitiosa
sa mensens
perstabant.*

est, ubi Rhenanum, aut aliud generosa nature vini
hauserit. Tunc enim blandiores sunt, atque osculo
potius, quam fistibus impetunt. Quamobrem me-
lanchol. ci, lassi, fistulosi, quiq; arido sunt corporis
habitu, ex Horatii præscripto

Generosum & lenè requirant,

Quod optas abigit, quod cum sibi diuine manet

In uera animam, meum, quod uerba ministrat,

Quod me Lucanus iuuenem commendat amica.

*Lib. 7.
epist. 1.*

*Lib. 21.
cap. 25.*

In Cur.

*Inedia bilem
accendit.*

*Præterlium
populare ex
male cocto
aibo.*

*Inedia ma-
silitis no-
scia.*

Quo spectat illud Plinii, omnis animi a spiritus dul-
ciori succo mitigatur. lenit crâstrum spiritus, ac mol-
liores efficit meatus. Experimenta in se quisq; cape-
re potest. Nullus enim non ira, luctu, moerore, mœ-
stitia aliquando conficitur. Sic in lassitudine, siti, in-
edia, intempestiua vigilia prouocatur, ad iram. Sic
fames & mora, ex Plauti sententia, bilem in nates
conciunt. Sed ea oblato cibo concessum miscuit ac
sedatur. Quo fit ut saturi ieiunis minus effervescent,

Quod corpus cibo potuq; irrigatum, minus siccescat,
ac calore natio tepescato corpus ad concipiendam
iracundiam minus est propensum. Incumbunt enim
naturales facultates concoctioni, ac sana bilis, quæ
impransis ebullire solet, infusus humoribus diluitur.
Sic lebetes, sarragines, ac fraxoria magis ignescunt,
nidoreinq; grauiorem naribus offundit, ubi liquor,
aut innatans pinguedo immodico calore absimitur
ac totrescit. Omnia siquidem quæ vel humore vel

pinguedine destituta sunt, ollis adhærescunt, atque
nidosos halitus effundunt, sic ut populari loco di-
ci soleat. Ex eadem olla elixa atq; asia depromi Quo-
circa consulte mihi facere videntur macilenti quiq;
siccio temperamento existunt, quod minus diu ieu-
ni perstant, ac calori natio fomenta ministrant,
Siccescit enim corpus intempestiua diutinaq; inedia,
quæ humidum nutritium, quod radicale vocant, de-
populatur: qua de re nobis alias habitus est sermo.

Herbas

Herbarum mutationibus obnoxias, tum variatur, formaq; desinitus, nisi nouis subinde cultus admittatur.

CAP. XVII.

Queruntur medicorum pleriq; herbarum descriptiones esse fallaces, rarumq; virtutes inefficaces atq; euanidas, multaq; passim ob uia apud veteres, quæ parum aptæ, si nostris conferantur, suo nomini ac descriptioni respondent, eoq; diuersas esse herbas contendunt, licet nostro xuo idem nomen obtineant. Sicylioputū nostratē, fabas, pentaphylion, phu, tipham, cereale, farraginem fecale olyram, alia existimant: quia veterum descriptionibus non per omnia congruunt. Equidem ut nemini patrocinari uolo, aut illorum errorem tueri, qui in herbarum censu & cognitione profus sum hallucinatus: sic nonnullos existimo nō satis ad rationis amulsum omnia exigere. Tametsi enim in tanta herbarum varietate, & mutatione singula in certam classē referri nequeant, nec illis certam assignare nomenclaturam, proclius est ueterum descriptioni congruentem, non putandum tamen profus esse alias, quam veteres descripserant, aut ab effectibus quos illi attribuerunt, penitus alienas. Huic enim varietati, quæ subest, causam præbuit ipsa natura, quæ subinde mutat faciem, ac lasciuit in progignendis stirpibus, propagandisque plantarilis, sic ut nonnunquam à parente aliud produxisse uideatur. Accedit his artificium solertia ne dicam calliditas quæ mixtis medicatisque seminibus edocuit speciosius nitidiusque quædam adulescere, atque ad spectu amœniore magisq; ad blandiente. Hinc illa variegata, ac uersicolorum politura, quæ cum in multis, tum maxime in ueronica seu viola altili, quæ caryophylleam nostrī uocant pspicitur, quæ tam uaria ac uersicolore specie puenit cultorū industria ac mangonio, ut nulla parte ueterū descriptioni respondeat, eoq; illis in cogni-

Herbas mutationibus obnoxias, ac degeneras.

*Caryophylle
à Belgis suis
specie arifis-
m. 111.*

tam plerique censent. Sic Calathiana autumnus muscus; aranthes mos. cyanos fumenticia; messi peculiaris, non tam cœruleo, cœlestiq. colore proueniunt, q̄ candido, rubro, purpureo, vermiculato. Sic Caltha illa luteola Virgilio depicta, singulis mensium Calendis duplicato florum ambitu ac denso foliorum stipatu oculos oblectat, concinniter in orbem circumscincta, *Aios alyos* & *lychnis coronaria* rutilanti cocco, ac tenero modo murice tincta rubescit modo niueo colore ad spectum recreat, multiplice foliorum congerie orbiculata: in quem modum *Leucoia*, bellius flos, *hesperis*, omneque violarum matronales efflorescunt. *Ista* superioribus seculis elaborasse hortorum cultores indicat *Virgilius*:

Geor. lib. I.

*Semina vides equidem multas medicare ferentes,
Et nitro prius & nigra perfundere amurca,
Grandior vi factus siliquis fallacibus esset,
Vt quamuis igni exiguo properata maderent.*

Et quamq̄ cessat cultoris industria, ac conferendi artificium, herbarum ipsarum sponte aliam induunt faciem, si colorem, si formam, si proceritatem, si vires spectes. Id partim sit occulta vis siderum, partim ætate & temporum decursu, ut ea quæ stabilia apparebant & penitenter duratura, vertantur in aliam speciem, quali (ut *Erasmus* ait) naturæ curiositas cauerit, ne qua sit cetera herbarum notitia, q̄ posteris indubitata fide transmitti possit, sed exigat subinde inquisitionem eorum quæ vel mutari vel renasci quotidie videmus: sic natura hominum acuit industriam, ac veterum excutit.

*Duratiōne
accensionan.*

— *Siquidem pater ipse colendi.*

*Haud facile esse viam voluit, primusq̄, per artem
Mouit agros, curvis aciem mortalia corda,
Nec torpere graui passus sua membra veterno,
Quo variis vsu: meditando extunderet artes.
Paulatim & silicem frumenti exquireret herbam,
Et sic in venis abstrusum excuderet ignem.*

Accedit.

Accedit his cœli status soliq. natura, ac regionum va- *Loci situa*
rietas, quæ et hominibus crines & colorem, totiusq. *mutationem*
corporis habitû immutant. Stirpes n. pro loci natura *habitu indu-*
& qualitate, pro aeris ambientis cõditione nunc pro *er.*

cerius adoleſcunt, nunc humiliter: quædã multis ſto-
lonibus: pleraque nullo agnato frutice ac propagine
humo proſiliunt: alia pro terræ habitu, diluto lætæoq.
virore, alia ſaturata veigentique ad atrum viriditate.

Vt n. pueri, quibus nutrices alimenta ſubducunt, aut *Simile ab*
ea parcius adminiſtrant, gracile ſcût, atque extenuan *impuberuſq.*
tur, coloreq. exſanguis efficiuntur, ac minus florido. *ſagina.*

Sic herba ſolo macro, ieiuno ac ſtuculoſo enata,
ſqualoſa ſiunt, adſpectuq. triſti atq. inamœno. Hinc
videre eſt herbas in parietinis, præruptiq. ſaxis ena-
tas vix dodrantè altas, eaſdè ſolo ſecundo ac reſtibili
cõmiſſas ſelquicabitû excedere, ac longe lateque ra-
mos ppagare. Sic bugloſſus & ſymphyrû, vulgo Cœn-
ſolida maior, candidis ſtoſculis ſepius conſpiciuntur.

Sic garyophyllea vel cultus ſtudio, vel vbertate ſoli,
candidû, rubicundû, variegatû ſtorem oſtendat vnus
eulni, ſtaminiſq. productû. Sic violarû color purpu-
reus aliquando in cyaneum ac cœruleû elanguſcit.
Simili ratione nonnullarû ſtirpium folia minus cre-
nata ferrataq. exſiſtunt, atq. acanacea, hoc eſt, q̄ ſpinis
horrent pro editions deciuioſiq. loci natura miteſ-
cunt, ſpiniſq. minus infecta ſunt. Huc refert quod ex
perientia quotidiana cõmonſtrat herbas foetuiſq. ar-
buteos non ſolum ſpeciè demutare, ſi locum aurâq.

naçta ſint accommodam, ſed et melioreſcere, fructuſq.
proferre ſalubres, cû paulo ante lethales edidiſſent.
Quod de Perſica planta in Ægyptum translata præ-
ter Plin. Galen. commemorat. Cuius rei experimen-

2. de alim.

et 3. de

ſymp. cano

ſi.

tum hiſce verſibus expreſcit Columella :

Armeniuſq. et coriulu, p. unſq. Damasci,

ſtipantur calathi et pomu que barbara Perſi.

Miferat, ut ſumo eſt, patrin armata q̄ uenit.

*Ar nra e expofiti partio difcrimine lehti
Ambrosij perueni fucci or lita necenat.
Quædam est facm genti de nomine dulla.
Ex quo p operant mitefcere Perficam abo.*

*Et de ali
men facult.*

Hoc enim pomi genus, nisi ex aduerso solis radiis sit
expositum, non maturefcit, succiq; frigidi ac humi-
di ratione cito computrefcit, noxamque ventriculo
infert, nisi primis mensis inferatur. Multa itaq; mo-
litur natura rerum industria hominum exculta ac
condocefacta. Siquidem vix acini absque vinaccis
proveniunt, fisco malleolo exemtaq; medulla, sic ta-
men vt inter colligandum genma non laedatur. Ci-
tissima enim latere accurata commissa coalescunt.

*Vt nonnulla
ab'q; nuclea
proccedant.*

Melipila quoq; Perficæ, painulæ, cerasæ, pruna, lapi-
dosaq; corna atq; officulis industria curaq; hominū
proveniunt, si tenellam scilicet arborem ad buces
pedes rescissam, usq; ad radicem fin das, abrafaq; atq;
excavata scalpro vtriusq; partis medulla, confectam
seivdas partes vinculo contringas, superioremq;
partem ac diuilitas laterum fino, vel argilla, cera
ue obducas, ac charta madida munias, elastiq; anno
obducta circa rixce omnia coaluisse perspicies: hanc
arborem surculis, qui fructum non tulerunt, inferes
& sine officulis poma proferet. Quod ipsum ex Theo-
phrastii consilio, in vite sum enolutus, nec spem fia-
stratus est euentus. Inoculatio quoq; infirio empla-
statio natura tolerantiam, cultorūq; industriam com-
monstrant. Illa siquidem efficiunt, vt stirpes, exu-
natiua indole, aliam faciem formamque adificiant,
atq; alia in altas promte demutentur. Vt enim vide-
mus homines pro ingeniorū varietate, atq; educa-
tionis cura non solum diuersa fortiri ingenia, alios
mores ac studia, animarūq; propensiones obtinere,
sed corpus aliud alio vel exilius, vel procerius, colo-
re, vel florido, vel exangu, cuteq; vel glabra, vel hi-
pida hirsutaq; forma: tamen humana no penitus de-
ficiunt.

*Infricatio tres
stret.
Simile ab ho
minibus na
tura & rati
satione.*

fitui, licet non nulli feritate quandam pra se ferant. Sic in herbis viuere solet, quæ ob similes causas non vnâ seruant faciem ac vigorem, licet non ita immutentur, vt tota species formaque is intereat. Semper enim aliqua parte nomini suo respondet, effectusq; obtinent terra, in quæ radices agunt, peculiare atq; incolarum naturis aptas accõmodatq. Multa siquidem aduehuntur ex Insulis Fortunatis, quas Canarias vocant, quæ cælo nostro assueta non eadem per omnia vires referunt, nec eadem specie ac figura, eaq. magnitudine profiliunt, sed tamen non penitus genuinã autamq; naturã exuunt, licet non nihil à veteri infraque vi ac gen. rostate desciscant.

Quod in Ipono ylio, quæ plebeis Angelica dicitur in lalepitio vel sibpio Celsipino, quæ trinali voce Osterium ac magistrã dicitur, animaduerti potest.

Quæ licet ob soli malignitatem, tractumq; cæli frigidum à Theophrasti ac Dioscoridis descriptione varient, easdẽ tamen esse herbas, patetq; obtinere effectus cõpertum est; licet ob aeris intemperie vires illis non nihil languescant ac defatiscant. Cum u. cuiq; regiõni certa herbarũ species sint peculiare ac propria, suisq; natalibus singule siripes delectentur; sic nequit, vt alio translata in suo vigore persilliant. Aliæ siquidẽ opacis umbrosiq; vallib. gaudent, nonnullæ apertis soli que peratis. sunt quæ palustrã atq; vghinosa, soloq; irriguo delectentur, quædam glanoso aridoq; ac sabuloso: quas si alio transfæras, ac diuersam cœli partem spectare cogas, magnam vitium ac specierum partem ademeris. Sic Iris in Illyrico, Hellebotus in Anticyra, absinthium in Ponto, & apud Santones præstantius procreantur. Sic portulaca marina, empetron, brassica maritima, quæ sudanellam vocant, oceani crepidines, ac maris margines persequitur, lassoque tractu delectantur. Sic alio aliis locis laudatiora existunt, ac propriis natalibus felicius procreant.

Angelica
illig. affines
b. v. a.

Herbe suis
quæ locis
suis.

Quæ herbe
maritimo
tractu elon-
gantur.

niunt, Cuius rei fidem nobis facit ex natura rerum
his versibus Virgilius:

Lib. 2. Geor.

Nec vero terra ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, crassiq; paludibus alni
Nascuntur steriles, saxosis montibus orni.
Litora myrtetu latissimam doniq; apertis.
Bacchus amat colles, Aquilonem et frigora taxi,
Truise arboribus patrie, sola Inda nigrum.
Feri ibenum solum, et iburea virga Sabæu.

Ex quibus verbis perspicere datur rei herbaria fru-
ditiosa, non æque feliciter omnibus locis eadem pro-
venire. Quod ipsum hemistichium Virgilio indicat,

— Nec omnia fert omnia tellus.

Quorum pleraq; si tentes in aliud solū transferre vel
elanguescunt, vel emorientur, aut ægre refocillata
erescunt quidem, sed ut nomen suum rueri, suamque
generositatein servare nequeant. Quamobrem qui
aliquid terræ sit cōmissurus, illis ex Virg. præscripto,

Lib. 1. Geor.

Ventos et varium eali perdiscere morem,
Cura sit, et patrios cultus habitusq; locorum,
Et quid quæq; ferat regio, quid ferre recuset:
Hic segetes, illic veniunt felicibus vva;
Arbores factus albi, atq; iniussa virescunt.
Gramina: nonne vides croceas vi Tmolus odores,
Inda mitrat ebur, melle sua rhura Sabæi.
Et Chalybes nudi ferrum, vnoq;aq; Pontus
Castorea.

Daynen
Belgicæ mons
res arenosæ.

Quo fit, ut Alpes Belgicæ, quæ Oceani obices longo
incuruoq; tractu ab Armoiticis versus Aquilonem se
porrigunt, omnigenas stirpes proferant, quæ in locis
arenosis illis (liquidem ex arenæ, non niuis candore
montes illi albescunt) sponte emergunt, nulla cura,
nullaq; hominū industria. Efficit hoc partim soli na-
tura, partim effectus siderū, quæ in illâ terræ plagam
inclinant, suaq; vim exerunt. Atq; hinc fit ut quæq;
regio miniarias, suiq; generis fodinas cōtineat, ex q-
bus.

Vnde mine
valida.

bus pro soli cuiusq. natura influxuq; planetarum eruntur, æris, argenti, auriq. glebæ & segmenta; topus. marmor, creta, ocre, synopsis, miniû. Similem naturam habent lacus paludescq. Zelandicæ, quas *Moer* indigenæ nominant, ex quibus eruntur glebæ bitus minosæ, quæ accensæ vt naphtha ardent, non sine odore retro ac viroso. Hinc agri paludescq. Morinenses nomen consequutæ sunt, & quondam extremi hominû *Morini*, vrbs deniq. eiusque confinia *Terra uana* appellatur, quæ exhausta sit exemtis nigris glebis, sic vt magnas fossas exhibeat inanes, nullisq. sementibus a commodas. Apud *Brabandos* quoq. eruitur ista congeries, sed quod regio minus saluginosa sit atq; à mari remotior, mitius olet. Illi *Thurs* has glebas indigerant, maritimi vero *Darri*. Quarum tanta vis est, vbi frequentius his a des incalescunt, vt ferrum, cuprum stannum, argentum, atq. ænea quæq. deoreret, omniaq; in ædibus, præter aurû deteriora efficiat. Illud siquidẽ nõ obfuscatur, nec fulgine obducitur, sed spendescit potius, ac turgidum efficitur, maxime obrizum, sincerum, nullaq. admixtione adulteratû. Id efficit auri raritas ac mollities, qua sit vt concepto imbitioq. vapore fuliginoso turgescat, tum fulgore afficiatur. Tamen si enim graue sit aurû & pôderolum, molle tamẽ est, tractabile & porosum, argumento quæ cyathus aqua oppleto, citra effusionẽ aureos aliquot admittat. Si quidem præter emanantes spiritus nonnulli aquæ partẽ absorbet, imbibitq; qua imbutum aurû turgescit. Fumus autem ignisq; globis subinde excitatus, huic metallo colorẽ gratissimum cõciliat. Cum. n. is fumus obuia quaq; fuligine afficiat colorẽ luteû atq. auriginosum inducat, vt flaua bilis tætericis; sit vt aurum flauescat, opis color illi sit cognatus ac familiaris. Non. n. potest alius color auro induci, quã vel flauus, vel luteus, vel deniq. qualis nostra *Caltha* est, crocatus. Nõ defunt apud *Belgas* profectores

Terrauana,

Turf &

Darri ignis

formia apud

Zelandi,

velut gleba

bitus in ocre.

Aurum splendens.

Aurum im-

bitio.

Aurum li-

quorem iõs

bitis.

Sim. lo à

flaua bilis.

aliquot eruditi qui subterraneorū hanc congeriem, quæ ex terræ visceribus, tanquam tectus ex vitro, eruitur, ex arborum truncis congestâ ac concretâ existimant, prostratis conuulsisq. syluis inundante Oceano, ac paulatim alluione superindusâ terris, hæc in aalido indusâ argumento, spades & færmeta, tum viuz cannaq. palustres atq. arundines in glebis ins esse conspiciantur. Verum nō satis exacte obseruasse illos comperio fodinas ac terræ cuiusq. viscera, cū etiam in ære, auro, argento, cæterisq. metallis ramosam venosamq. propugnem & productū spectemus, quæ in imis terræ viscerib. consequuntur vegetabili quadam vi, influxuque siderum. Neque enim iners aut otiosa est natura, sed multa magnaque molitur, atque effingit, exornatq. non solum terræ superficiem, sed occultos etiam abditosq. sinus atque intimos recessus. Hinc aspis, porphyritis & marmora sponte segmentata sunt, & vermiculato emblemate tessellati variegata. Sic nux myrtica seu muscata intercurstantibus interueniis striata est, quod ipsum in citriis mensis, nostroque robore, tum alterius generis lignis assalati dissectis perspiciamus, quæ multiplices venarum discursu, multisq. licuris ac mæandris undulata splendent. Quemadmodum vestes, quæ ex hircinis caprinisq. pellibus confici solent, tum prætextæ togæ ac scutulatæ. Cuiusmodi plurima eruantur ex imis terræ penetralibus tam concinne & affabre elaborata. quati à cælatore sculproreque inducta foret effigies. Sic corallium in maris Ligustici profundo frondefecit ac fructificat, quod rebus extractum confestim lapidescit, coloremque adscisuit vel nigrum vel rubrum, aut, si minus excocta est humiditas, candidum. Sic in ea parte Galliarum Belgicarum, quam Eburones, Menapii, ac Sicambri, occupant, & dicitur *pyrites*, hoc est, carbonis lapidei effodiuntur, bituminis indurati natura, quibus indigenz nō solum ferrum

Moer quid
Belgii.

Natura arti
ficium.

Camelot.
Damast.

Corallus
fretus.

Steencol-
len.

ferrum molliunt, sed luculentos etiam ignes in ædi-
bus exstinguunt qui semel atq; iterum extincti postli-
minio ignescunt ad mori loco. Et cum cetera omnia
oleo inflammescant, isti affusa aqua inardescunt, o-
leo restinguuntur. Non desunt & ceteris regionibus
sua fodina atque interanea, quarum nonnullæ sul-
phur, calcem, gypsum, ocram, alumen auri argenti que
glebas &ramenta effundunt, ex quibus per occultos
terre meatus thermæ scaturiunt, atq; aquas suis qua-
litatibus imbuunt, illasq; morbis expugnan dis red-
duat accommodas. Sic maritimæ fodina bituminis
naturam obtinent: Siquidem glebæ ex illis eruta
mephitim exhalant, ac graueolentiam, adeo vt affli-
dentes syncopi atq; animi deliquio subinde pericli-
tentur: nec minori incommodo afficiunt carbones
cum fossiles, tum factitii; nisi illos dum ignescunt,
sale conspergas. Tali siquidem remedio d scutitur
virus infectum cerebro: omneque

Excoquitur vitrum, atque exudat mutili humor.

Nō desunt q̄ hanc genitiuā terra vim astris assignāt,
q̄ haud dubie in hæc inferiora vires suas efficaciter
exserunt, hoc inducēt argumento, quod multa vide-
ant apud nos sponte deficere, tū alia quedā non ante
visā apparere ac præstantiora substitui, quibus vt nō
repugno, sic ego præferim quod ad herbas auinet,
multa propter incuriam atq; ignauiam cultorū vel
deficere vel degenerare crediderim. Sic triticum, vt
Theophrastus restatur, in loliiū transit, ocymū in ser-
pillum, silymbrium in menthā odore, figuta vero in
calamentū, multaq; florū genera, nisi adhibita cura,
subinde transferantur nō solum à sua specie, verum
etiam ab insita vi ac generositate descendunt. Quod
cum in multis, tum in viola altissimi specieiissimo flore
obseruare soleo, quæ nisi quotannis sitū loci mutare
condiscat, in humilem ac degenerē florentiū, minus
que odoratum deficit. Quibus ad stipulat̄ Virgilius

H 2

*Carbones
fossiles oleo
expinguuntur,
atque
ardescunt.*

*Salis sper-
sum carbo-
nis ignitū
odorem so-
sale conspergas.*

Lib. I.

Georg.

*Astrorum
in terrena
essentia.*

*De causis
plant.*

*Cultura o-
mnium melio-
rescunt.*

Lib. 1. Georg.

Vidi lectis, diu & multo spectata labore,
 Degenerare tamen, in vii huciana quotannis.
 Maxima quæq; manu legeret, sic omnia fatu.
 In æna ruere, ac retro sublapsa referri.

E diuerso siluestribus incultisq; curam adhibeas
 primo quoq; tempore mitescunt exuta genuina in-
 sitaq; feritate. Quod luculenter expressit Virgilius:

Lib. 2.

Georg.

Sponte sua quæ se tollunt in lœtissimâ arboribus
 Infœcunda quidem, sed lata & ferta surgunt.
 Quippe solo natura subest, tamen hæc quoq; signa
 Infrat, aut seruibus mandet mutata subactis:
 Exere ut siluestrem animum cultique sequenti

Simile à.

Sordidus an-
 malis eo-
 rumque pro-
 gressu.

Multas itaq; stirpes, easq; nouas atq; inauditas natu-
 ra parit ac profert, multas effectus siderum, innume-
 ras cultorum solertia. Et quemadmodû forices, gli-
 res, anguilla, murex, cochleæ, limaces, lumbrici nõ
 semper ex semine, sed plerumq; ex lentore terra at-
 que ex fordib; ac putrilagine germinant: Sic in locis

Theod. de

caus. plant.

lib. 1. c. 1.

arenosis, quales apud Zelandos sunt montes Amoi-
 nii, quos Danen popalares vocant, multi fructices spõ-
 te emicant ex alimenti consuetudo, & quæ in locus Soli
 expositus est, herbisq; progignendis accõmodus, qui
 semel ex terra vligine absq; parente enata postmo-
 dum semine se propagant, ac numerosa prole se reuer-
 tur. Quanobrem non est q; quisquam miretur her-
 bas mutationib; obnoxias, ac subinde virib; formaq;
 destitui, cum id, nisi affinitate ac similitudine cõfun-
 di illas contingat, loci situs, aeris ambientis qualitas,
 cultoris artificii efficiat. Sic piper, cardamomũ feleli,
 radix Pontica cœlo nostro assueta non nihil immu-
 rantur, nec tã calida atque vrenti facultate existunt:
 sed tamẽ nemo aliud de his statuet, quã reuera sunt.
 Quod. n. iis vires flaccescunt, insitaq; magnitudo ac
 maturitas denegatur, id calor Solis languidus, cœliq;
 intemperies & inclementia efficit. Herbas itaque ge-
 minam

Herba & vi-
 ras & species
 immutant.

minam subire mutationem constat nonnunquam enim infitas illas vires, naturasq; qualitates immutari contingit persistente forma atque effigie: nonnunquam formæ species intercidit, iplis qualitatibus ac viriū facultatibus subsistentibus. Efficit id partim influxus siderū, partim soli natura, cœliq; ambientia qualitas. Cū enim varia sit terra conditio, ac differentia multiplex, contingit cum aeris, tum alimenti raritate manifesto immutari herbas, atq; alterius qualitatis fieri participes. Sic corylo, cerafus, cornus si ripis vicinè consistant, quas vitiosa aqua lambunt, vel false alluunt irrigantq; fructui manifesto salisago inesse deprehēditur. Sic homines pro alimentorum facultate, pro ambientis aeris conditione alium corporis habitū & temperamentum, alios mores & studia consequuntur. Sic Cimber in Hispanum, Germanus in Gallum vel Italum transit diutino commercio, vitæq; vīu & consuetudine, sic vt sæpe videas arborem letanac nitentē in locum salsum vitiosumq; translata, deterioris terræ succo deperisse.

Virg.
Georg.

*Salsa e enim vltus. Et qua pehibetur amara,
Frugibus infelix: ea nec mansueti arando,
Nec Baccho genus, aut pomis, sua nomina seruat,
Multaq; regenerant succos vltia priores.*

Quod si adicias fatalem quandam mutationem, & vices rerum varias, obseruabis plātas quamlibet illas foueas, vel ætate fellas deficere, vel effortas elanguescere, ac tantū non emori, nisi inserendo, in oculandq; nonos cultus substituas, vel a uillis surculis aut malleolis resuscites. Quæ stirpium varietas, mutationisq; viciis hunc effectum apud plerumq; vt hęc Medicine partē in frugiferā esse contendant, ac prope modū operam lusisse Dioscoridē, cōpluresq; alios, qui in depingendis herbis studiū collocarunt. Equidē sic statuo, neminē satis pro sua dignitate, ac nominis sui amplitudine hanc Spartā exornare, qui nō

viuas spirantefq; herbas, in quarum notitiã nos deducunt oculatæ per manus inspectiones, & graphica auctorum delineationes, exacte nouerit. Sunt enim ex noſtra farinæ hominibus, qui vix dum inſpectis herbis, mira de his incunctanter pronunciant, vt

*De ſimpl.
med. ca. lib. 5.
Elegans
ecmparatio
à præconib.
ſumpta.
De Orat.*

Pamphilus ille cuius meminit Galenus, qui ne per ſomnium quidem herbas nouerat, quas tenebat de ſcribere, & vires de prædicare. Quod genus hominum Heraclides Tarentinus præconibus aſſimilabat, qui conductione mercede omnia publicitus decantant, & præconio adornant etiam ignota quæque & inconſpecta, vt nonnunquam vappam, aut vile mancipium ſimile quiddam referat Cicero de Phormione quodã philoſopho, qui coram Hannibale copioſe aliquot horas diſſeruit de Imperatoris officio, & de omni re militari. Quem cum omnes vehementer eſſent admirati, querebãt rex Hannibale, quid ipſe de

*Hannibale
ſcommam
Phormionem.*

illo philoſopho ſentiret: hic Pœnus non optime Græce, ſed tamẽ libere reſponſiſſe dicitur, Multos ſe deliraret, viſiſſe neminẽ. Nec me hercle iniuria. Quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quã Hannibali, qui tot annos de imperio cũ populo Romano gentium victore certãſſet, Græculum hominẽ qui nunquam caſtra, nunquã hoſtẽ viſiſſet, nunquã deniq; vel minimã partem publici muneris attigiſſet, præcepta rei militaris præferri? Quis non illos in horum numerum referat, qui ſymphyrri, qui glycyrrhizæ, marthubii, ſatureiæ, pulegii vires ſe noſſe iactant, idq; ex libris tantum, & comonſtrare nõ poſſunt, etiam ſi ſtripi adſiterint, quid ſit quod ea poſſentate poſſeat, & cuius vires tantopere prædicant? Cum enim morbos medicamentis herbiſq; efficaciſſibus expugnemus, quis erit tam ſtupidus, qui harum ignorantiam in medico ferat? quis non periculofam & groto hanc Medici ignorantiam ac neglectum culpæ

culpabit, nemo mea quidem sententia omnes artis numeros impleſſe videtur, qui harum cognitione eſt deſtitutus. Vt enim nauis non ſolum neceſſarius vſus & ars remi, quo ſcapam ſubigit, ſed illius etiam ar- mamenti cognitio; cum fieri poſſet, vt contum pro- remo arripiat, ita medico in primis neceſſaria exacta herbarum cognitio & pericia. Illa enim explorata morbi natura, ad rem ſcite aſpiciatq; incoandam inſtrumenti vice exſtitunt. Quis autem ſe non deci- dendum propinauerit, qui aliquid aggreſſurus, in- ſtrumentum quo res perficienda eſt, ignorat. Mirari ꝑfecto ſubit illorum partim ignauiam, partim in- curiam, quibus hec medicinę pars habita eſt neglectui adeo vt Sepſaliariis inſigniter indoctis hanc provin- ciam delegauerint. Cum ſatis conſtet non veteres modo medicos, ſed potentiſſimos quoſq; reges atq; heroes in hac medicina parte ſe exercuiſſe, quibus nihil magis fuit in votis, nihil viſum eſt magnificen- tius, magiſq; regiam, quam

Seu oꝑeritates herbarum, uſumque medendi.

Quā parum ſeruis oblectamentis ſe recreare. Et ꝑfecto vetuſtiſſimorum regum famā ac nominis ampli- tudinem, iam pridem deleuiſſet obliuio, nullaq; ꝑ- ſus regię maiestatis memoria ſuperreſſet, niſi rena- ſcentes quorannis ſalubres herbę illorum nomini inſcriptę atq; inſignitę periturā alioqui memoriā refricarent, illoſq; ab iniuria obliuionis aſſerent. Quorum veſtigiiſ inſiſtere decet ꝑhiliarios, h. e. rei medicę ſtudioſos, & nō ſolum anxia cura herbarum formas explorare, verum etiam vires excutere & ex- periri, caſa morbis expugnādis, & conſeruandę ho- minū naturę accommodare. Quō ipſum ſedulo ꝑre- ſtiterunt medicorum ꝑreſtantiſſimi, Hippo- crates & Galenus, q; vſu & exercitatione rei medicę peritiā in- coſecuti, certā exactamq; methodū exercendę artis tradiderunt, ratione atq; experimento comprobātā.

*Simile aꝑe
nautica.*

*Receꝑ olim
res herbaria
ſtudioſi.
Virg. II.
AEnid.*

*Gal. 2. ali
ment.*

*Ad vsum o.
monta refer
vonda,*

*Simile à re-
bus bellicis.*

*Schoer-
buyck à
vitiis siles
macho gin-
givas & per
dixit sic.
Reirustis.
lib. 1.*

Hæc siquidem per diffusam enarrationem & solidas traditiones exculta sola non artifices effingere possunt, tantisq; prædiis instruere ut minimi sit negotii se vltimos quosq; morbos conficere. Sic enim & nos studiorum nostrorū vberissimam frugem percipimus, & reliqui fructum nō penitendū consequuntur. Qui vero alia ratione studiorum cursum insecunt, omniaq; ad oblectamentū potius, quā ad vsum atq; vtilitatē hominū referunt, male de studiis merentur, nec suis, ciuiumq; commodis bene cōsulant. Omnes autē artes, Cicerone teste, aliter tractantur ab his, qui eas ad vsum transferunt, atq; hominū vtilitati deseruire cogunt; aliter ab his, qui ipsarum artium studio ac theoria, hoc est, speculandi amore delectati nihil aliud in vita sunt acturi, quā ut oblectamentum ac voluptatem ex illis concipiant. Ut enim virtutis, ita artis cuiusq; laus omnis in actione cōsistit. Cum itaque tantam exigat diligentiam res medica, laboremque indefessum requirat, & irrequietum, nunquam intermittenda industria, sed acriter exploranda natura morborum, atq; ineunda ratio, qua illorum facultatem expugnemus. Atq; ut in bello noua stratagemata, astusq; militares comminisci videmus, tum inauditas machinas ac seeloperas, tormentaq; bellica excogitari: ita nouis subinde emergentib; morbis noua sunt remedia comminiscenda. Quod in lœ Venerea, in ephemera contagiosa, seu sudore Britannico, in iætero nigro, cuius symptomata sunt Stomacæce & Scelotybe. nuper factitatum videmus. Quæsti sunt olim nonnulli vberitate nimia prioris æui exhaustum solum negare solita benignitate alimenta mortaliibus. Quod ipsum ita diluit Columella, ut hominum vitio atq; ignauia id assignet, quod culturæ minus insistant, minusq; strenuos colonos se præsent, Id ipsum & de nostrorum hominū ingenii interpretor, quibus naturæ parens nihil de-
regauit;

negauit, nec omnia veteribus indulsit, verum & reliqua posteritati suas dotes est elargitus, quā sterilem esse & effectam passus non est. Itaque non deest posteris ingenium modo ne desit mens, ac propensa promtaq; ad artes consecandas voluntas, modo similis ardor & inquirēdi cupiditas illos rapiat. Siquidem, vt habet proverbialis sententia: Exercitatio potest omnia. Videre est autem plerosq; in ipso exercenda artis tyrocinio industrios, sedulos ac discendi auidos, verū vbi eo sunt progressi, vt plebi innotescere cœperint, sensum illorum si accescit industria, ac remisse parumq; attente suas perficiunt operas, duri, p̄fracti, intractabiles, inhumani ac inanis, quā ante officiosi, quiq; philautia quadam ac inani persuasione reliquos fastidiunt, ac grauare collegam, laborisq; socium ad se sibi patiuntur. Non desunt inter hos qui præmarure ac precipitanter ad faciendam medicinam irrupunt, iis adminiculis defuituti, quibus medicum instructū esse par est, quaq; iam pridē didicisse, non discere oportuit, sic vt prius medici titulum aut elogium obinuerint: quā sunt p̄meriti. Nā tum legere incipiunt præcepta medica homines p̄posteris, cū acciri cōtigerit, medelamq; ægrotis adferre conueniat. Vt enim in conficiendis hostibus, sic in expugnandis morbis gerere quā fieri tempore posterius, re vero atq; vltu prius est, vt Marius apud Salustium dissevit. Huiusmodi cōditionis Athenienses fuisse Demosthenes cōmemorat, quos ait non vt reliquos mortales vbi cōsuluissent, agere, verum vbi res actas accepissent, tum demum consilere. Sic nostrum plerique tum demum consulunt ac disquirunt, quid factū opus sit cum instāt, vrgētq; morbi, qui nullas moras, aut inducias, nullaq; deliberandi spatia admittunt. Quod itaque Cicero exigit in rebus bellicis id medico accurate præstādum, vt scilicet omnia sua consilia præmeditata habeat.

Vbi intendere ingenium sibi valet.

*In Tusculana
Olympia.*

Lib. I. 121.

*In re medica
curpe dicere.
Non putarã.*

vt mature sem ipsam perficiat, nec vnquam à ratione discedat, excipere quoq; debet cogitatione futura, & ante confuturæ, quid possit accidere in vtramque partem, nec comitrendum aliquid, vt aliquando dicendum sit. Non putarã. Nonnunquã autem Medicus in ancipiti dubioq; morbo, & qui celerrime ad statum pperat, vt gladiator in arena, cõsiliũ captat ac medendi occasione è re nata arripit. Quod mihi aliquando vsuuenisse memini. Siquidem cum morbum eiusq; symptomata, ppe haberem explorata, ac verborum serie, & cõponendorum medicamentorũ ordine exacte effem instructus: tamen rebus, vt paulo ante reliqui, mutatis, coactus sum totam scenam inuertere, atq; aliam viam ingredi aliaque methodo insistere. Sic doctè ac prudenter Terentius:

*Adelp. 8.
Act. 5.
Scena 4.*

*Nunquã quisquã tam bene subdula ratione ad vitã suã.
Quin res, atq; vsus semper aliquid ad portet noui,
Aliquid moueat: vt illa qua te ferre credas nescias,
Et que tibi putari prima, in experiendo repudies.*

*In re medica
omnia seria
agenda.*

Nihil à Comico dici potuit verius cum in omni vitæ actione, tum maxime in profligandis hostibus, morbisq; expugnandis. Quamlibet enim multum ac diu quis rationes conficiendi negotij, aut cuiusq; rei perficienda secum ipse sit meditatus, omniaq; ad amissum, curaq; exactissima excusserit, quo modores aggredienda sit, quid primum exsequi, quid postremum conueniat, in ipso momento punctoq; temporis, quo se operi accingit, & tem perficere statuit, priorem tã rationes & pra meditata cõsilia respuit, aliaq; pro tempore excogitat. Itaq; vsu & exercitatione, multarumq; rerum experientia parari constat prudentiam, & bene gerendarum rerum dexteritatẽ ex eoq; felicem successum, atque euentum exoptatum: nempe eorum qui ex morbo decumbunt, factile & expeditam sanitatem, quam confestim nullaq; mora consequuntur, vbi fido expertoque medico se

committit, atq; illi sunt obsequentes. Nam erro-
res circumstantes, atq; impostores publicos exterminan-
dandos censeo, qui non verentur in hominū vitas ac
corpora grassari, atq; vt habet proverbium, in vasis
iactura autem figulina experiri. h. e. vt Plinii verbis
vtar, hominum periculis discere, & per experimenta
fallacia ac coniecturas mortem hominibus inferre,
quorum culpa ac temeritate efficitur, vt medēdi ars
(quam inter dona spiritus Paulus refert, & qua post
facta dogmata nihil mortalibus excogitatum est fa-
lubre magis ac necessarium) vna cum professoris de-
specta sit & negligatur, ne ins addā annularum im-
pudentiam, qua non verentur huius artis peritiam
sibi vendicare, quas nō tantū à medendi magisterio,
aut, vt minus ambitiose, dicam, ministerio semouit
publicus orbis cōsensus ac maiorum auctoritas, sed
ab omni etiam iuris administratione, à functionibus
ecclesiasticis, à concionandi munere exclusit etiam
Paulus. Siquidem, vt apposite Perlius:

1. Cor. 12.

1. Tim. ca.

Publica ex hominum, naturaque continet hoc scē.

Satyr. 5.

Vt teneat vestris infra d. bilu albus.

Stat contra ratio, ac secretum gannit in aurem,

Ne licet facere id quod quis videret agendo.

Dicitur bellorum eorum compescere punitio

Nescius examen, vetat hoc natura medendi.

Lib. 1.

Cui sententię consentanea est illa Horatii,

Epist.

Naue[m] agere ignarus nauis, timet; bellorum agro

Non audeat, nisi quis didicit, dare quod medicorum est,

Promittunt Medici, trallant familia fabri.

Quod compendiosis verbis indicat proverbium,

Quam quisq; norit artem, in hac se exerceat. Quo
circa felices fore artes Plinius pronuntiauit, si de his
solum iudicent, easq; tractent artifices, atq; harū periti-
ra alii quos-
cū autē in extruendis ædibus architectum deliga-
mus solertem atque industrium: in dirigenda naue
nauclerum experitissimum, in bello gerendo duces.

*Registrum
narratio.*

exercitatos ac strenuos, in expellenda lingua præceptorum eloquentem in mente instituenta formandisq; moribus moderatorem optimum: cur in moribus expugnandis, in facienda tuendaque sanitate, triobolares circumforaneos, ac deliras anas admittimus; quibus corpus nostrum trucidandum exponimus, animiq; domicilium diruendum offerimus, adeo nemo non artis medicæ peritiam sibi arrogat, eiusque professionem exsequitur. Sic Ferrarius, Pontano teste, aliquando inter præceteros aulicos certamen fuit ac contentio, quorum nam artificium, & eorum qui opificio aliquo se exercent, maior esset vel numerus, vel copia; cum autem alii aliud proferrent, ut sunt in Repub. ac confusa multitudine pistores, lanii, cocci textores, carpentarii, auriga, fullones, trapezite ac mensarii, vsuarij, sarrores, nauta, lenones, quibus quæstus inter omnes vberissimus: Tum vnus, Nulla, inquit, artificum maior copia, quam eorum qui se medicos profitentur, aut eius artis nomine sese venditant, cuius se primo quoque tempore specimen exhibiturum pollicetur: itaque postmodum quendam in publicum producit ad hanc fabulam peragendam in se dextram, qui fascia obuolutis cervicibus, vultuque ad morbum composito, dentium dolorem simulat, ac subinde ingemiscens ab obuoluis stipem eblanditur, atque aliquid remedii mitigando dolori implorat: ibi nemo non ex numerosissima multitudine fomenta præscribit, ac quid dolorem confestim discutiat, confitenter proficitur: itaque omnium suffragiis euicitis, qui contenderat nullam præ medicorum turba in ciuitate numerosiorem. Nec sane illum fefellerit opinio. Idiota siquidem atq; imperita plebs passim huius artis cognitionem ac notitiam sibi vendicat, eamq; galam proficitur atq; impudenter exercet, nullo experimento, nullaq; ratione instructa.

*Quam varia sit ac multiplex solum terra quo natura ex-
conditio.*

CAP. XVIII.

TAM vero vt aliquid superiori argumento affine ad-
iudicium, medicis cum primis obseruandam cenfeo
terram cuiusque naturam, solumque habitum. Hic si qui-
dem efficit, vt varia herbarum species emergant, di-
uersasque virtutes ac facultates hæ foriantur. Hinc
Hippocrates Cratem montanas herbas, alii que tu-
mulus enatas colligendas præcipit, cum firmiores exsi-
stant ac robustiores, magisque efficaces, quam aquati-
cæ, propter terræ densitatem, aerisque tenuitatem:
fiores vero earum legendos, qui secundum fonticu-
los, fluuios riuosque nascuntur, quos imbecilles, nec
multi robotis, succique dulcioris esse ducit. Cum ita
que ex soli natura exacte considerata, herbarum vis
ac temperamentum cognoscatur, ipsæque herbarum aliæ a-
liis locis delectentur, & terram maxime sibi familia-
rem deponant, illarum discrimina, que aliqua ex
parte profequitur Virgilius, obiter & veluti in tabu-
la depicta referam, quo stirpes suis queque locis pos-
sint accommodari, minusque ob alimentum succique ma-
lignitatem viribus destitui. Eo enim fit vt votis no-
stris non respondeant, effectusque expectato nos fru-
strentur, atque euanida spe illudant.

In Epist.

*Quib. locis
herbarum præ-
stantiores.*

2. Georg.

Solum aliud.

<i>Gracile, Macilentum.</i>	<i>Cinereum ad colorem referatur.</i>
<i>Macrum, Pingue.</i>	<i>Amarum, Dulce</i>
<i>Oleosum</i>	<i>Acidum, Lætum</i>
<i>Bituminosum</i>	<i>Glucinosum, Sabulosum</i>
<i>Gypsosum, vel</i>	<i>Arenosum, Glareosum</i>
<i>Gypsium, Argilaceum</i>	<i>Lapidinum, vel</i>
<i>Saxosum, Ruderatum</i>	<i>Lapidinum, Testaceum</i>
<i>Cretaceum, cretatum</i>	<i>Calculosum, Rarum</i>
<i>Cinereum, crum</i>	<i>Densum, Robustum.</i>

<i>Trophaceum, vel à poro porosum</i>	Bracklande
<i>Friabile, Tenue</i>	<i>Puire, Coluim</i>
<i>Ieiunum, Sterile</i>	<i>Aridum, Stercoratum</i>
<i>Pratense, Frumentaceum</i>	<i>Suballuum, Strigilum</i>
<i>Resibile, Repasmatum</i>	<i>Squalidum, Fertile</i>
<i>Defissum, Reuale, & Vernaculum, vulgo</i>	<i>Fecundum, Salsum</i>
	<i>Salsuginum</i>
	<i>Frumentitium.</i>

Locorum alia.

<i>Astera, Prarupta</i>	<i>Gumida</i>
<i>Inuisa, Ausa</i>	<i>Palustris</i>
<i>Inculta, Culti</i>	<i>Vilginosa</i>
<i>Arida, Sicca</i>	<i>Irrigua</i>
<i>Arentia, Ieiuna</i>	<i>Humelta</i>
<i>Sticulisca, Siluestria</i>	<i>Conclusa</i>
<i>Nemorosa, Siluosa</i>	<i>Patentia</i>
<i>Piana, Campestria</i>	<i>Aprica</i>
<i>Hortensia</i>	<i>Opaca</i>
<i>Fruticosa</i>	<i>Densa</i>
<i>Maritima</i>	<i>Ymbrosa</i>
<i>Mediterranea</i>	<i>Ventis exposita</i>
<i>Edita</i>	<i>A vento silentia</i>
<i>Accluisa</i>	<i>Auto exposita</i>
<i>Decluisa</i>	<i>Soliperuisa</i>
<i>Argentia</i>	<i>Subterranea, Retorrida</i>
<i>Alfiosa</i>	<i>Exsucca, Succulenta</i>
<i>Astiosa</i>	<i>Calida, Frigida</i>
<i>Tripida</i>	<i>Rorelenta, Solubria</i>
<i>Egelida</i>	<i>Insalubria, Paludosa</i>
<i>Gilda</i>	<i>Stagnantia, Squalida</i>
<i>Montuosa</i>	<i>Rigosa, Orientalia</i>
<i>Nebulosa</i>	<i>Austrina, Feruida</i>
<i>Coliginosa</i>	<i>Rosida</i>
<i>Cluosa</i>	<i>Occidentalia</i>
<i>Aguosa</i>	<i>Aquilonia</i>

Lunae radii augetur, et non mature, fit botrus.

CA P. XIX.

Luna satis incrementum dat, maruitatem Sol. Illa
si quidem humiditate mouet, & turgescere qua-
que facit, sed ob imbecillitatem concoquere nequit.
Sic videmus stirpes interdum allicere alimentum ca-
lore Solis incitatum, noctu diffundere, ac per attra-
ctū humore succumq; imbibiri adolefcere, auclufq;
atq; incrementa fulcipere. Ve enim vigilia & exercis-
ratio, motufq; moderatus cibum digerit, atq; in ha-
bitū corporis diffundit, noctu vero & per somnum
concoctio perficitur q; in ebriis vinoq; dissentis per-
cipimus, quibus somno crapula ac temulentia difcu-
titur: ita Sole diem illustrante omnia maturitatem
confequuntur: noctu vero Luna suas vices obeunte
adolefcunt, succoq; ptuberant. Quod fit ve videamus
rosas, lilia, omnisq; generis flosculos interdum nō de-
hifcere, ac patulos fieri, verū noctu atq; antelucano

*Luna effe-
tus in pro-
ducendis
stirpibus.*

*Simile a fae-
cultatibus
naturalibus.*

*Solis ad occasum, cum frigidus aere Vesper
Temperat ac salus reijcit iam rosida Luna.*

*Virg. lib. 2.
Georg.*

Stercoratio quare Hesiodo improbata.

CA P. XX.

Hesiodus non indiligens rei rustice scriptor à ple-
risq; inuaditur, q; sterquilinum in agricultura
neglexerit: cum is facti non ignarus salubritati po-
tius quā fertilitati consuluit. Ille siquidem alio lra-
mine sterilitatē expugnandam censuit, quam sterco-
randi vtu & consuetudine. Satis enim ex lupinorum,
cicerum, pisorum, fabarumque culmis vomere tem-
pestiue subuersis, aliove pabulo pstrato, agrum vbe-
rem fecundumq; effici existimauit. Quacumq; enim
ex stercoretis fimoq; cultis agris proueniunt, vitio-
sos minusq; salubres succos praebent. Sic triticum &
Cerealia quaeque à Cureulionibus promptius infe-
ctantur, ac fruges, omnisq; generis legumina in eius-

*Stercoratio
insalubris.*

*Vnde fruges
corruptionis
obnoxia.*

modi agris enata nec perennare possunt nec diutius
 asseruari, quin vel solum contrahant, vel à teredine
 & vermiculis infestentur. Zythus quoque, eaque po-
 tio quæ Belgis Cerevisia dicitur, ex huiusmodi fru-
 gibus decocta, citissime vitiat, atq; acorem contra-
 hit. Quamabrem recte, mea quidem sententia, He-
 siodus illos agros aptos. accōmodosq; sementi exi-
 stimavit, quos venti temperati serenant, suaues Solis
 radij fouent, vbi nullæ æque stagnant, nec culta ster-
 coratione pingrescunt, aut saltem mundo natiuoq;
 humore ac calore maturitatem consequuntur. Sic
 nim illa quæ nascuntur, diu perseverar: incorrupta,
 atq; alimentum præbent salubrius. Fieri autem ne-
 quit, vt in his regionibus viuaces existant homines,
 aut valetudine inculpara, vbi aer ipse, vel alimenta
 vitiosa sunt ac putredini obnoxia. Quorum alterum
 enenit, vbi stagna, paludisq; graueolentiã exhalant,
 alterum vbi non genuino humore, sed asciticio pin-
 guefecit humus, ac stercorendo excolitur.

*Quaratione Curculio, aliq; bestiola in seba frugibus abiq;
 nec viq; possint.*

CAP. XXI.

*Nihil ex
 omni parte
 beatum.*

Nihil est in vita hac caduca & mortali; quod suas
 non experiat aduersitates atque incommoda,
 multisque vexationibus atq; insultibus non sit expo-
 sitū. Vt enim homines innumeris malis sunt obno-
 xii, multaque illos circumuallant quæ valetudini
 vitæq; insidiantur. ita & frugibus sui non desunt hos-
 tes, qui illas infestant ac demoluntur, rubigo, cul-
 ces, formica, limaces, cochlea, locusta, blatta, crucca,
 teredines, vermi, uli, & qui funditus granaria depo-
 pulatur Curculio. Hoc enim genus vermiculi pro-
 boscidæ quadã acuminata, rostroq; aculeato, altera
 sui parte triticū perterrebrat, omnemq; simlaginē
 depascitur furfuracea tenuiq; ac calla relicta mēbra-
 ma. Huius teredinis multa examina inuente veie
 progeto

*Calāders.
 Curculiones.*

progerminant, vbi frumenta Luna plena recens des
 mesia, eaq. madida ac rotulenta, anteq. occalluerint, *Vnde fru-
 menta corrū-
 pantur.*
 receduntur, vel vbi granarii fenestra Austrinis flati-
 bus non Aquilonis sunt opposita. Siccitas n. efficit
 vt omnia putredini minus obnoxia existant. Persua-
 sum est autē nonnullis, quorum mea quidem sentē-
 tia nec vana fides, nec inanis auguratio, Deū Opt. M.
 nonnunquam hanc calamitatē immittete in vindi-
 ctam eorum, qui plus satis luero inhiātes, vel fruges
 abscondunt, vel supra legitimū tempus asseruant ma-
 gno inopū detrimento, qui hoc commeatu destruti, *Negotiatores
 res frumentis
 riuosiofi.*
 vitam tueri nequeunt. Hoc enim alimentū in eden-
 di, pascendique corporis vsum assuenter elargita est
 puidā Dei benignitas ac munificentia: adeo vt si ce-
 tera edulia desint, atq. obsonia quaeq. desiderentur,
 satuari homines pane possint, eoq. in ediam famēque
 solari. Quamobrem grauitus culpandi sunt negotia-
 tores frumentarii, qui magno tenuiū damno, anno-
 nae, frugumq. pretia intendunt, nec in summa ege-
 state granaria laxāt, quo illis quae sitis ferior. *Corenby-
 ters.*
 si quid est, vt in temp. sint iniuria, atq; in plebē enius
 maledicta in se concitant, fraudulenti. Qui enim (vt
 Salomon testatur) frumenta abscondit, illū exsecra-
 tur populus, q. vero diuendit, cuius capita fausta ex-
 optat, beneq; precatur. Patitur tamē plerumq; Deus
 huiusmodi malis affligi nos, cum erga illum sumus
 ingrati, cuius liberalitate ac munificentia ramulate *Cap. 37.
 Quatuor eōs
 lamitate sa
 Des hominē
 immittuntur.*
 fruimus. Siquidem per Ezechielem immisurum se
 minatur religionis ac pietatis desertoribus calami-
 tes quatuor, famem, pestem, bellum, & nocētes be-
 stias: vt his diuexati ad saniores mentē, agnitamq.
 veritatē perducantur. Quod si naturales cause, non
 irati numinis vindicta mali hoc inuexerit: inenuda-
 ratio qua animalcula noxiū vel abigi possunt, vel in-
 terimi. Nihil autē ad perimendos curculiones effica-
 cius, quam salugo, in qua allium decoctum sit, si ea
 I

irrigentur pavimenta ac parietes, confestim enim alio repunt, ac granaria deserunt, odorifq; tetri halitus exanimantur. Id ipsum præstant retiam Sagapenum, amurca, castoriū, læuina, sulphur, cornu ceruinum hedera, galbanum, ac graueolentia quæque, quorum suffitum, nec serpentes, nec colubri, nec vespertiliones ferunt. Quod indicat omnis eruditionis parens Virgilius:

Lib. 3. Geor.

*Disce & odoratam stabulū incendere cedrum,
Galbanosq; agitare graui nōdore ethydras.*

*Lupulus
culg.
Hoppe.*

Eadem ratione lupi salutaris nidorosos hofculos re fugiunt, qui etiam hominum cerebro infesti sunt, capitiq; grauedinem ac temulentiam inducunt. Similiter & sambuci flores, quorum odor etiam erucas arcet, blattasq; ac tineas pesimit, quemadmodū abfinthium, ruta, mentastrum, abrotanum, satyria, iuglandis folia, filix, pseudonardus quæ nobis lauedula dicitur nigella coriandrum viride, ptyllium, anagyris, pulices cimicesque interimunt, vel culcitris supposita, aurosis, in aceti Scyllitici decoctione cōspersa. Obseruatum est autem nostra & a uorum memoria naporum semen quod negotiatoribus Belgicis quæstum præbet vberissimū miram obtinere vim in proflernendis conficiendiq; Curculionibus, non ratione deleteria, sed sua uirtutis illecebra. Cum enim id culce atq; oleosum illud deserto tritico, auidissime appetunt, eoq; dilenti pereunt. Quod ipsum his

*Dulcia ali-
quando ver-
mes peri-
munt.*

etiam vsuauere solet, vbi fiscellis vuarum passerum infuderint. Sic experimento comprobatum habeo puerorum lumbricos vuarum passerum esu expugnari, si ieiunis, nullo admixto alio edulio illas exhibeas. Vt enim amurculenta quæque, ita dulcia effraenter hausta vermibus inimica. Distendi enim illos contingit ac dissumpi suauioris edulii copia. Sic etiam hominum ventriculus turgescit ac tormina concipit, dulcibus assatum ingestis.

L. 178.

*Lumbricorum vermiumq; qui humani corporib; inhaerentur
sagacitas, & quid portenaat per a nareq; crepere.*

C A P. XXII.

Vltim est nonnullis prodigii quiddam simile lumbricos praesertim longos & teretes, sursum eniti, ac per os nareque crepere, cum id insito quodam naturae motu facere soleant, si quādo homo diutius feruus perstiterit. Tunc enim stomacho morfus inferant, ciboq; explere cupiunt: quibus cum nihil obliariatur quo ali vitamq; tueri possint, in sublime feruntur, cibumq; ad gulam vsq; meatum venantur. Sentiant enim sagacitate quadam naturae per illas partes in vetriculum delabi alimenta, & cum nares peritae sint atq; ad gulam tramitem spectent, eo quoq; se conferunt factaque titillatione, vel sternutamento eiciuntur, vel primoribus digitis prehensi eximuntur, haec in sanis multoties à me sunt obseruata. quibus cum facti causam explicassem, haec in re illos secutos praesisti. In aegrotantibus vero hoc ipsum aliquando euenisse conspexi, sed nō absq; imminenti mali praesagio. Tanti est enim in huiusmodi corporibus contagio, eaq; putredo, atq; humorum inflammatio, vt exitalem vim morbi praesere nequeant: itaque erumpunt quidam foras, sed morbi sanitia, non critice, nec naturae vi incitati. Cum autem delinente morbi violentia, inferne cum reliquis excrementis illos proli contingat, salutare id esse Hippocrates statuit, sponte vero nulloq; naturalis facultatis impulsu egredi, quod in motibundis perspicimus decubenti noxiura. Subodorantur enim naturae quadam sagacitate corpus defectarū, seseq; destitutum iti alimento, eoq; stationem suam deserunt. Sic obseruatū est forices ac glires aedes ruinosas deserere, trimestri etiam spatio ante quā fuit collapsa. Peisoniscunt n. naturae instinctu, sese dissolui contagionem & adium compagem, illasque breui ruituras.

*Vermes nari
bus prolapsi.*

*Lib. 2. aobob.
17. 18.*

*Glires ad
ruinas deservit.*

*Experientia
de pediculis
rum sagaci-
tate.*

*Lib. 10.
Cap. 25.*

Pediculi quoq; ac pulices, vbi corpus hominū tabelle sentiunt, omniaq. membra sensim sanguine destitui, vel ipsum deserunt, vel illas partes occupant, quibus sanguis calorq. nativus diutius inhaeret. Experimentū est n. à Libitinaris ac Vespilonib; in ea secuna recondere circa stomachi officinā, in q̄ definit cartilago eniformis, vel in ea quæ mēro subest, ac vocali arteria inōūbit. Siquidē illa partes vt pore cordi vicina ad extremum vsq. halitum calefcunt; q̄ cum à nonnullis qui agroris affluerent mihi esset relatum, incenctanter pronūciaui certissimū id esse imminētis mortis argumentū, iam iamq. emigrantis animæ indubitatum indicium. Ceterum cum lumbri corum paulo ante mentionem fecimus, hoc adiecit vsum est opere pretiū multa esse, q̄ lumbrios ventriq. interanea exedat, pefinātq. sed nihil efficacius exsiccatis in tegula ignita vetanib; exhibitoq. illo pulisculo verminantib; confectum reliquos inhaerentes corporis delicti continget, eadē ratione, qua Plinius, compluresq. alii rerum abditatum indagatores asserunt, hominī à scorpionib; ictō, remedio esse ipsorū cinerem potum, in oleo vineve demersum Sic rabidi canis inorsum curari testatur nostrates pills ei usdem animantis exulsis, illisq. ex vino propinatis. Propellente enim malum, virtusq. facit innoxium, ac corpori cuius modus illatus est, minus infestum quod virus eliciat conficiatq. Sic aliquando geminata cōmixtaq. contraria facultatis venena, remedio sunt, non existio. Quod felix iuo epigrammate indicat Aufonius de vxore quæ virum aconito extinctum voluit:

*Taxica zelotypo dedit vxor machi marito,
De se satū ad mortem credit esse datum.
Miscuit argenti labulis pondera vini,
Cogeret vt celerem vn geminata necem.
Disidat hac siquis, facinre discreta venenum.
Antidatum sumet qui socrata bibit.*

LEVI.

LEVINI LEMNII
 MEDICIZIRIZÆI, OC-
 CVLTARVM AC NATVRA.
 lium quaestionum
 LIBER SECVNDVS.

*Humores, non malos genios, morbos inducere: spiritus tamen
 acrios se in ut temporalibus immiscere, ac face: subdere.*

CAPVT I.

NON defunt apud nos plerique qui cum sint in natura operibus sobrie exercitati, ac morborum causas, originem, progressus, quæque comitantur symptomata seu accidentia ignorent, atque illorum rationem assequi nequeant, in malos infestosque Genios, qui nostris incommodis continenter inuigilant, hæc ipsa referant. Sic eos, qui ex tertiana febris decumbunt, tertio quoque die subeunte venas, malo Genio diuexari in quartana itidem, Synochis, hoc est, continuis febribus, quotidiana, ephemera seu diaria, omnibusque febribus astuosis atque vrentibus tale quiddam euenire imaginantur. Quod ipsum quantum absurdum, ac ratione dissentaneum, quibus in natura arcanis vel tenuiter versatus facile iudicauerit. Cum enim ex quatuor elementorum concretionem ac mixturam corpus humanum consistat ac constatum sit, totidemque humores complectatur, qui ex facultate feminis quatuor qualitatum, calidi & humidum, frigidum & siccum sunt participes, quod aliter statui possit quæ ex horum intemperie, excessuque ac defectu morbos excitari, suamque originem sortiri. A quo numero quod illos miscescere videmus ac sapienter...

*Humorum
 prauitas &
 causa mor-
 borum origo.*

*Natura
ordo ac se-
ries.*

fuldoribus, sectione venar. cœcurbitulis parti lafa af-
fixis, hæmorrhoidū mensiumq. profuuiio, tum inie-
ctis clysterib. subditisq; podici balanis seu glandib.
Constituit autē Deus pro inestimabili sua sapientia in
natura rerū motus ordinatos nec quicq. remere aut
fortuito, sed omnia decēti ordine ac cōtinuata serie
ferri voluiq; voluit Sic sidera, elementa. Oceanus, an-
ni tempora, cœlorū orbis suos habēt motus ac vices,
certaq; lege decurrunt. Pari tenētur lege ac cōd. rō-
ne humores, q. corpori humano inharēt, ac suos effe-
ctus, ppriōsq. motus ac certas periodos obtinent. Sic
vt per quadripartitas anni varietates suas, quisq. hu-
mor vices obeat, ac facultates viresq. in corpus exer-
ceat. Sic sanguis eā conditionē ac vim sortitus est, vt
vere vigeat, suaq. naturā morbos ac febres pariat,
nēpe continentes q. nullas p̄bent inducias, nec ad in-
febricitationem desinunt. Sic cholera ætate alternis
dieb. recrocante recurrenteq. actu bilioso, tertianā
inducit. Pituita hibernis mensib. vbi cōputruit quoti-
dianā intermitrentē. Melancholia ineunte autū-
mo quartanā. Sic diaria vno die, aut paulo post finis-
tur, q. ipsa nō in humorū putredine, sed in halituoso
eoq. accenso spiritu cōsistat. Hæc autē omnia eadē ra-
tione, pariq. ordine & modo p̄ficiuntur, quo ortus &
occasus siderū, Oceani ætus & recrocatio herbarū
fruticumq; germinantiū amœna grataq. vicissitudo.
Cæterum, id admiratione non caret, q. quatuor hu-
mores certā horarum spatia, certaq. dici partes sibi
vindicat, ac diē nocteq. æquinoc̄tialē seu artifi-
ciale, p. horas duodecim temporales sibi partiūtur.
Quod à vero nō esse alienum exprimento cōperi, cū
horū obseruatione, febrīū accessiones indubitanter
p̄nuntiare soleam. Viger n. sanguis, Sorano Ephesio
teste, q. Evangelistarum more spatia decursusq; diē
ac noctis per horas æquales mēditur, ab hora noctis
nona ad horā diēi tertiam, quibus horis cōcoquitur
sanguis, atq. ab hepate elaboratur. Quo fit, vt mens

*Humores
sua tēpora
fortiuntur.*

*Quatuor
humorum
decursus
in corpore.*

*Matt. 20.
Mens ho-
minis dilu-
culo erethior
ex sanguine
habitu.*

22

antelucano exoritur Sole si talacrior, omnesque cum
 a groti tum sani erectiores, ob suauem effluxum, gra-
 tumque sanguinis halitum. Bilis vero flaua suas vices
 obit ab hora diei tertia ad horam diei nonam, pro
 tempore naturalis vis ac facultas discernit à sanguine
 cholera, eamq. ad fellis folliculum dirigit. Eoq. fit vt
 sub id tēpus homo ad iram sit pnior, ac leuissime ex-
 candescat. Bilis autem atra, seu succus melancholicus
 ab hora diei nona vsq. ad horā noctis tertiā sua mu-
 nia exsequitur, clauoq. affidet. Quo temporis curri-
 culo hepar defecatur, eluiturq. à lordido excremen-
 to, idq. natura spleni destinat. Quo fit, vt illo horarū
 decursu mens hominis obnubiletur, atque ex atra
 densaq. fuligine animus moerore contrahatur.

Pituita ab hora noctis tertia ad horam noctis no-
 nam huic succedit: tunc enim peracta cœna conco-
 ctio in ventriculo perfici incipit, cibusaq. liquefcere
 atq. elixari. Quo fit, vt phlegma stomacho innatans,
 atq. ad cerebrum delatum, hominem somnolentum
 efficiat ac dormitantē. Quod si horum omnium ex-
 acte rationem subduxeris, obseruabis iisdē fere ho-
 ris, quibus humores suis vicibus funguntur, accessio-
 nes, insultusq. febrium inuadere, expletoq. singula-
 rum horarum, quæ humoribus subseruiunt, spatio,
 modo sinceri sint atq. impermixti, consistere ac ter-
 minari: Sic continentes febres & quotquot ex san-
 guine ortum habent mane ingruunt, tertiana sub
 meridiem, hoc est, hora sexta, quæ nobis est duode-
 cima tam diei quam noctis. Quartana sub horā no-
 nam, quæ nobis tertia est pomeridiana. Quotidiana
 ex phlegmate circa primas noctis excubias. Quod si
 humores redundent atq. inter se, vt assolet, implica-
 ti connexique sunt, non seruant legitimum tempus
 suosq. insultus, tū acriores tum productiores faciūt,
 magisq. diuturnos. Vt enim venti conglomerati sa-
 miores tempestates excitant, cum scilicet,

*Humores
 quique cœso
 tu horis
 vigent.*

*Simile à
 ventorum
 consensu.*

*Æneid. 1.**Una Eurvsq; Notvsq; ruunt, creberq; proci liti
Afflicti, & vastes voluunt ad littora fluvios:*Ita vehementer fit morbus ex humorum concursu
& confluio, corpusque humanum saevissime excruciant
congeninati morbi.*Onidius
Mst. lib. 1.**nam corpore in vino**Frigida depugnant calidis, humentia sicca,
Milia cum duris sine pondere habentia pondus,*

Horum effectuum causam, superuacaneum, imo frivolum est, in malos Genios referre. Cum hæc omnia in humorum putredine atq; inflammatione, vel qualitate ac copia consistant. Ista siquidem efficiunt, vt sint vel breues, vel contractiores morborum circuitus. Cum aut sanguis plurimum corpori inest, vnicuique continuu accessum facit: q̄ in venarū conceptaculis, per quæ, tanq̄ rinos atq; aqueductus, vndiq; sanguis diffusus est, putredo atq; inflammatio consistat. Quo fit, vt naturam, tanquam solertem fidumq; consulem in seditione ciuili, belloq; intertinuo, continenter operi insistere, nullaq; intermissione oblectari morbo oporteat. Pituita vero flauaq; bilis atq; atra, q̄ minus copiose sint, extraq; venarum angustias constitutæ, nō perpetuo, sed intermissè affligunt, minusq; sunt lethales ex huiusmodi humoribus exorti morbi, q̄ illis nō pateat aditus accessusq; ad cor, partesq; principes, eoq; ne non facile illis eadem noxam inferre possunt. Sunt tamen harum febrium nonnullæ diuturnæ, partim quod materia redundans sit, partim quod leno tenaciq; visco assisillis, adeo vt ægre concoq̄ possit, atq; eliquari. Quo fit, vt melancholicos sauius exhillarescere contingat, nisi affatim & meracius bibant. Est enim is humor impense frigidus ac siccus. Huiusmodi autem constitutionis homines discitare soleo ferro similes, quod multo vretiq; igni opus habet vt ignescat, quo subigi malleis, singiq; possit, isti siquidē plurimo meracissimog.

*Sanguis
aur. febres
continuas,
excitet.**Simile à
consulu sōs
tertia.**Melancholicus non facile inebriantur.**Simile à
cadentes
ferro melancholicis aptum,*

ciffimoq; vino indigent, idq; inoffense perferri, quo
 ubi incalere ceperint, mimos, ridiculoq; morio-
 nes fe præbent, Camelum falutate dicas. Nam cum
 fint natura feueri ac tetrici, vino perfufi, feftiui affe-
 ctant videri atq; elegantes. Et quæ in modum non
 facile vino cedunt, illoq; obruuntur, ita ægre illis te-
 mulentia difcutitur: Cum enim bibant affatim ac cie-
 bum ingerant affluentius: fit vt denfi fumi, et alique
 vapores tenacius fixiufq; cerebro inhæreant, adeo vt
 poft ridie illis imaginationes melancholicæ ingraue-
 fceant: Siquidem ex hefterno mero nondum fopite ac
 defpumato, totū renidet corpus ac fubolefcit. Simi-
 le. n. quidam iis euenit, quod adibus accenfis, quas
 tametsi incendium nõ funditus abfumit nec omnia
 confignata funt; reterridus tamen ex ambuftis o-
 dor, natus, fe ingerit ac cerebro officit: Sic iſtis ex pri-
 diana crapula fuliginofi olidiq; halitus, ac ructus ni-
 dorofi, inſenſi funt, mentiq; ac cerebro acres mordas-
 cesq; fumos inferunt, quos cum excutere nequeant,
 atq; idem idem recrudefcere phantaſmata percipiãt,
 de nouo accumbere geſtunt: quo vini vapores, atq; ex
 illis ortas abſurdas imaginationes, vt etiam nunc clauo
 retundant. Cum itaq; fe fe habeant morboſi cauſæ
 atq; origines, eaq; fit humorum natura & conditio,
 vt nulla ratio potior excogitari vel iniri poſſit acceſ-
 ſionis inſultuſq; febrium, quam vel humoru copia,
 vel qualitas, non eſt q; quiſquam exiſtinet aut opi-
 netur peruerſos Genios hanc concitare tempeſtate,
 hanc inducere in tempi. tũ. Scio equidem, nec id graua-
 te ſum admitturus, De moneſ, hoc eſt, ſpiritus acceos
 ſcientia ac cognitione rerum imbutos, quiq; omnia
 ſubodorari ſolent, nõ ſolum humoribus ſe immiſce-
 re, ſed mentes quoq; humanas ad peſſima que que
 inſtigare atque impellere, bonos quoq; Genios, ſeu
 Angelos ſalutares ad optima queq; adiumento eſſe,
 ad eaq; ſe præbere ſocios ac miniſtros; Sic Raphael

Melancholiarum natura, ubi vino incauerint.

Simile non ineligans ab accenſis adibus.

Creditas melancholicæ noxia.

Mali Genii corpus exmentem appugnant, Mali Genii ventres exasperant.

Tob. 14.

se itineris comitem addixit Tobia filio. Sic in Samsonem irruit spiritus Domini, & dilaceravit leonem tanquam hædum In Saulem quoque influit spiritus diuinus, & cum reliquis Prophetis vaticinatus est.

2. Reg. 10.

Postmodum vero spiritus nequam exagitavit comitumq; mentem illius, atq; in Dauidis necem illum armavit. Sic tempestatib; se ingerunt ac fulmina tonitruaq; exacuunt, adeo vt illis aduidentibus conuelli culmina spectemus prostrerni fata: pecudes, armenta q; ac greges confici: quanquam ramentorum violentia atque impetus tale quiddam absq; his efficiat. Sic Enepias & vêtus Typonicus, cuius meminit Diuus Lucas, valide atq; impetuose terris mariq; incumbunt, atq; ardentes faces, ignitosq; globos euolantur attritu ac collisione nubium, adeo vt antenas velaq; aduri contingat. Similem vim ac violentiâ vallis quamlibet munitis, bombardæ inferunt q; non solum proximos quosq; & quos glans attingit, feriunt, sed longius etiam consistentes, pauloq; remotiores prostrernunt violento strepitu, auraq; turbulo.

Ahor. 27.

A bombardæ violentia simile.

Job. 12.

Hæc & pleraq; alia licet naturali ratione fieri cõflet, Dæmones tamen vel coniuente Deo, vel concessâ illis potestate se his immiscere solent omniaq; futura efficere. Sic Saulis melancholiâ exasperauit Satanas, atq; ad cædes & insidias multa q; funesta impulit. Quod tamen hic animi affectus, mentisq; error ac perturbatio in naturales causas referri possit, ex eo patet, quod cirhæ dulcedine subfederit furor ille, atque impetus animi: factaq; mens sit sedatio. Vt n. vbi turbines ac fauiores venti Oceano incumbunt, fluctus crebrescunt, mareque exarsuat, vt denique melancholicis natura terribis inactura facultatû, aliaq; incommoda mororê conduplicant, biliosis immodicus vini potus, vel aspera diætèria salesque dentati iram exacuunt: Ita mali Genii, aut fraudulentum consultores hominum animos ad deteriora procli-

Simile ab æstu mari.

ues in præceptis agunt, adeo vt voluntas alioqui alacris & prompta, impetus consiliorum ipsasque actiones moderari nequeat, quod ipsum indicasse videtur Seruator, cum Petrum increpirans, Faceffe à me inquit, Satana: Quo nomine illum perfrinxit Christus, quod illi aduersaretur, atque sibi instituto conceptoque consilio, quo nos redimere statuit, auertere illius mentem tentaret. Er profecto nisi Deus Opt. Max. singulari in nos fauore aduersarii furorem coerceret ac retunderet, nunquam subsistere posset nostro, ac frueri aduersus immensissimam huius bellæ ferociam. Omnem siquidem capiat occasionum, omnesq; tētat, exploratq; aditus, quos imbecilles adoriatur, vt ventilet cribretque veluti triticum. Quocirca Dominus, vt palam testatur Iob, applicat illi gladium. hoc est, fruiendi modum ac mensuram illi prescribit, nocendiq; metas Satanz constituit; neq; n. vitra constitutum præscriptumque terminum progredi fas est, nec patitur Deus quengquam supra vires, & quam imbecillitas humanæ naturæ fert, affligi. Quo antidoto D. Paulus Christi nomine omnes in periculo, vitæque discrimine, in calamitate, morbis, inedia constitutos solatur ac fulcit, cum non finat Deus vlllos tentari supra vires, sed demonstrat eum tentatione euentum, vt rei afflictio viribus nostris respondeat vel celeri effugio ab illa liberemur. Hæc eo verbosius à me enarrata sunt, quo intelligat æque lector id esse argumenti caput, nostriq; insituti rationē: Humores præcipuam esse causam morborum: Genios vero, astra, ambientis aeris qualitatem, aliaque externa concomitari, vt accidentia. Cum enim omnes animi impetus ratione mentisque iudicio sedari contingat, corporis verò morbos appositis remedijs atque optimo medendi vii miscere ac consopiri: qui alio referri velt origines causasque morborum quam in humorum copiam ac qualita-

*Mat. 2.**1. Pet. 5.**Lu. c. 22.**(cap. 40.)**Iob. 1. v. 16.**explicitura.**1. Cor. 10.*

Humores
corporis
quos mores
pariant.

tem? Quod si cui infitos corpori humores excutere collibeat, atq; in se ipse explorare, qua vi ac facultate polleant; experietur illos non modo corporis habitum, sed animi etiam mores constituere, sic tamen ut morum institutio, tum pietatis ac religionis cultus & observatio primas potioreq; partes obtineat. Sanguinis siquidem vel si qualitates spectes, calor & humor florido quidem corpore homines producit, at quod ad animum attinet, lasciuos, moribus comicis, simplices minimeque fucatos, ac tantum non stolidos. Bilis flava arido quidem corpore ac subfalso profert, sed calidos, subdolos, ingeniosos, feruidi ac dentisque ac concitati animi, prudentes, industrios, solertes, inconstantes, instabiles, fraudulentos.

— *Qui fronte polsi*

Turf Sat. 5.

Astutam vapido seruant sub pectore vulpem,

Melancholicus succus stabiles & constantes efficit, quique non facile à concepta persuasione resilient, suamq; opinionem deserant: adeo ut si alicui se esse addictos esse contingat, mordicus illam tueantur, nec facile ab illa resilient: qui affectus in cholericis minor est; siquidem isti ob humores fluctuantes atque instabiles, spiritusq; tenues, leui momento alio transferuntur, & licet feruidi existant, & clamosi, placabiles tamen sunt minusq; pertinaces aut obstinati. Pituita ad formandos fingendosque mores inutilis est Quo fit, ut hebetioris fiat ingenii, nec ad vllas functiones ac munia apposit.

Melancholicos, maniacos, phreneticos, quiq; ex alia causa furere percipiunt nonnunquam linguam alienam personant quam non didicerint, nec tamen esse Dæmoniacos.

CAP. II.

Humoram
mira vis
in concitandis
de mente.

Mira vis concitat humores, ardorque vehemens mentem exagitat, cū agroti in a stuosis febris linguam quam non sunt edocti, modo discrete, modo obfcure & confuse loquuntur, q; in hys & alijs hoc

hoc

hoc est, à Dæmone obsessis fieri non magnopere miror: cum illi omnia calleant rerumq. omnium scientiam obtineant. Sunt autem humores tam violenti atq. atroces, ubi vel inflammari sint vel corrupti, vt eorum fuligo in cerebrum delata, quod in meracissimo quoq. vino assuenter hauſto obseruamus, per grinam linguam extorqueat. Quod si à malis Geniis perficeretur, non consulescerent morbi purgantibus medicamentis, nec iis, quæ somnū conciliant, discuterentur. His n. & plerisque aliis, quibus abunde instructa est res medica, rite adhibitis, restitui illos videmus, atq. ad consuetū loquendi vsum, mentemq. saniozem reduci. Cum itaq. feruentissima sit humorum ebullitio, vehemens quoq. sit spiritū agitatio, mentisq; humanæ cōcitatissimus motus, & cōcussio, quæ voces quasdam inauditas, linguāq. prius incognitam extundit, non secus q̄ ex contritu ac collisione silicis, emicantes ignitaq; scintillas elici videmus. Est autem hoc menti humanæ insitū, vt apposta aptaq. sit ad percipiendā rerum cognitionem, ipsaq; imbuta est artibus ante illarum vsum. Sic vt non sit absumile vero illud Platonis, Nostrom scire nihil aliud esse quam reminisci. Mens siquidē hominis omniū rerū scientiam ac notionem in se ipsa complectitur, sed mole corporis, densisq. humoribus oppressa non facile elucescit, eoq. vt ignis cineribus obductus, exuscitari fouetiq. postulat, quo se proferat ingenii nobis igniculi, naturæq. lumen resplendeat. Si quando igitur diuina hæc potiorq. hominis pars anima concutitur morbisq. exagitur: ea profert quæ in intimo recessu latitabant, insitaq; vires palam exferit. Vt enim stirpes suædam nullū ex se odorem diffundunt, nec aliquid suæ uolentis exspirat, nisi subinde commoueas manusq. demulceas. Sic quoq. nō profert se ingenitæ facultates ac vires, nisi, vt aurum in cote lapideque Lydio, explorentur. Pari ratione

Vt vini, ita humorosa vni mentem concitat.

Simile à stlicis astritu.

Mens artibus imbuta ante doctrinam In Phæd.

Simile à sapto igne.

Simile non incōtinuum abherbarum fragrantia.

*Simile à lapi-
dum ac spiri-
tuum effectu*

*Vnde vni in
concordandis
spiritibus.*

*Simile à
vini effi- a-
cia sumum.*

Gagates succinum quod Amber vulgo dicitur: non continuo paleas ac fescucas, aliaq; venti ludibria ad se rapiunt, sed agitata atque atritu concalē facta. Sic cum pugiones acuis crebro, celerique motu, scintillas emicantes exprimis. Ex herbis quoq; & gemmis natura vis percipi cognoscitq; potest. Pecunia siquidem, viscum, fraticulus, verberna, corallium, hzmattites, vniones, smaragdi, aliaq; amulera, hoc est, quæ noxia quæque amoliuntur ac depellunt corpori applicata, colloq; appensa, præsentanea vi vel in motibus discutunt vel sanguinem sustunt, aliaque præ insita facultate præstant: sed hæc omnia efficacius ac præsentius inuis exhibita, atq; in corpus assumta. Experimentum à generoso vino capere licet, quod natis ad motum, odore quidem cor rescicit mentemq; excitat, verum vbi in corpus reconducitur delatumq; est (siquidem in dolo nihil efficit, sed in venas dimanans) tum demum vires suas explicat, atq; homines quilibet stupidos, disertos facit, ac mire loquaces. Acuit enim mentem vini calor, quæque in cerebri latebris delitebant, prodit atq; in apertum profert. Pari ratione ac modo humores homines afficiunt, vbi tota vis atque impetus morbi cerebri sinus impleuit, mentemque ac spiritus cum vitales, tum animales concitare cœperint. Videmus enim nonnullos in ætuosis febribus, quæ fere a stare vigent, copiosos promptosq; fuisse in disserendo, vsq; oratione culta atq; elaborata, eoq; idiomate, quod morbo diuincti nullo modo exprimerent potuerunt: quos ergo pronuntians non malo infestoque Genio diuincti, nec Dæmonii instinctu impulsusq; illos ita peragere, sed vi morbi, humorumq; ferocia, quæ tanquam face subdita mens hominis exardescit atque inflammatur. Illos siquidem, ad motus capiti fomentis, exhibitaq; somnifica potione, à morbo mentisq; errore vindicari: quo discusso, omnium eorum quæ ab his,

his dicta factaq; erant, profunda cepit obliuio, quorum nonnulla cum in memoriam illis reuocata, suppade cere coeperunt, mirarique sunt in tantum sibi excidisse mentem. Simili etiã ratione moribundi, quod in his exciteret ardens animi vigor, illosq; antequam emigrent, rapiat diuinus quidam afflatus vaticinari solent, quæque euentura sunt, certo prædicere, idque discrete atque oratione tam meditata, vt astantes admiratione afficiantur. Quod autem anima vtpote coelestis originis ac diuinitatis particeps, præscia sit futuri ac vaticinandi perita imminente potissimum morte, suo loco dicetur.

*Cur anima
migratura
vaticinetur.*

De epilepsia, quam cum veteres tum recentes plebei in certos Diuos referunt, violentia ac sententia: qua duriq; ratione expugnari possit. Obiter comitiales morbos, libiigo, apoplexia oppressos non seorsim sepelibus referendos.

C. A. P. III.

Q Vos effectus obtineant in corporibus humanis humores, quidve efficiant, alias demonstratum est. Verum cum hi pro locorum ratione ac discrimine variis diuersisq; modis illa afficiant, de his quoq; dicendum putavi quæ cæcèro inhaerent. Illi siquidem qui in celsissima parte corporis consistunt morbi, non solum dolores insigunt, sed sensum motumq; eripiunt, ac menti iacturâ inferunt, quod in Apoplexia & lethargo, quæq; in teneriorem aetate & sexum muliebrem impotentius lauit, epilepsia spectare licet. Veteres reclamante Hippocrate, in peculiare Diuos morbum comitiale referebant. Cum enim proxime adstantes tam subito miseros conuelli prosterntiq; viderent, existimabant vel Diuos aliquos illis infestos, vel malos Genios hanc calamitatem clademq; inferre: quæ circa vota illis nuncupabant tabulæque votiuas exeruerunt. Hinc nostra ætas Epilepsiam in multas species discriminat, atque aliam Diuo Ioanni Christi præconi, aliam Cornelio Hubertoque assignat, quorum simplicitati vt neminem de-

Morbum comitiale in quem referendum.

Diui non assignandi morborum cruciatus.

cer insultare; ita sensim illam perturbationem illorum animis eximendam censeo quo in naturales causas ista referenda intelligant Pro habitu siquidem & cōstitutione corporis, pro organorum ac meatuum amplitudine vel angustia, pro humoris viscosi redundantia, varias diuersasque differentias percipiunt, ac mutationes subeunt: hinc alii vident, canumque more latrans, alii sibilant ac dentibus fludent, nonnulli clauores edunt horrendos, atque intentius vociferantur: non desunt, qui prorsus obmurescant, cerebro praesertim oppleto densis humorib⁹ oppressoq; diaphragmate, atque oclusis respirandi fistulis. Quo fit, ut spiritus inoffense commutare nequeat, atque vitio citroque reciprocare; qui omnium acerbissime mihi torqueri videntur. Horum sūt symptomata grauius inualefcunt, ac febrilia efficiuntur, cum vel luna impleri vel incoarti incipit, aut vbi ea cor vel cerebrum obfudet. Tunc enim humores maxime redundant, praesertim vbi post Aquilonem Austris spirare coeperint venti turbulenti atque insalubres, ita frigidi & humidi. Si quidē humida corpora, et quoque & caelo vietes humido, huic malo sunt magis opportuni, morboque comitali expositi: argumento quod impuberes ac feminae potissimū eo infestantur, quibus nisi circa annum quintum & vigesimum, augete calore natiuo, qui facit temperamentum inducit, desinat, vltraque eam aetatem producat; ad mortem comitali solet, hoc est, non nisi mors finem morbo imponit, eoque vita terminatur. Cum igitur tam euidentis sit causa morbi comitalis, persuadendum censeo imperite plebi, non alio referendum, quam in naturales humanorū motus, quo minus exhorrescant homines, vbi spe dare cogantur os rabidum ac distortum. genus inflatas, buccas humore spumaque turgidas: sed illos edire ne metuant, atque aliquid lenimen doloris medelamque adferre curent. Hos siqui-

Comitialis morbi differentia.

Luna morbo humido exasperat.

Aphor. 7. couruan. 5.

Epilepticorum habitus formidabile.

siquidem efficiunt spectatores meticolosi ac trepidantes, vt multi se crudeliter dilacerent, caputq. postibus ac solo illidant, vtque multi deplorari iudicentur, eosque effertur contingat, ac sepulcro destinari, antequam anima in auras protulsi euauit. Comperit enim habeo nostra & a notum memoria, nonnullos effracto capulo reuixisse. Quamobrem lege caurum esse conuenit, ne Libitinarij ac Vespillones praeppere quos mutuos existimant, exstinctaq. animae speciem p̄bere vident, loculo includant, eos praesertim qui apoplexia aut morbo comitiali, vterique strangulatione suffocantur, eum in illis nonnunquam delitescat anima, quae rursus corpus spiritu vitaeque imbuit. In contagiosis autem febribus, vel cum peste feriantur homines, non necesse est, nec consultum arbitror, tā anxie illa obseruare, cum statim à morte seipat contagio, atq. adstantib. labem inferat. Minus autē periculi imminet iis, qui viuis peste correptis adstant, infestiq. obsequium praestant; quā vbi morientibus adstant: tunc enim se diffundit contagio, atq. ad obuia quaeq. dimanat: Simile enim quiddam corporib. recens existit, quod cereis, lichenisq. ac fungalibus, quae accensa nullā graueolentiam nantibus offundunt, ac exstincta, flammaq. sopita retro vndiq. fumantiq. odore coenaculum complent. Ita plus periculi imminet vbi a cium exhalanti bus praesto sunt, quam vbi aliquid adhuc vitae inest, aut vbi horas aliquot exstincti frigent ac refrigerant, quod si paulo diutius, supraque legitimum tempus huiusmodi corpora referues in sepulca, cūda efficiuntur cadauera, sententiaque mephitum exhalant, ac facie taboq. distillant; quod in apoplexia frigidisq. cerebri morbis raro contingere solet: nisi vel status caeli sit calidus, vel corpora obesa existant. Quae si ne impediant, nec tale quidda obstat, nō nisi cū factitudo huiusmodi corpora inhumanda. Siquidem

*Apoplectica
seruus hu-
mandi.
Peste existit
si occurrere
mandi.*

*Simile ap-
postum ab
existit
fungalibus.*

*Humoribus
morsus &
resoluto in
morsus.*

expleto dierum & septuaginta horarum curriculo
 hu mores sibi contingit, moueri que desinunt quod
 luna eo temporis spatio, vnum Zodiaci signum pere-
 gerit, vnius vi humorum decursus in corporibus per-
 fitur, Quæ ratio effectus dicitur, vt Christus captata
 occasione Lazarum quatuoriduanum, in vita postlimi-
 nio reuocavit, ne quis calumniari possit illum non
 fuisse mortuum, sed animi deliquio correptum ex-
 mentita morte renixisse. Ipse quoq; cum negotium
 salutis humane sua morte ac resurrectione peregit,
 eandem occasionem artipuit. Siquidem præter id qd
 lateri vulnus lethale esset inflatum, rotum triduum
 peregit in monumento, quo omnē ansam pcederet
 ijs, qui sinistre parumq; reuerenter, nec satis pro di-
 gnitate de illius morte & resurrectione sentire pos-
 sent, omninq; illius dicta factaq; rapere in calumnia.
 In quo errore ac vesania Iudæi etiam nunc persistunt.
 Ceterum cum morbi qui mentē homini eripiunt, tā
 sint formidandi, vt nemo nō altatium horrore con-
 cutiatur ac contremiscat, facturus sum operę precii,
 si remedia, eaq; p̄sentanea, nec ex triuio petita adie-
 cero, quo quisq; etiam à re medica alienus, se suosq;
 munire possit, atq; ab iis immunē p̄stare. Et quoniā
 oēs cerebri morbi, p̄sertim q̄ ex frigido humore cōsi-
 stunt inter se sunt affines, singulis indiscriminatim
 possunt accommodari, nempe memorię detrimento,
 vertigini, palpitationi, tremori, epileptiæ, lethargo,
 apoplexia, nocturnisq; ludibrijs, atq; incuborū lupi-
 pressionibus, qui morbus ἐψιλλως Græce dicitur.
 Inter innumera quæ his malis obsistūt ac medentur,
 quatuor potissime efficacissima cōperi, non tam ex-
 perimento, quam ratione comprobata: semen pzo-
 nix orbiculare ac nigricans, nā angulonsum & coc-
 cineum ruboreq; perfusum, ad hæc inefficax est.

Scyllæ radix turbinata ac bulbacea.
 Cranijs humani ramenta,

Fruti-

can. II.

Christus cut
 ferus La-
 zarū susci-
 tauit.

Incubus.
 De mac-
 re.

Remedia
 incubi.

Fruticulū aut virgultum, quod viscum vocant. Quorum effectus, & qua ratione illos perficiant, singulatim demonstrare pergam.

Paonia Galeno non minus decantata, quā Brassica Catoni, nō solum à qualitate elementari, sed totius substantia vi ac proprietate specifica hūc morbum expugnat. Pueros autē in quib. vis morbi minus valida, etiā à collo gestata hoc morbo collapsos erigit. Discurit n. consumitq. humore pituitosum, qui huius morbi est seminarium. Inrus vero exhibet huius bacca, etiā in adultis efficacius id præstant. Siquidem flatuosum; imbutumq. veneno humore absorbet ac corpus ac temperamentum calidius siccitq. pducit. Hoc autē semen præstantissimum nonnulli asserunt, quod à Paonia, q̄ masculi nomine designant, prima foetura emergit. Diu enim stolonēs, h. e. nutes frutices culmosq. effertos, ac semine destitutos profert. Vbi vero perfecte adoleuit siliquis dehiscentib. hinc baccas atro colore politas, hinc acinos coccineo flagrantq. rubore nitidos, ostendat, nigricans semen in vsum referuandum, non tamen ea vanitate ac superstitioe, vt sequentis anni semen credatur inefficax, cum à decimo partu etiā qui emerit foetus, præterantem vim habeat, modo ne cariosus sit & euandus. Scylla facultate & viribus Paonia superior, *Scylla quæ* mirificam vim habet nō solū in epilepsia, sed omnibus morbis, qui ex lenta pituita, viscosiq. humorib. *vs polleat in* contrahuntur in quacunq. corporis parte consistant. *epilepsia.* Est enim vi absterfona, qua tenacia quæq. dissoluit, In quem vsum ex eo confecta oxymelitis a me exhiberi solet cochleari mensura, quæ quoniam insigni est amarete, cum serapio de stœchade illam diluo, nucisq. mirifica seu muscata pauxillum admisceo, aceto quoq. scyllitico subinde os collai præcipio, sic vt pauxillum degluriant.

Porro Cranii humani scobes, aut tamenta præsen-

Cranium
cal. q. hu-
mana.
tanea quoq; experior in exsiccandis humoribus qui
huiusmodi morbos inferunt, si pars aliqua ex masculi-
li calua lima accutare contrita, mari, mulieris veto,
multebui flexu exhibeatur, idq; ex vino, vel oxymel-
ite Scyllitica. non sane occulta omnino proprietate,
sed quod valenter exsiccat, qua ratione coagulū, sans
guisq; leporinus dysenterias, aliaq; p̄stūia compe-
dit. Sic vitū atq; experientia cōpertum habeo: ossa hu-
mana dysentericis ex vino rubro exhibita, fluxū san-
guine lentō cohibere, adstrictoria rōe, ac vi exsiccatē,
quod efficaciter etiam prestat *mirabilis* *Spa* *Arabi*,
factitium. h. e. mumia Arabica. presertim si momen-
tum succini marini, q̄ vulgo spermaceti dicitur, ad-
miscetas. Supradictis esse & p̄xima ne dies superior
viscum, eo opinor nomine insignitum, quacinis, seu
baccia glutinosus humor subest, qui digiti a tritū
lentescit, neq; ne ea voce designatur viscilago veni-
nata, ne cuiusq; glutinosus, qua Ixia dicitur, qua huius
guā inflammari omniaq; interanea conglutinari cō-
tingit, sed p̄stā fruticosa, qua nihil apud saccedores
Gallie, quos Druidas Cesar vocat. Licetius, nunquā
in rtera, sed per anni viros ē in ilice & quercu natis,
non ex femine, sed ex palumbi, turdiq; excremento.
Frutex is sepius mihi conspēctus est dubitali altitu-
dine, colore intus porraceo, ac viridanti, foris subfus-
co, folio laxi verticillate ad troceum. Quod omnis e-
ruditionis parens, & quod nemo in cognitione retū
vestigat, legantia acimine commonstrat Virg.

Ossa huma-
na comitali
morbosidosi
ma.

Viscū planta
quo efflu-
o contra epiles-
psiam.

Comment.
lib. 9.

Æscid. 6.

Talē erat spūctus anni sordenti opaca
Ilicē sic lenē crepitabant bractea vento
Quos sicut sicut brumam tempore viscum
Fraxo vitreū rano, quod non sui seminat arbor,
Et troceos sicut teretes est, undare truncos.

Liect arborē n. ca.
Anax. & sili. & tenui vimine ramus
Anaxicon. et generans acinos, atq; arborē salus.

Quo

Quo indicat poeta, nulla se magis edere mortiferos
insultus, morbosq. cerebri lethales expugnari, quã
aurei huius fructus vsu & medela. Humores liquide
tenaces; discentit, extenuat, exsiccat, morboq; comi-
tiali mitifica vi medetur, puluisculo huius vino me-
racissimo assumpto. Restat iam vt Alcis vires excutia-
mus, quod animal Capturatum esse generis, sed maio-
ri corporis mole, Caius Casar in Comm. testatur. In

*Alce. Ee-
landt.*

Biblis Tragelaphus, seu Hircocerus dicitur, a simi-
lis Rupicapreis, quibus Iudæis vesci fas erat. Huius
vngula præsentanea vi pollet aduersus morbum Co-
Deut. 14.

mitialem, quod multis experimentis comprobatum
habeo, licet ratio mihi visa sit obscurior. Sunt apud
Belgas, quod regio plus latis humida frigidaq; sit, at-
que auster continenter spirat ventorum insaluber-
rimus, complures huic morbo ebrosii adeo, vt in
compitis ac triuiis miseranda spectacula hominum
oculis exhibeantur, sic vt passim ad hoc remedium

*Auster epis
lepsiam ex-
citât.*

tanquam *ἀλεξιπυρον*, h. e. quod malum depellat,
confugiant. Mihi sane semel aq; iterum contigit, vt
muliercula quædam in aedium nostratum vestibulo,
tanq; fulmine icta, conideret; quod vbi essem con-
spicatus, accedo propius, atq; annuli gestamen, cui
Alcis particula inserta erat, digito qui in fimo prox-
imus est, infero, illa eue stigio erexit se in pedes, potus
q. refocillata iter inceptum alaeriter peragit. Altera
quædam cum domo abessem, pro foribus edite cla-
more insolito, de repente in terram concidit. soloq;

*Res gestæ
narratio.*

caput illisit: sibi vnus ex familiaribus Alcis partē pal-
mæ imposuit, manuq; in pugni cōplicata, q; annulo
includa non esset morbum confectum depulit. Hac
fieri crediderim specifica vi, abditaq; proprietate sub-
stantiæ, vel q; eximia exsiccandi, discutiendiq; pote-
state polleat. Porro si esset res solida, statui posset ef-
fluxum quandam emanare, qualem flores, olentes,
que herbæ effundant, Quod tamen fieri posse per-

*Quæ ratio-
nem ad nota
morbos mis-
sant.*

suasum habeo. licet emanantes spiritus tenues fiat atq. aridi minimeq. vaporosi, adeo vt sensui minus exsultant expositi, ab eoq. non nisi latenti vi percipiuntur Sic lapides, gemmæ, aurû, ferrû atq. aenea quæque occultâ quandam vim expirant, sed agitatione concaletacta, aut eorum nõnulla ignita, manifestius odorandi sensum excitant, seleg; corpori potentius insinuât. Quod ipsum percipimus: cû celeri rapidog; motu totæ feruescunt, vel cum equi ferrata vngula sic strata feriunt vt ignescant. Continuo n. fuliginosus ac retroridus odor in aera se aurasque diffundit.

Simile à vobis feruaculis sit etiam simulantibus. Vnicornis venenis obest.

Quod si esse huius causa nõ sit satis euident, nullaq. pbabilis ratio excogitari possit: saltem ea vi ista perfici statuamus, qua monocerotis cornu aqua vinoq. immersum venenata quæq. discutit, atq. araneas cõtactû conficit. De lapillisq. hitundinû ventri eximûr, tum qua vi epilepsia medetur. alio loco dicitur. Quis fiat, vt morbi longi sint ac diuturni, nec facile medicamentis cedant. Vnde febres recidua, undiq; induricia, atq; intermittis. Quæ sepe omnium interst, ne quæ facili morbo sentiant, aut vi illorum cito excutiat.

CAP. IV.

A similitudine exordium ex itinere dfficultate.

Principis abstandum.

MOrbi diuturni, quiq. in longum tempus producuntur, non facile componi possunt, difficili longoq. itinere ad spinofo. q. homo in ualidus, partiq. firmo corpore, deniq. suffarcinatus ac mole degreatus cogitur pedibus emetis. Ipse propter itineris difficultatē, atq; oneris molestiam cunctantius progreditur, premiturq; grauius, quam si vehiculo illû puehi cõtingat, vel ab obsequio se facundoq; comite aliqua oneris parte leuari. Cum autem ob multas variatq. causas morbos, ptendi, atq. in longum tempus protrahi cõtingat, inter ceteras illa mihi visa est præcipua. Quod inter initia, primosq. morborum insultus sincerum huiusq. Medicum accire negligat, qui præ scripta salubri dicta, ac medicamentis opportuna

tunc summaq; dexteritate adhibitis, natura imbecillitati possit ad mimulari, illamque artis praesidio fulcire. Sicut siquidem Medicus naturae administer, eius usq; salutem ardentem inuigilat, ac conseruationi totus incumbit. Quo fit, ut cum ignorent, quid ipsis vel prosit, vel officiat nullo discrimine, nulloq; defectu vitiosos prauiq; cibos etiam in ipsis morborum accessionibus insulsaque ingruente, ingerant, quibus oppilatio ac putredo augetur, morbusq; vires colligit atque omnis corporis vigor labascit. Quod si in autumnum morbi incidant:

Morborum siquidem e usq; redit albus in orbem.

Atque in si sua per vestigia voluitur annus.

Iam gemina coortus diurnitatis caussa partim ob copiam frigidi viscosiq; humoris, partim ob lentorem ac tenacitatem, autumnales enim hibernaeque anni partes refrigerant, densantq; humores, ac tarditatem iniiciunt, caussaq; diutius immorandi innectunt. Quo fit ut non facile morbi desinant, aut discutiantur, quod humores crassescant, ac coherere sint, cuiusq; minus spirabilis existat. Ut enim pix, cera, leuenum, resina, omniaq; fluxilis materia hibernis mensibus indurescit, minusq; cedit tractantis fingentisque articulis: sic frigido statu caeli humores aegre liquescunt, ac dissoluntur: argumento quod hyemali tempore minus sudoris exumpat. Quapropter quae vehementer abstergent, ac meatus expediunt, exhibere conuenit. Non secus enim humorum sordes ac strigmenta huiusmodi corporibus inherescunt, quam fex aut amurca dolis, quae aqua salsa, vel muria macerari postulant, ac leopis defricari, quo nitescant, omniaq; odor, quo sunt imbuta, aboleatur. Alioqui quidquid in illis reconditur, viciatur: atq; accescit. Quo mihi rectissime dixisse visus est Hippocrates: Impura corpora quanto magis nutrias, tanto magis laedes. Putrescit enim alimentum, ac coarctatur.

§. 4.

*Medicus
naturae ad
minister.*

*Simile à
fluxili.*

*Simile à
defricandis
dolis.*

Lib. 2. Aphor. 10.

vitrosi humorib. admixtum, eoq; fit vt diutius cum malo luctentur, aut si quando medici industria, aut naturæ virib. morbus mitescere coeperit, oborta leuissima occasione, recrudescit, ac redintegrat. Noua siquidem, recentiq; corruptio ac putredo corpori inducitur, quam comitatur fœdus odor & graueolentia, quam etiam ex halitu percipimus, quæ per corpore late diffusa spiritus vitiat, caloremq; natuum, quod perspiratio inhibeat, exstinguit Quo spectat illa Hippocratis sententia: Si quæ vestigia, vllaq; reliquæ in corpore resideant, morbos recidiuos excitari, febresq; reaccendi, neq; enim alimentum in corpus assumunt vires auget, sed prauis succi admixtione corrumpitur, morboq; dat incrementum, quod in quartana, nothiq; ac spuriis tertianis perspicimus, cum Medico nõ acquiescant, nec commoda viæ ratione vtuntur. Intermittuntur tamen hæ febres, præbentq; inducias, quia extra venas humor consistit, atque à corde est remotior. In continuis autem febribus inaduenienter affligi homines contingit ob acres mordacesq; fumos inflammati sanguinis, dilis que accensæ intra capacitates ductusq; venarum, qui cum non habeant liberam exitum ac perspiratum, è directo cor atq; hepar feriunt, suaq; putredine ex opilatione coorta, inclementius infestant, quam si foras extraq; venas effundi contingat. Siquidem cum magna sit humorum copia, ac putredo vehemens, magna q; huius ad putrefactionem proportio (sanguis enim ex calidi & humidi qualitate promptius putredinem concipit) fit vt continenter hæ febres stauiat, ac celerime ad statum properent. Vnde Hippocrates morbos ultra decimum quartum diem non produci asserit: nonnunquam vero, vbi materia furiosa est, ac turgescit, quinto die septimo nono, vel vndecimo terminari. Contrario modo se habent multæ febrium, quæ per circuitus statiq; vicibus in-

*Lib. 2. Ac
phorif. 12.*

*Vnde febri-
um inducia.*

*Sanguis pu-
tredini obno-
nim.*

vadunt

nadunt ex vi quadam & qualitate humorum ingenita,
 lociq; ac temporis ratione, qua fit vt intermisse ac-
 cessum faciant: vt anticipent, vt segnius feruntq; mo-
 ueantur, vt instabiles sint atq; inconstantes, vt paro-
 xylinus longius protrahatur. Anticipant autem ac-
 cessiones, atq; inualefcunt, vbi humorem augeri cō-
 tingit, atq; ardentius inflammari, aut vbi aliquis er-
 ror commissus est, aut in cibo potuq; aliqua subest
 intemperantia. Cunctantius vero tardiusq; inuadit
 atque insultus mitescit, cum materia minuitur, dis-
 cussaq; oppilatione ac putredine, sensim oppilatio
 sopitur ac confulescit. Cum autem humor alter alte-
 rius naturam adfiscit, aut locum demutat, vel alte-
 rius committione confunditur, nullo ordine, motu-
 que instabili circuitus procedunt, nec vllum certum
 obseruant accedendi modum. Longam accessionem
 facit humor vaporq; copiosus, ac late per corpus ef-
 fusus, crassus deniq; ac viscosus. Siquidem vt ligna
 humida ac virentia non nisi longo tempore inflam-
 mari consuntq; possunt, vtq; caro bubula praesertim
 vetus & annosa diu elixari postulat: ita humor visco-
 sus diutius macerari debet, ac concoctione mollesce-
 re, fieriq; fluxilis, quo excretioni reddatur idoneus,
 Ceterum cum paulo ante demonstratum sit, humo-
 res vbi extra venas putrescent, atq; in quavis corpo-
 ris parte inflammantur, intermittentes, quaeq; relpi-
 randi spacia concedunt, febres excitare: eosdem pie-
 runq; obseruamus continuos motus ciere, tamen si
 extra venas constituti sint, cum copia tum ferocita-
 tis ratione. Quod ipsum in partib. *Phlegmonū*
 h. e. in inflammatione obsessis, in carbunculo: in bubo-
 nibus, omniq; apostemate contagioso ac pestilenti
 perspicere licet, in quibus febris accenditur non in-
 termittens, sed continua, tamen si virus extra venas
 eruptionē fecerit, atq; à corde sit remotius, Vis enim
 pestifera ac venenata ad cor penetrat, parteq; prin-

*Anticipan-
tes febres.*

*Retardantes
febres.*

*Instabiles: Et
errabunda
febres.*

Longae febres

*Simile à vis-
cositate li-
gnū & an-
nosa carne.*

*Intermitten-
tes febres.*

*Carbunculo
extra corpus
febres exci-
tant conti-
nuas.*

cipes infestat ac spiritus cum naturales, tam vitales inficit. Quo fit vt huiusmodi morbi etiam inter acutos referantur, quod celeriter ad statum properant, subitaq; fiat vel ad mortem, vel ad sanitatem mutatio. Simile enim quiddam illis corporibus euenit, quod vrbi oblesse, quæ tam acriter ab hostibus oppugnatur, ac machinis tormentisq; bellicis nulla intermissione concutitur, vt nõ videatur duntius posse subsistere, hostiumq; violentas impressiones perferre, adeo vt singulis momentis opprimenda videatur, nisi bombardis ac catapultis viriliter se hosti opponat, vel eruptione facta illum oppulsa ac conficere pergat: nam de ditione salutem vitamq; pacifici, quod hi faciunt, q; vel hosti, vel morbo segniter obstitunt, ingenerosum est, ac plerumq; damno coniunctum, cum plerumq; victores pactis stare non soleant, si demq; fallere: sic in morbis acutis vsueneri solet, vt ægroti violentiam morbi non sustineant, vltraq; dies quatuordecim vel citra eos vitam prorogare nequeant, nisi natura validam foremque se præbeat, atq; artis Medicæ præsidio acriter morbo obstat, depulsorq; ac confecto hoste victoria potiatur, qua adeptæ, ægre quidem vires colligit, atq; ob vim illatam non confectim conualescit, sed instantare vires pergit, atq; vt conuulsata conuulsaque moenia ac propugnacula erigere.

Deus qui se dicit. L. c. somnoque oppressi ambulant, ac perreptant culmina, a diurnaque tabulata, multaque versicumbi dormitantes, quæ vigilantibus accessu aditæque sunt efficiunt, quæq; summa cura perficere præstareq; nequeant.

CAP. V.

Contingit nonnullos in florenti equidem, viuendaq; a tate nam seniculi utpote spiritu vitali vel extincto, vel flacido tale quiddam moliri nequeunt, vt qui etiam in genialis thori adfcesu sunt segnes ac tardiusculi) interpesta nocte, vel antelucano, exsilire

Simile ab vrbe oblesse desunt.

Vi hostium in a morborum insulsi, fundus. A morbo vi res instantantia.

ac lecto se subducere, quæq; accessu adituq; vigilan-
 tibus sunt dissimilima perferre: eaq; tam inoffense
 peragere, vt nemini nõ spectantium admirationem
 stuporemq; incutiant. Quod si illos non interpelles,
 nec ab incepto reuoces, sensim se denuo in lectum
 referunt. Cæterum cum ista obeunt, si illis nota a-
 gnitaq; voce aut eo nomine, quo Christianismo sunt
 insigniti, ac baptismo initiati, compellere pergas, ex
 confirmatione, incussoq; terrore, ac perturbatione
 decidunt, dissipatis scilicet spiritibus, discussaq; vi ac
 facultate naturali, qua illa perfeceerunt, itaq; permit-
 tendi sunt suo motu ferri, atque in priores sedes se
 sponte recipere. Qui vero incubo opprimuntur, nos
 æturnisq; suppressionib; fatigantur, quod fit vbi cor-
 di ac cerebro fuliginosi densiq; spiritus incumbunt,
 vellicari debent proprioq; nomine excitari: cor-
 festim enim, etsi non magnopere vocem intendas, sibi
 restituantur, atq; ad se redeunt, discussis scilicet fu-
 mis, ac subsidente sanguine, qui priuos, ductusq; ve-
 narum diffunditur. Magna autẽ ex parte hic affectus
 ineunte vere illos corripit, q; assidue ventriculi cru-
 ditare laborant, quiq; frequentius in dorsum, ac res-
 supinti decumbunt. Quo fit vt parulis oculis atq; in-
 cõuenientibus, aptoq; ore atq; hiantẽ, magno vale-
 tudinis incõmodo somnum capiant. Subito. n. velut
 graui ingruente mole eam angustia percipiunt, vt sup-
 pressa voce suspiria gemitusq; plorabundos edant,
 q; tamen, vbi quis inditũ illis nomẽ inclamat, ocyus
 se in lat^{us} deuoluunt, illa sc; striges ac lemures, quib;
 se opprimi imaginantur, excutunt. Cõtrario modo
 afficiuntur nostri ambulones illi siquidem clausis os-
 culis in tenebris dimicant, ac frepitu tumultuq; om-
 nia complent, nonnunquã silentes sursum deorsumq;
 rapiuntur, ac nullo sulti adminiculo summa
 tectorũ fatigia adscensu superat. Que ab iis fieri per-
 suasum habeo, ex sanguine turgido ac spumanti, tum

*Ambulone
 ac vociferari
 in sermo
 unde euo-
 niat.*

*Ambulones
 nocturni non
 appellandi,
 proprio no-
 mine.*

*Incubus.
 De maere.*

*Decubitus
 in dorso
 noxius.*

affuoso feruidoq; spiritu, quæ in mentis sedem delata animæ vim ac facultatem, qua functiones suas perficit, patetq; instrumentarias ad actiones impellit, agitant, atq; ad huiusmodi motus effectusq; concitant. Quo fit vt corpus spiritus animalis impulsu,

Feruidus

spiritus caus

sa motus in

sonno.

qui neruorum ac musculorum robur, hoc est, sententiæ in sublime feratur, eiusq; vi etiam per somnum ad tales actiones incitetur. Sunt autem istiusmodi conditionis homines raro laxoque corporis contextu, ac molis exigua, sed magna spiritus agilitate, animoq; feruido. Vnde euenit, vt si vel extremis manuum pedumq; articulis prehendant aliquid, se librent ac fulciant, contactusq; tabulatis adhaerescant. Simile enim

Simile à

marinis do-

luis.

quidam iis corporibus accidit, quod turbis acis illis doluis, quæ apud Belgas Oceanus illis iniicitur, quo naua fidam stationes, portumq; portum consequuntur, ac loca vadosa, scopulosq; latentes declinant. Illa siquidem licet ferreis laminis obducta sint, catenib; que reuincta, ac ponderoso ingentiq; saxo alligata; stuant tamen ac mari innatant, nec nisi dehiscant, in imum deuoluuntur: quoniam spiritu ac flatibus aereq; copioso adhibitis in eum usum solibus, operta sunt. Sic isti quoniã flatibus turgescent, ac spiritu aereo implentur, in sublime rapiuntur, ac suspensentq; gradu vt limaces, ac coehleæ, quæ cum oculis careant, ptenis cornibus prestant iter, ediffima

Simile à li-

macibus corr-

niculatis.

quæq; perreptant, nocturnasq; ambulationes perficiunt. Quod vero in offese nulloq; corporis incommodo ista peragant; nec labi contingat, aut in præceps agi, eo fit quod sensim ac nullo metu nullaque trepidatione, aut discriminis respectu ista aggrediantur, quæ plerunq; vigilēs à rebus anatis ac periculosiss vel auocare solēt, vel deterrete. Siquidē non alia ratione hæc attentare solent: quam ebriis ac mente capti; qui inconsulte, magna que temeritate atque audacia;

audacia: pericula quæq; aggredi non metunt, quibus si postredie, aut ubi mense constare experint, in memoriam reuocet, quid egerint, quantaque discrimina subierint, omnia protius excidisse sibi ingenue fatentur; totoque corpore horrescunt, cum ab aliis quibus se periculis obiecerint, qualve tragedias atque intemperies excitant, refertia audiunt. Quod si huiusmodi corporibus humores minus exarsuant, minorq; sit spirituum ardor atq; agitatio, vociferantur aut illôs ac subsilire cõtingit, sed lecto, spondeque rishare et neq; enim tam validi sunt, tamq; violenti spiritus, ut subtolere corpus possint. Cuiusmodi enim Hippocrate recte, cerebrum inaelescit, quod biliosis fit, non pituitosis, hi noctu clamant, ac tumultuantur, praesertim si tumultuose ac feruide sua negotia, actionesq; diurnas perficiunt, rerumq; suarum satagant. Vt sunt ardelliones quidam, h. e. horcines inquieti ac fastidiosi, qui omnibus se negotiis ingerunt, atque vltro citroq; discursant, mirisq; vtuntur gestibus, quos etiam ex oculis deprehendere licet, ex vultu, incessu, vestitu, totoque corporis habitu, quorum singula variis modis componunt, atque immutant, atque personâ subinde sibi adsciscunt, nempe vel iustitiam, vel patriam, aut denique aegyptum, h. e. circumforanei circulatoris, qui ad iugas olebe conuocant. Quo fit, ut in somno exiliant, ac plausum strepitumque excitent ob simulacra, quæ sensui occurrunt, quæq; voluntati, atque actionibus suis respondent. Sic iugum nostrum, cum interdum inuente aliquid agimus, ferioque tractamus, earum rerum species ac spectra noctu animo obuersantur, vocelq; clamoras ac turbulatas extorquent. Quod Lucretius hoc carmine expressit.

*In somno eandem plebem, q. viderisse cibus:
Causidices emissas aere, et temporis leges,
Induperato: et pugnare, ac praeiubire.*

*Lib. de
Comis. motib.*

*Ardellio
Tans a
sire.*

*Homines
interdum
ingueti,
nelli clam
musi sunt.*

*Nauta contractum cum ventu degere bellum,
Et quo quisq; fera studio d' fundus adheret,
Aut quibus in rebus multum sumus ante morati,
Aut in qua etione fuit contenta magis mens.*

Quæ enim toto die nos fatigare vigereq; solent, inclinatio iam die in cerebrum abiliunt, nocturnaſq; intemperies excitant, aut ſaltem mentem ijs occupatam detinent, vt ſomnus non ſit placidus, ſed obiectis imaginibus identidem interrumpatur.

Ex his qui ſubmerſi ſunt, virorum cadauera ſupina, feminarum vero prona ſunt, ac, ex mtoq; pulmone non emergunt.

CAP. VI.

Compertum eſt apud Belgas, quod Plinius etiam teſtatur, corpora virorum, vbi ſubmerſa ſunt ſupina, atq; erecta in cælum facie, mulieru vero pna, vultuq; in fundum inclinato, ſuutare. Quo natura ereditur pudori ſexus coſuluiſſe, ne ea in coſpectum venirent, oculiſq; hominum exhiberentur, q̄ decentius obteguntur. Mihi vero ea excogitata eſt ratio, quod mulier ventricofa ſit; protenſoq; vtero, ac conceptacula laxiora obtineat, magiſq; patentia, aluum, inteſtina, meatus vrinarios, vbera fungoſa ac pratumido, quæ quoniam vbertim atq; affluenter humore implentur, degrauari ventrẽ pondere atq; aquarũ diſtentione contingit, deorſumq; ferri. Quod ipſum in vtriculis ac vaſculis perſpicimus obſeratis, quorũ pars quæ aerem continet, ſublimis exiſtit: quæ humorem, ſubſidit, ac deorſum voluitur. Idipſum & in ovo animaduerrere licet, ſp̄ ſalſugini iniectum ſuis rat quidẽ, ſed pars cui pondus ineſt, premitur ac ſubſidit; pars aere opplẽta, illa ſcilicet quæ rupto putamine lacunam exhibet, vbi peruertuſa ſunt ac ſubſolida, eminet, ſuſumq; rilitur. Quod niſi capaciores meatus ac conceptacula ampliora huic ſexui natura indidiſſet, qua, cedo, ratione ac modo concubitus perfici

*Simile x̄
vtriculũ
ſuſcitibus
Ouum &
ambra ſal-
ſuginis mo-
diſſa ſuſ-
ſans.*

perfici possit? Quid conceptui ac gestationi qua tunc
 citis auctibus intumescit vterus, atq; incrementum
 capessit fetus, esset adiumento? Quid laborioso an-
 xioq; partui, quo membra distendi debent ac dila-
 tari, vt eniti possit clemētius administraretur? Quid
 deniq; conferret infāntis nutitioni; nisi vterus, eius-
 que fauces & vestibulum ad eum modū essent con-
 stricta, nisi nitida, tamq; decore protuberantes ma-
 milla; que tanta lactis vbertate scatens, ad eū usum
 essent accommoda? Cum itaq; mulier omnes sinus
 ac cauitates ampliores habeat multumque humoris
 imbibat, necesse est vt ea corporis pars subsidat, ac
 deuexa constituatur, qua plus aqua concipit. Vir
 autem adstricta habet ilia, meatus vtriusq; angus-
 tos: argumēto qd mulier magis calculo periclitetur,
 aquaticulum minus protensum, coxendicis ossa va-
 lida ac ponderosa, artus robustos, scapulas amplas,
 dorsi spinā cum vertebrarū connexu firmam, pulmo-
 nem fistulosum ac plargū, ex quo virus vox grauis &
 sonora, foemina ob pectoris angustiam exilis & gra-
 uis, omnia indubie efficiunt, vt cadauera viro
 rum in dorsum, mulierū in ventrē innatent. Siquide
 natura cōparatū est, vt graue quodq; deorsum, sur-
 sum autem leue seratur. In q̄ causam etiam referen-
 dum censeo, qd aqua suffocati non cōfestim emer-
 gunt. Siquidem cum corpus vndiq; humore oppleti
 contingat, atq; aquarum pondere degrauari, sursum
 eniti nequit, quandoquidem nihil aeris in se conti-
 net, omnisque spiritus per aqua gurgitem excussus
 est, atq; euanuit. Intra septimi vero diei, aut noni
 spatium corp⁹ diffinit, soluitur, ac tabescit, multūq;
 aeris pulmo concipit. Atque hinc est, quod nostrates
 plebeij dicitare soleant: nono die rupto felle emer-
 surum, non qd folliculus fellis distumpatur, sed quod
 ex eo, reliquisq; conceptaculis vuidis, atq; aqua ma-
 dore flaccidis, humores effluant. Quo fit, vt corpus

*Mulier vtro
 patentes
 habet ma-
 mus.*

*Cur vox vi-
 ri robusta,
 foeminae exilis
 sit.*

*Qui statim
 non emer-
 gant subsi-
 munt.*

*Quo die
 submersi e-
 mergant.*

attenuata carne fluidum efficiatur, ac pulmo spon-
gia instar fistulosus, concepto copioso aere, cadaver
subducit, auroq. resituit; hoc si quidem viscus aque
innatantes fulcit ac librat, & quo quisq. illud habet
amplissimū, multiq. foraminibus peruium atq. im-
plicitum, cōditius a helitum cohibere potest, fan-
doq. longiori spatio inherere. Sic enarrantem audiui
D. Vesaliū excellentis ingenij, summaq. erudicio-
nis virum Maurum quandam vinatorē Ferrariam
ex triremi adductum, qui vnus longius producebat
vocem, ac cōtinuo clamore, absq. respiratione, in-
stibat diuinus, quā quatuor robudissimi pugiles. Idē
rursus cohibito suppressoq. spiritu, ac naribus, oreq.
occluso absque vlla halitus animaq. redactione, cū
illis certabat. Quo natura ianere hoc erat consecu-
tas, vt semel atq. iterum caprus, elapsus sit, mergoq;
aut similis, intima maris per semihora spatij pen-
trans, captiuitatis iugū morte acerbius exersit. Hoc
itaq. commodi cuiq. praestant amplī capacēsq. pul-
mones, vt celeriter iter conficiat, vt natandi peritus,
ditius aquis incubat, vt inuenta delapsus, minus
cito demergatur, vtque aquis suffocatus post paucos
dies emergat. Quod si mortuo hi spirandi folles exi-
moantur, quod paretas quosdam fastidisse audio, fun-
do inheret, nec vnquam sursum nititur, quod spiri-
tus, aërisque adminiculo destituatur.

*Submersorum corpora vbi emergunt, atq. in conspectum pro-
ducuntur, tum coram qui intererunt, co-specti sunt, presen-
tibus amicis, aut eo qui interiturus auxilium exstitit, & nar-
bit, aliaue corporis parte sanguinem presumere.*

CAP. VII.

*Sanguinem
mortuū pro
Buerē.*

Cum multa sint in rerum natura quæ nobis admi-
rationē, stuporemq. incutiant: tū illud inter pre-
cipua referendum censeo: quod sanguis ex vulnere
intererenti profuatur presente illo quid inflixit, eiusq.
facinoris est conficius & quod demersorum cadouera
aquis

quis exemta ex aliqua corporis parte sanguinē profundant, si præsto sit amico: un. aliquis, plerumque tam rubrum ac floridum, quasi facultates, spiritusq; vitales, qui humores agitant, nondum essent sopiti. Nam id obseruatum est à magistratu, præfectoque totius Belgicę, qui corporibus, quocunq; fati genere exanimantur, adesse solent, eaque conspectare propius, priusquam sepulchro inferantur. Quæ autem ratione hæc fiant, non promittit est cuius expedire. Scio equidem mortuis ad tempus vim vegetantem inesse, qua crines, vnguesque succrescunt, humore in sito calori externo suppeditante alimentum. Sic stirpes fraticesque amputatæ, aliquot dierum spatio fronde scunt, ac stoculos proferunt, si irrigari, fouerique aliqua contingat. Subest enim, insitaque est vis quædam naturalis cauliculis, quam à radice sunt conlequunt, quæ ubi euauit, arefcunt folia floresq; decidunt. Sic fieri potest, ut sanguis qui in venis delituit, agitato motoque corpore erumpat. Videmus n. tales à bauiis ac vectorib. in terram subduci, ac modo pronos, modo supinos cõstitui, sursumq; ac deorsum deuolui. Quo fit ut venarum ora referentur ac dehiscant, tum sanguis qui nondum genuinam naturam, aut calorem exiit, è corpore profluat in his autem, qui ita pridem exanimati sunt, ac sensus reperti, non sanguis rubicundus, sed eruenta quædam sanies ex vulnere desossi distillat. Si vero casu vel ruina, vel denique oppressi sunt, parte qua meatus corporis patefcit, sanguinos lentus liquor emanat, nẽpe aut per os, nates, oculos, aures, infernasq; sedes. Sic plerũq; videmus ex fluido laxoq; casu erere, ubi duob. tribusve diebus seruatur in sepulchro, sanguine cõmixtum liquorem profuere, cum vespillonones crebro motu atq; agitatione fere trum ex humetis gestant. Boves quoq; ac tauri post lanienam laquearibus affixi, solum ac pauimentum sanguinis sillicidio cruentant. Quamobrem cõjicio

L

Succisa stirpes ad rampas germinantes,

Sanguis fo-
mini ix cen-
sternatione
subito etiam
pit.

ex simili causa iam memorata proficisci. Ceterum illud mihi vero magis consentaneum videtur, amicis, aut illi qui facinus admisit, conspecto cadavere, ex subita consternatione sanguinem ex naribus erumpere, quod facultates naturales, ac mentem vehementer concuti ac percelli contingat, humoresque non consistere, sed vitro citroq. commutare. Illos siquidem varie affici videmus, nec lingua mentisque constare, ac modo rubore suffundi, modo expallere, metuq. contremiscere, qua perturbatione efficitur, ut ex continenti intuitu sanguis vel inuitis scaturire incipiat. Quod ipsum pleriq. etiam visuenire, perspicimus, ubi inopinato oculis mentique acerba, quædam obiciuntur, aut funesta quædam imaginatione concipiunt. Quod si quis statuat propinquos, ac sanguine coniunctos sympathia quadam, h. e. mutuo naturæ consensu sanguinè elicere. facinorosum ac patratæ sceleris reus antipathia, ac dissensione, tacitaq.

Referretur
sanguis mor-
tui.

discordia id ipsum efficere: non futuras sum in eare contentiosus. Hoc tamen minus grauate sum admittitur, sanguinem ex plaga exprimi, tametsi obligata, obductaque sit, ac fascis deuincta, si ille qui facinus admisit, ex aduerso constituatur. Tanta nam ac tam valida latetis naturæ vis atq. imaginatio, modo aliquid vitæ superstit, aut corpus mortuum incalcescat, ut sanguis ebullire, accensaq. bile effervescente incipiat.

De infantum recens natorum galeis, seu tenui molliq. membrana qua factis tanquam larua, aut personato regimine obducta, ad primum lucis intussum se spectandam exhibet, Helm vulgo vocant.

C A P. VIII.

Anli opio
nio de infan-
tum galea.

Inoleuit absurda quædam persuasio eaq. non solum imperita rudiq. plebi, sed magnæ existimationis, primiq. nominis aliquot Medicis imponit, plerisque infantes non absq. boni alicuius maliq. ominis præfatio in lucem prodire, capite galea obducto: cum

ign.

ignorent hoc omnibus commune esse, foetumq; his
membranis in utero muniri. Tria siquidem sunt in-
uolucra seu membrana, quibus in materni uteri la-
tebris foetus obtegitur. Exterior, Graece *κοιλίον*,

*Tres mem-
brana infan-
tem munit.*

Latine Secunda dicitur: quae statim à partu prodeat:
substant huic dux aliae membranae, quarum prior à
figura sarcimoniae Allantoides appellatur, ex foemi-
neo semine generata; quae capiti, clunibus ac pedibus
obteneditur, partibusq; eminentibus incumbit, cuius
vfus est ut infantuli efformati urinam excipiat. Postre-
ma, tenuissima est membrana ac pellicula, quae sudorem
vaporemque emanentem à maturiscentis foetu ab-
sorbet, eumq; orbiculatim ambit ac complectitur, a-
mnios, h. e. à mollitie ac teneritate agnina dicta: quae
munimenta ac gestationis praesidia prouida natura
excogitauit, ac molita est, ne attritu aliquid incom-
modi patiatur infans, eumq; allidi cõtingat. Harum
postrema cum infante nonnunquam philiunt, par-
tibus ad quas tuendas sunt destinatae affixae, prefer-
tim cum panduntur portae ac mulieres pudenda, pars
resq; genitales laxae sunt, atq; in enitendo affatim de-
hiscent. *Quod si egre, magnoq; conatu ac molimine*
infans ex huiusmodi angustiis eluãtetur, ipsaq; mu-
lier stridit oris sit atq; anguste constituta, herent illae
membranae in mediis spatii, illasq; exuuias abstergi
contingit: non secus, quae pelliculam in fronte, aliaque
corporis parte extimam cutem artemimus, ubi per an-
gustam rimam, arcumque foramen fumus elapsuri.
Illud itaq; velamen, quo facies obducitur, galeam esse
aniculae statuant, qua de multa nugantur, ac pueri
peris spem, metumq; incutiunt. Si enim nigricanti sit
colore ea membrana, tanquam ex tripode pronun-
tiant delirae ignaraeque mentes vatam multa infami-
bus futura infesta, multaque sinistra iis impendere, ac
spectris strigibusq; fore obnoxios, deniq; insomniis
nocturna, inquietudine diuexandos, nisi haec cõmi-

*Quando in-
fans galeam
proferre vi-
detur.*

*Nigrum te-
gmen infan-
ti quid desi-
gnat.*

*Rubicundū
infanti vela
men quid
portendat.
Antoninus
diderate
in signis.*

*Causticorū
superstitio in
conferendis
infantiam
a leu.*

nuta potui exhibeatur, q̄ me repugnante, magno tenella ætatis incommodo quōsdam fãcilitate meminī. Quod si rubicundū sit gestamen aut pellicula quæ vertici inhaeret, capitiq̄ affixa est, egrægium illum fore vaticinantur, magna que dextentate ac successū omnia effecturum. Quæ superstitiosa, an illiq̄ opinio etiam veterib. infita erat. Refert enim A. l. h. Lampridius in vita Antonini Diadumeni, cui caput diademate, serotoq̄ tenui redimitum erat, solete pueros in ipsis vitæ auspiciis, pileo naturali insigniri, quod obiter raptim ac credulis aduocatis vendunt; siquidem caustidici se illo adiuuari persuasum habebant. Ceterum cum membrana iste, aliæ aliis coloribus conspici soleant, non alio id referendum censeo, quam ad circumfusos, qui vtero in natant, humores. Ex illis enim coloris varietatem sibi adsciscunt. Cum itaq̄, sordida quadam illi uice, ac vitiosa vlligine vulua imbuta est, quæ cum vtriusq̄ semine coalescit, fusco colore membrana exsistit, cutisq̄ infantis fuliginoso vndique colore suffusa est. Si vero sanguis, semenque syncerum sit ac defœcatum, nulliq̄ vitio obnoxium, rubescit regmen atq̄ infantulo suavis color subest, ac floridus: Nec totū huiusmodi membranæ coloris, sed etiam formæ figuraq̄, diuersitatem concipiunt, vel ex interno externoq̄ affectu, vel ab iis que oculis mentique obiciuntur. Si quidem cum vitorum pleriq̄ tam sint salaces auidiq̄ voluptatis, vt nullo delectu, nullaq̄ habita mensuri decursu ratione mulierē subigere satagant: sit nonnunq̄, vt eum triduo, pauloq̄ minus menses defluerint, atq̄ vnus aut alter dies purgationi restet, interpellari legitimū profluuii tempus contingat, & nonnullam mensuri excrementi portionē coniberi, intempestiuo quidem congressu, sed qui conceptum nonnunquam perficiat. Cum itaq̄ mulier, dum generationi insistit, reique venereæ incumbit, nondum constitisse menses sit

fit conscia, nec admissario subiciendum corpus, humentibus adhuc, vdisq; locis, tacite rubore suffunditur ac sanguinem oculis pro velamento obicit: qui affectus cum in foetum transeat, membranis illis varius color formaque inducitur. Quæ res hoc quodque efficit, vt infantes sint genis, buccisque rubentibus, ac colore roseo. Quod cum demum yiuuere solet, cum grauida vel pudore afficiuntur, vel subira scilolent, agitato à calore natiuo raptoque in sublimi sanguine. Nam quibus metus incutitur, aut inopinato expauescunt, illa pallidum colorem inducunt, vultumque tetricum ac subtristem affingunt foetui.

Cur apud Belgas in fabis versari dicantur, vacillantis parumq; firmi cerebri, v. l. g. in de boonen.

CAP. IX.

SI quando inferiores Germani aliquem parum firmi cerebri designant, aut alienar. emot. q. mentis, & qui in moribus, gestibus, dictis, factisq; atq; in omni vitæ actione desiranti apparet similis, in fabis illum versari discunt, adeo vt prouerbii specie obtimeat, Fabæ floreant, in fabis oberrat. Quod vacillantis cerebri hominibus accommodari solet, quique rationis mentisq; iudicio carent. Videmus enim plerosq; vernis mensibus, vbi culmi fabacei florere incipiunt, mente alienari, multaq; absurda ac ridicula pferre, quibus nonnunquam sic inrudescent delirium, vt vinculis coercendi sint. Si quidem in eunte vere humores restagnare incipiunt, densisq; fumis ac vaporibus cerebrum afficere: quos cum redolentes fabarum flosculi exacuunt, mentem corripit delirio, furisq; agitari cõtingit. Tametsi n. ex fabarum flouibus iucundus suauisq; odor emanat: cerebrum tamen afficit, vaporeq; graui etiam à longe imbuit, praesertim quibus id imbecille est atq; inualidum humore que bilioso ac melancholico oppletum. Quo fit.

Vnde forma elegantis anisurpitu- do.

Trouerbiu in fabis oberrat.

Cur fabarum flores cerebro sibi iunt.

nonnulli inquieti sint ac palabundi, deniq; clamosi
 impenseque loquaces: alii taciturni ac cogitabundi:

Perf. Sat. 3.

Obstipos capite, & sive nati lum ne terram

Murmura qui secum ac rabiosa silentia radunt,

Atq; experro Et trutinantur verba labello,

Et quemadmodum nonnulla fumos dissipant, quæq;
 cerebro infesta sunt discutiunt, atq; animam languidam,
 spiritusq; sopitos erigunt, vt acetum, aqua rosacea
 in qua caryophylli macerati sunt panis recens

*Qua capiti
 dulcem in
 ferant.*

*Lib. 5. de
 phor. 28.*

vino odorifero imbutus, quæ tenuem gratamq; auram
 expirant: ita quædam dolores excitant, capitiq;
 grauedinem inferunt, vt allium, cape, porrum, sambucus,
 absinthiū, ruta, abrotanū, multa; aromata, quæ
 fumidum grauemq; odorem exhalant, ac caput tentant,
 nareq; feriunt: Quod Hippocrates aphorismo hoc indicauit:
 Suffitus aromatum muliebria ducit, qui ad alia
 multa etiã utilis esset, nisi capiti grauedinem
 inferret. Omnia siquidem intense odorata capiti
 officiant, ac calorem, humoremq; ad supernas
 partes rapiunt, etiam qui ex frigidis stirpibus euaporant
 odores, in iis præsertim qui extenuati sunt, exhaustoq;
 corpore. Illi enim nec eduliorū, carnumq; elixarum
 odorē perferunt, atque in animi deliquio defectūq;
 nihil naribus admoueri patiuntur, quod acris
 vibrantiq; sit naturæ, vt quia crasso densoque aere
 suffocari videantur, nõ fecus, quam qui in coenaculo
 vndiq; fumo oppleto desident, quibus anhelitus
 incipitur ac cohibetur, nisi referatis ostiis, apertisq;
 fenestris serenum aerem admittant, quo domus
 spiraret, ac spiritus inoffense vitro citroque permeare
 possit. A tenellis huiusmodi corpusculis diuersam
 conditionem sortiuntur paludum accolæ, qui que
 sentinis exhauriendis, ac purgandis cloacis sunt destinati.
 Illi siquidem odoratissima quæq; respuunt, atq;
 iis offenduntur. Sic Strabo refert, apud Sabæos ab odoribus
 stupefactos, bituminis suffitu, hirciq; incensibus

*Exemplum
 à sumosis a-
 dibus.*

Lib. 26.

barba

barba, recreari. Cuius rei exemplum etiam edidit apud Antuerpianos rusticus quidam, qui cum in myropolion seu officinam aromaticam diuertisset, de liquio animi periclitari cepit confestim illi proximus admoto narib. fumo equino adhuc repenti ac fumido (nam illi asuetus erat) animam reuocauit.

Non quatuor gratis ac teter odor horum nocitius: Sunt enim inter hos qui contagia discutiant, morbisq; put. illi chylifare. Obiter unde manauit Proverbium, Cornua inibi, eog, lico aduri, vulgo Men bran Coornen.

C A P. X.

MVlti sunt terribissimi odoris, quæ tamen corpori nullam noxam inferunt, nec vllam putredinem inducunt, imo affectibus quibusdam obstitant, atque aerem auramque vitiosam ac turbidam discutunt, vt sunt castoreum, galbanum, sagapenum, aserpitii fax, quæ assa foetida dicitur anagyris herba, sulphur, puluis bombardicus, corii cornuque suffimen. Hæc siquid horrido sunt grauique odore, sed nihil contagii adferunt, imo pestilentes auras qualis signa paladesque ac camarinæ exhalant, mephites referunt, reprimuntque. Quin & virgunculis suffitu animique defectum excutiunt, quæ ex vereri stragulatione corripit solent, vbi nubiles maturaque viro ferius con nubio destinantur. Fædi itaque odores qui ex cadaveribus, locisque cœnosis ac stagnantibus emanant corruptos putridosque morbos pariunt, atque aerem inficiunt, humidi calidique ratione, non istorum effluxus atque euaporatio, quæ ad siccitatem deurgit. Hinc plebei nostrates corii cornuque prælegmina atque ossa subuuida in ignem coniiciunt, eoque nidore suas casas ac tuguria suffumigant, quo morborum contagia dispellant, ac se suaque ædiculas à pestilenti aura tutas præsent. Atque hinc manauit proverbium, Cornua inibi aduri. Quo designant loca peste morbisque contagiosis infecta euisanda. Non dissimile res

*Radicalium
de rusticis
quodam.*

*Fædi odor
res aliquas
do vitæ.*

*Gr. n. s. o. o.
dores alio
quando pesti
obfistere.
Cornua
aduri pro
uerbium.*

*Res gesta
a. ad Ner-
mior.*

*Ignis aeris
contagiosus
dissipat.*

*Natura
præcipuas
partes à
morbo tuas
inr.*

medium discutiendæ pestis adhibitum est superioribus annis, cum apud Nervios, quos Tornacenses modo vocant morbus popularis crudeliter laviret, totaq. vrbe grassaretur. Milites siquidem præfidiarum, qui in arce excubias agebant, machinas, tormentaq. bellica, pulvere bombardico, non globis oppleta, vrbi obuenterant, eaque sub diei noctisq. crepusculum in censo funali explodi curabant: quo effectus est, vt sonitu violento fumantiq. odore, aeris contagium discuteretur, ipsaq. ciuitas à peste facta sit immunis ac libera, Neq. enim minus præsentaneum est hoc remedium in dissipandis nebulis, infectiq. aeris contagio, quam quod Hippocratem factitasse legimus, extractis pyris, congestisque larmenis ac faecibus, per compita ignes excitare.

Digni sinistra manus, qui infimo proximus est, præstantia, qui pestremo omnium morbo articulari, aut chragra insensibilis, & si quando affici contingat, non multo post mori imminet: Obiter quare præ cæteris auro denuncari mereatur.

CAP. XI

HOC in confesso est apud Medicos, Quæcūq. corporis partes aliquo vitio morboq. tentantur, id effici vel affectu primario, vel per consensum, ac lege consortii, cum non in ipso membro morbus consistat, sed ab alio illi mali nonnihil infertur. Sic iuxta quosdium Aliquid mali, ppter vicinum malum. Natura tamen prouida semper partes principes munit ac tuetur, malumq. ad ignobiles deuoluit ac dirigit. Quod critice, natura que impulsu fit, cum humorū morborumque collectiones in remotissimas partes propelluntur. Quod si & morbus eiusq. symptoma, hoc est, affectus qui illi succedit, validus, violentusq. existat, ac natura sit imbecillior, quam vt illi possit obistere, summumq. impetum ac ferociam pro suo arbitrariu cohibere, in præcipuas partes humores decumbat quod in pulmonis inflammatione, pleuriti-

tidæ.

tide, angina, lethargo ac pleriq. acutis morbis per-
 spicimus. In articulari autem morbo ac coxendico,
 qui vere & aurnno viget, vis ac facultas natural's,
 humores in corpore coaceruatos à partibus robustis
 ad imbecilles propellit. Sic obseruauit in Gallia Bel-
 gica complures chiragra ac podagra obnoxios, quib.
 omnes articuli acerbissimo dolore, tumoreq. erant
 inflati, illò tantò finiftra manus digito illafo, qui in
 fimo proximus est. Is siquidem ob cordis vicinitatè,
 ac consensum, nihil sensu incommodi. Nec est q̄ ex
 hoc morbo quisquam mortem extrimescat (à ceteris
 enim sunt immunes, modo ne ficosi sint ac venerea
 lue contaminari) nisi circa finiftrum pectoris sinum,
 cui cordis turbinatus mucro subest, humorum col-
 luuius decumbat, digitoq. annularis nodosus efficia-
 tur, atq; intumescat. Hæc siquidè vbi fieri incipiunt,
 luxato vitali robore, vigor lahefcet, omnisque animi
 & corporis vis concidit. Hinc itaque mos inoleuit a-
 pud veteres, vt is digitus auro insigniretur, talique
 gestamine decorus esset, potius quam ceteri: quod
 tenuis quidam arterie ductus, non nerui, vt Gellius
 existimauit, à corde ad hunc digitum porrigatur, cui
 ipsius motum in parrurientib. ac delatiatis, omnibusq.
 cordis affectibus indicis actu manifeste percipis:
 Nec sane id cuiquam absurdum videri debet, cum
 animi defectu collapfos erigere solèat, vellicato hoc
 articulo, auriq. cū momento crotici, attritu: per hunc
 enim vis quædam refocillatrix, quæ illi insita est ad
 cordimaniat, vitæq. fontem, cui is digitus connexus
 implicitusq. est, recreat. Quapropter præ ceteris il-
 lum honorem promeruit, auroq. decorandum cens-
 suit antiquitas. Huiss quoq. dignitas quam à corde
 consequitur, hoc effecit, vt veteres Medici, à quibus
 etiam nomen obtinuit, medicamenta ac potiones
 illo cômiserent. Nihil enim venenati vel extremis
 eius radicibus adhærere potest, quin homini infe-

*Annularis.**Lib. 10.
cap. 10.**Medicinis
digitus.*

Hier. 22.

Hieremias
locus expli-
catum.

Cap. 18.

stum fit, virusq; cordi cōmunicetur. In indice quoq; veteres olim gestasse annulos, præter alios Hieremias testatur. Sic n. apud illum expostulat cum rege Dominus: etiam si leconias annulus fuerit in manu mea dextra inde euellam illum. Quo indicat, etiam si paulo ante apud me fuerit gratiolus, & amabilis, magna que affirmationis ac pretii, adeo vt subinde illo oblectaret, vt spectabili annulo insigni aliq; qua gemma decorato, iam gratiam fauoremq; exiit, ac coram me detestabilis est, ac despectus. quoniam ab integritate vita ad improbos mores delapsus sit: quo argumento cuiq; testatum esse vult, nihil prodesse cuiquam antea vitam puritatem vbi ab ea deflexerit, atq; ad deteriora sit deuolutus: e diuerso nulli officere veterem nequitiam, Ezechiele teste, vbi relicta vita sordida ac lutulenta ad frugem se contrulerit.

Quædam ignem non concipiunt, flammisq; immittæ sunt, Et quæ ratione id efficiant. CAP. XII.

Consecta vidimus. textaq; mætalia ex lini quodam genere incombustibili, quæ igni non cedunt, flammisq; indomita sunt: itaq; si quando sordes contraxisse videntur, mundariq; postulant; nō sinigmatæ aut saponè, viloq; lixiuio maculas eluunt, sed iniecta igni flammescunt, non secus quam olla argillaceæ multa pinguedine imbutæ, ac nitida candorilq; eximil eximuntur. Nascitur id genus in desertis India; locisque siticulosis ac sole torridis, in quibus stirpes quædam ex soli conditione, atq; aeris ambientis qualitate illam naturam adsciscunt, qua singi texiq; in lintea possint. Si enim in mari ac fluentis obstracoderma, hoc est, cute testacea, solidescere possint cancri paguri, locusta, gammari buccina, pedines: multaq. concharum genera, in quib. (vt Plinius ait) magna ludentis nature varietas, multaq; figuratum, colorumq; differentia: si denique coralli frutes in uno maris ligustici frondebant, mariq; exem-

Hieremias. c. 23.

tus in lapidem induratur: non cuiquam videnti debet
 absumile vero, frutices quosdam ex loci cœliquæ ar-
 dore eam naturam consequi, vt confusi, subactique
 fusilibus, ac stipario malleo mitigati ductiles fiant,
 atque in filamenta elaborentur, quæ ignis vim res-
 piciunt. Quis autem non miretur ex canabaceo fruc-
 tice ex vitrica liniq. ac genistæ flagellis funes, ac ru-
 dentes contexi, telaq; ac lintea confici? Cum enim
 lento sint tenacique vlimine, in sua telaq; attenuā-
 tur, vt etiam argenti auriq; bractæ ac segmenta. Sic
 ex huiusmodi virgultis, non equidem ex Salamand-
 ræ pilis (vr pleriq. nugantur) manilla, nã apra que
 conficiuntur, vt ex bombyce, ac lanigeris arboribus
 fetica, sicut illis operosior cura adhibetur: rigescit en-
 nim materia, minusq; est tractabilis. Appellatur autem
 id genus lini *Asbestinum*, à similitudine & nas-
 tura calcis, quod igni mandatur, nec absumitur, aut
 detrimentum patitur. Cui affinis est *Asbestus*,
 lapis alumini scissili, quod vulgo plumosum voca-
 tur, similis. ex quo, Dioscoride teste, lintea conte-
 xunt Indiani, quæ in ignem coniecta inflammantur
 quidem, sed exenta silendescunt, nihilque illis de-
 perit, nec deteriora efficiuntur. Sic ligna & tabulata
 alumine illita non ardescunt, vt nec postes, fores,
 lacunaria colore viridi imbuta, modo durior crusta
 nis obducatur, atque alumine, plumbique albi cine-
 res copiose pigmentis commisceantur: nequit enim
 vis ignita penetrare, quod lignum coactum delum-
 que fiat, atque ad ignem pluuiamque obdureseat.
 Cuius rei specimen edidit Archilaus Mithridatis
 præfectus in lignea turri, quam cum Sylla incendere
 tentaret, nihil profecit, coactumque est re infecta des-
 cedere, atque ab incepto desistere; cum alumine,
 quod vehementer adstringit, omnia essent oblita.
 Sic C. Cæsaris irritus erat conatus, cum circa Padum
 Castello ignem adiuuaret ex Larigua materia con-

Coral.
ex mari
Lignifera
subducitur.
Ex herbis
funes confici.

Amiantus
Lib. 5. r. 59.
Volatur.
lib. 22.

Alumene
igni oisistit.
Viride co-
lore oblita
serius i-
gnescent.

Vitrinione
lib. 2. cap. 8.
Lib. 1. c. 5.

Larix.

structo. Larix siquidem arbor Piceæ aësimilis necesse
 gnem aut flammam concipit, ac non solum a carne
 & teredine immunis est, sed ne in carbonem quidem
 resolutur, aut in cineres fatiscit, ob soliditatem ac
 duritiem plusquam corneam, quam ignis vis subire
 domareq; nequit. Tanti deniq; est ponderis, ut non
 fluitet, sed confestim subfidat ac demergatur, morte
 buxi, atq; ebeni, q̄ voce gentilitia Guaiacū dicitur,
 lignum expugnandis hscis, morboque Gallico ac
 cōmodissimum. Mirari autem non immerito quisq;
 posset, cur non ardeat atq; inflammescat, cum resina
 fundat mellei coloris. Quorū quorū enim resinam pi-
 cemq; exsudant, citissime igni corripuntur. Verum
 id illi p̄stat solida cōpactaq; durities, quæ nulla igni
 foraminum spacia exhibet, per quæ aduti accendiq;
 possit; quanquam Matthioli afferat Laricem, quæ
 circa Padum copiose prodit, confestim flammam
 concipere.

*Calor natiuum hominib; fouetur, augeturque animalculorum,
 præcipue autem in sanctorum calore, si parti corporis inuadida
 applicentur. Non enim hoc fimentum concessionem solum
 aduenat, sed dolores quæ articulares sedat. Inter ceteros
 autem, qui id præstare esse acium,*

CAP. XIII.

DVO sunt quæ corpus nostrum fulciunt vitamque
 conseruant, ac reuertur; calor natiuus, & humor
 innati caloris substantia, quorum alter alterius admi-
 niculo opus habet, mutualq; operas exposcunt. Huius
 midum pabulum est fomentumq; caloris; calor illius
 beneficio ac munere subsistit: quæ duo spiritu vni-
 que persula ac connexa in omne corpus dimanant
 ac diffunduntur. His sedulo p̄cipiendum est curan-
 dumq; vt quam diutissime conseruentur. Horum e-
 nim præsidio corpus destitutum, collabitur, omni-
 que vis ac facultas naturalis vergit ad interitū. Cæ-
 terum cum multa sint circa hæc obseruanda, ea que
 passim

*Calore, hu-
 more, spiri-
 tu, corpus
 subsistit.*

passim obuia existant apud Medicos: omnis superuacuis, ea tatum referam, que f. ris admodum homini ad haec sunt adiumento. Interca, quae calore augent, excitantq. ac dolores placant, catellos refero, non equidem oēs sed hoc praecipue, quib. color cutis concolor, nec tegmen multis diuersiq. maculis variegatum, qui non solū natium insitūq. calorem fouent, sed dolorificos affectus sedant. Sic in chitagra ac podagra, omniq. arthritide nihil praesentius ad consopiendos mitigandosq. cruciatus quamlibet acerbos, q̄ huiusmodi catelli membris affectis adhibiti. Suauiter n. calentiq. effluxu natuum hominis calorem languidum atq. euanescentem exfuscitāt, ac fote continuo, humorē qui dolores infert, vel attractione ad se rapiunt, eliciuntq. vel diaphoresi, h. e. digerenti vi ac discoloria incidunt ac dissipant. Videmus n. illos ubi amoueri contingit, atq. aliqd. iis laxamenti indulgere, fractis eneruatisq. esse articulis, atq. agre pedibus insistere, maxima doloris parte in se translata. Quod autē color cutis p̄ omnia aequalis & concolor id potissimum efficiat, nec varius parē effectū obtineat, facit temperamenti aequalitas, atque vniformis calor. Discolor siqdem diuersusq. color indicat caloris humorisq. intemperiem ac cōmixtionē, Vt n. insitio naturae arborum correspondere debet: ita homini in fouendis mēbris aequalē p̄ omnia, ac temperatū calorem coaptare conuenit. Quā obrem si robur ac firmitatem ventriculo, vlliq. parti conciliare velis, necesse est naturale temperamentum tueri, nec calorem plus satis intendere, illiq. extraneū aut alienū inducere. Interca autem (vt Galen ait) quae foris applicantur, boni habitus puellus est vna sic accubās, vt semper abdomen contingat. Sunt qui catellos, inquit, pingues in hunc usum habeant, neq. id in aduersa modo valetudine, verum etiam in prospera. Tales itaq. iis qui ob siccitatem quoque imbecillum ventriculum habent,

*Catelli vni
formis color
Th.*

*Catelli membris
admoti
dolores miti-
gant.*

*Van cen-
der hare.*

*Simile ab-
insitione.*

Ther. lib. 7.

3. Reg. 1.

David amplexus inuen-
cula incau-
luit.

sunt idonei, seruandumq; ante omnia est, ne puellus humeda sit cute Qui enim non solum sudore perfunditur, refrigerant potius quam calefaciunt: hanc quorūque commoditatem sibi adhiberi passus est David, effortus acriscigens, quem adolescentula mutuo complexu fouebat, non quidem concubitus, ut scriptura testatur, desiderio, sed quo membra illius destituta calore incallescere.

Cur morbus Gallicus nunquam olim, mitior, minusq; lauiat,
& in quos morbos degenerat.

C. A. P. XIV.

Pöcken.
Mel. erf-
hey.
Onganf-
hey.
Schoits
buyck.

Morbi ade-
suetudine
mitescunt.

Simile à lu-
pessis porcu
& cerdonib.

Res sunt morbi inter se affines & cognati, non tamen lethales, quam foedi & contagiosi, quorū alter in alterum tranſit, ac mutatur, lues Venerea, seu morbus Gallicus, elephantiasis seu vulgaris lepra, quæ in scrophis grandio dicitur, tum is qui stomacacæ & scrotolybe dicitur. Quorum genus isteria nigra: Hi suspensorib. annis in tolerandis modis homines excarnificabant: nunc plus misere coeperunt, minusq; infesti sunt, si id partim, quod medicorū opera, domita sit vis mali, humorumq; seueritas mitigata, partim quod natura ad suetudine ad dolores occalluit. Sic oblectuani nonnullos in florente feruidaq; aetate acerrime cruciari: os dē, senescente atq; inclinata, mitius affligi. Vel n. deferuescit ardor & ebullitio, minorque sibi humorū concursus, vel natura spatio tēporis ad sueta malo, vel domestico ac familiari, nō amplius cum illo luctatur, aut enim alitur vitiosis illis humoribus, aut non offenditur. Quemadmodum enim sues, vbi ceno inuoluuntur, aut cerdones, qui que cloacas, ac foricas proluunt, graue olentiam non sentiunt: sic morbiliosi saginantur sordibus. Et quoniam ad vitia morbosque corporis, ne dicam animi, occalluerunt, detrimenta nature amplius non percipiunt. Ademit enim illis sensum mali inueteratus, imiq; medullis infixus morbus. Inter iniria vero, ubi inducitur corpori alie,

Si aliena qualitas, quæ altera scit ac corrumpitur, quæ
 cunque membra fluxiones acres & mordaces sulci-
 piunt, dolore concitantur. At ubi morbus inoleuit, ac
 cum natura coaluit, non magno opere doloribus in-
 stantur, quod inter se consentiant, atque humores cor-
 poris commercio, ac quæ vitur consuetudine, flac-
 cescant atque aliorum humorum mixtione, ut vinum
 meracum affluenti aqua diluantur. Sempertamen
 vestigia inhaerescunt, veterisque morbi reliquæ relin-
 quuntur, quæ si in pulmonem decumbunt, raucos
 illos esse, atque anhelosos perspicis: si in articulos, po-
 dagræ ac chiragræ; & quæ subinde recurrit, ischiati-
 co delori obnoxios. Sic omnes siccosi articulari mor-
 bo laborant, at non omnes podagrici aut coxendico

*Ficcosi omnes
 podagrici, non
 e contra.*

*Simile à vis-
 itatis arbori-
 bus.*

eruciati affecti, morbi Gallici labe imbuti sunt. Quæ
 in extimam cutem diffunditur humorum colluvis,
 scabra cute efficiuntur, ac corricola lichenibus, im-
 petigine, mentagra ac porrigine, in facie deformati
 non sine capillorum desuio. Simile enim quiddam
 illis euenit, quod arboribus ac virgulis, quibus lo-
 rium aut fallago, aliaque inquinata eluies affusa est.
 Vitata enim radice folia decidunt, ac rami marce-
 scunt: non tamen arbor à stirpe interit atque emori-
 tur, sed elanguescit, atque agre refocillatur.

Quæ ratione moribundi etiam constante aibus mente raucum

murmur edant, ac sonitum: et precantem, quem Belgæ po-

pulari voce den rotel vocant.

C A P. XV.

IN Belgica regione, totoque septentrionalis plagæ
 tractu, morituri certa argumenta proferunt emi-
 grandi, edito sonitu murmuloso, nec est, qui absque
 huiusmodi indicio vitam non finiat. Siquidem im-
 minente morte sonum edunt, tanquam aqua la-
 bentis per salebras. loca que anfractuosa atque in-
 curua, murmur, aut qualem siphunculæ ac fistulæ in
 aquæ ductibus fontium excitant. Cum enim vox

*Moribundi
 quæ ratione
 murmura
 sum sonum
 edant.*

calem arteriam ocludi contingat, spiritus qui confertim erumpere gessit, nactus angustum meatum, collapsamq; fistulam, gargarismo quodam prodit, ac ructum per lauia murmur efficit, scaberritq; aereus deserit atrus. Conglomeratus itaq; spiritus, spumâq; turgida commixtus, sonitum excitat, reciprocani maris ætusi assimilem. Quod ipsum in nonnullis etiam fit ob panniculos ac membranas in rugas contractas, sic ut spiritus obliq; ac sinuoso volumine decurrit. Hi autem qui valido sunt vasloq; corpore, & qui violenta morte pereunt, grauius resonant, diutiusque cum morte luctantur, ob humoris copiam ac densos, crassosque spiritus. His vero qui extenuato sunt corpore, ac lenta morte cõtabelcunt, minus impetuose leniq; sonitu fertur spiritus, ac sensim placideq; extinguuntur, ac quodammodo obdormiscunt.

Qui placide, qui tumultuose existinguuntur.

Mortem hominũ, rerumq; existentium interitum esse contra naturam, parumq; apposite natural in diei. Sic tamen obfirmandus animus, ut mors non sit formidanda, licet non sine ratione omnes illam exhorrescant.

C A P. XVI.

Quãq; ita natura compertum sit, atque hominib; præuaticio hoc sit consecuta ac promerita, ut ad interitum spectet, mortique sit destinata: hoc tamen ratione cuius possit video, mortem non esse secundum naturam illiq; prorsus aduersam. Principio generi animatum omni, hoc est à natura tributum, ut se, vitam, corpusq; tueatur declinetque ea qua illi nocitura videantur, atque omni cura incolumitatis suæ prospiciat, suæq; conseruationi insistat. Quis est enim, qui non obseruat, quanta cura, quantoque studio homines ductu rationis, brutiq; pecudes in insensu naturæ, se ab interitu vindicare tueriq; studeant atq; enitantur? Omnes siquidem illum exhorrescunt, nemo nõ ab illo se subducere tætat. Quandoquidem inuadente morte, natura extinguitur, esseq; definit.

Sic

Cic lib. 3. Offic.

Nemo non mortis metu contremi, est.

Sic Christus, qui com monstrare voluit in sitam naturæ hominis imbecillitatem, vt à quo pter morbos & peccatum, humani nihil alienum erat, mortē exhorruit, illamq; deprecatus est. In Petro quoque natura affectus, carnisque infirmitas exprimitur, cum Christus ter stipulatus ab eo erga se amorē erga uero gregem summam pascendi curam ac studium, com monstrat, quid illi impendat, & quē expectet vitæ exitum: Cum essēs, inq; iunior, ambulabas quo cun que libitum erat, & cingebas ipse te: verum vbi se nueris, alius cinget te, & ducturus est quo nolis. Quo indicat naturæ humanæ affectum atq; imbecillitatem, quæ mortis metu ac terrore concutitur, illamq; ad modum grauate adire velit: tamen mens alacris est & prompta. Cum itaq; mors naturæ sit abolitio ac priuatio, qui statui possit, id esse naturæ consentaneū ac familiare, quod vim, quod interitum, totiusq; naturæ adfert extinctionem? Scio equidem hoc, p me ruisse hominis prauitatem ac delictum, per quæ degenerauit à sui dignitate & pstantia, suoq; opifici fuit in obsequiosus, dictoq; minus audiēs, vt doloribus, vt cruciatibus, vt morbis, fame, siti, consistaretur, ac mentis inquietudine, postremō morte pccnas lueret. Verum has clades ac calamitates non naturæ vitium, sed peccati labes illi inuexit. A lapsu siquidem primi hominis omnia immutata sunt, veilaq; in cōtrarium: sic sidera, morbi elementa, demones, belluæ, homini minantur, illiq; infesta sunt. Quin & vniuersa creatura, hominis caussa, vt Paulus ait, vanitati ac corruptioni subiecta est, omnisq; rerum ordo ac series, mentesq; Angelicæ sine laborum statui exoptant. Ceterum in tanta calamitate ac miseria cōstitutis, solatio est, mentesque nostras erigit, alterius vitæ certissima spes, summaque in Christum fiducia, qui collapsam hominis naturam restaurat, pristinaque integritati restituit, ac trepidationem me-

M

Ioan. 21.

Ioan. 22.

Peccatum
morbo &
mortem inu
exit.

Rom. 8.

*Christi fiducia
moris
metum ho
minum admittit.*
1. Cor. 5.

*Simile ab
adum cons
textu.*
al. ut. 4.

Coloss. 2.

tumq. mortis animis nostris eximit. Stabiler enim nos fulcit mortis eius ac resurrectionis recordatio, q̄ hoc effecit, vt hominem non aboleri, sed mutati in melius credamus, mortemq. non esse interitum, sed alterius vitæ vestibulum ac ianuam. Scimus enim, vt Paulus ait, tamen si terrenum nostrum domiciliū huius tabernaculi destruendū sit, vt dissolui solet como p̄tes atq. adium contignatio, q̄diciū habemus à Deo domiciliū nō manufactū, sed æternū in cœlis, q̄ in hoc ipsum parauit, vt immortalitatis gloria per resurrectionem fruamur. Deus autē spiritū suū pignoris loco, atq. arrhabonis vice nobis impertitus est, ac sp̄s summaq. fiduciam rerū futurarum profecti suo assatu confirmat: quo vno certi reddimus, q̄ qui suscitauit atq. à morte erexit Dominū Iesum, nos quoq. suscitabit virtute ipsius, atq. efficiet comuni resurrectionis gloria confortes.

*Librietas ac temulentia incommoda. Et quæ illi obstantia
medicantur.*

C A P. XVII.

INoluit consuetudo apud Germanos atq. Aquiloni expositos Belgas, vt neminem propemodum sibi deuinctum cupiant, fidemq. amicū ac familiarem exoptent, q̄ qui strenuum se potatorem præbeat, atq. impigre (vt Plautus ait) cloacā vino proluat. Quamobrem operæ pretium me facturum sum arbitratus, si nonnulla quæ ebrietati obstitunt, referā: quo quis que tibi prospicere possit in eo certamine, vt aut vino non succumbat, aut quam minimū offendatur. Principio nemo se inter inania plus satis facilem præbeat, promptumq. in exhauriendis exsiccandisq. poculis, sed tergiuersetur, ac ciuiler recuset, morbumque prætextat: ac valetudinem caussetur, non nunq̄ excoctā dicitur astus ac stragemata, quo illos deludas, qui te sibi scopum præfixerunt quem feriant, tibiq. plus satis infesti sunt. Captanda interim occasio, qua

aut

aut te vt mīsurientem tacite subducas, aut pateram
 abduci cūres in eaq; re te callidum esse decet ac cau-
 tulum, magnaue dexteritate id perficere. Nam si
 deprehēdi technam contingat, multo cumulatius,
 ac cum foenore in te hoc munus refundetur. Ceterū
 quisq; pro insita naturā calliditate arg. astutia, va-
 rias comminisci potest rationes ac modos, quib. po-
 terit eluctari, ac combibones fallere. Interim confi-
 tuat sibi quisq; ante oculos huius illaudatæ consue-
 tudinis, errorisq; inueterati præmia, perspicier luce
 clarius, quid noxæ, quidve detrimenti, cum corpori,
 tum animæ mentiq; inferat vini intemperētia. Pri-
 mum enim Memoriam re omnium pretiosissimam
 non solum labilem, fluxamq; facit: sed prorsus ob-
 ruuit ac labefactat, oculos caliginosos efficit, ac ex-
 cūtiētes: genas pendulas, artus tremulos ac tituban-
 tes. Multaq; alia incommoda immodicū vini potum
 comitantur, quorum vnumquodque frigidum est
 vitium, Nec enim vinum (vt Galenus testatur) sem-
 per hominem excalefacit: sed vbi plus bibitur, quā
 vinci possit, frigidus morbos parit. Exstinguitur
 enim calor natiuus, ac suffocatur non secus, quam
 si exiguæ imbecillæ que flammæ confertim multum
 olei infundatur. Hæc præfari visum est, ne quis ex-
 stimaret ansam inuitrare me, aut fenestram cui-
 quam aperire ad nequitiam. Cum hoc potissimum
 sit in votis, vt homines aut moderate bibere consue-
 scant, aut si occasio incidit vt largius sit bibendum
 (nam vt habet prouerbium, sacra hæc aliter nō con-
 stant) ne desint adminicula, quib. ebrietatem pro-
 pulsare possint, inter quæ amara refero, & quotquot
 humores aquosos per vrinam expurgant. Hæc enim
 ratione effici solet, vt alio quā ad caput sumi defera-
 tur, ac vinum venas subire prohibeatur, exsiccante
 etiam amatore humiditatem. Sic amygdala amara
 id efficaciter præstant, quina fenave ante coenam

*Intemperētia
 vini mor-
 bus effi-
 cit.*

*De tem.
 lib. 3.*

*Proverbium
 conuiale.
 Amara e-
 brietati ob-
 stant.*

assumta. Persicorum quoque nuclei parem cum iis effectum obtinent, & foliorum Persici arboris expressus succus ieiuno assumtus, cyathi mensura, quæ facultate pollent & Absinthii Pontici dilutū, ac namuscata. Hæc n. omnia meatus recludunt, ac pituitos laxosq. efficiunt, quemadmodum & olei ex oliuis expressi, aut sesami semine sextans, hoc est. vicia dux antelucano hauritæ, lubricum siquidē reddit aluum, meatusq. vrinarios dilatat, sic vt liquor corpori non in hæreat, sed cōtinereredefluat, modo ne quis esculentis ventriculū plus satis oneret. Qui enim potationi insistere cogitur, parcius illum cibo vri cōuenit: quod si panis buccellā copioso melle imbutam deuoret, non in consulte fecerit. Mel siquidem vim diluit, fumosq. aëres ac mordaces retundit, atq. hebetat. His omnibus præfertur Brassica, Catoni ad fastidium vsq. nobilitata, quā vulgus Caulis nomine designat, q̄ nulla stirpium cole sit amplior. Huius cum plures sint differentie illa ad discutendam crapulam accommodatior, quæ plus cæteris rubescit, si ex cauliculis dentib. expressus succus deglutatur aut eadem coacta inter primæ mensæ edulia mandecetur, qua tamen maritima, quæ alpinis Zelandicis copiose innascitur, multo efficacior, tum portulaca marina, qua in iis acetariis ac cōdimentis vitimur ad appetentiā acuendam. Potus enim, cibiq. auiditatem incitat-irritatq. etque insita facultate ac viribus conficit. Quo fit vt nulli vinosi halitus vaporesque caput tentare possint, vt qui per aluum ductusque vrinarios expurgentur. Sunt huius generis pleraque alia, quæ temulentia aduersantur, ac ne quis ebrietati succumbat, munitur: sed omnia referre longum esset. Cæterum si quem vino obrutum esse contingat, qui ijs præsidijs non est instructus, (nam vinū; vt Abacuc ait, sapientem decipit) illi succurrendum vomitu. Quod sapiens etiam consuluit: Si fueris ad
inglu-

*Cibus immo
dicus potori
bus uoxius.*

*Brassica
ebrietati ob
sistit.*

Solidella.

*Cap. 2. Ec-
cle. 31.*

ingluuiem coactus, subduc te, ac vomito: Postmodū
 reites, partesque genitales aqua gelida macerari de-
 bent, madidoq. mantili, aut sudario inuolui; fœmi-
 nis vero vbera, mammaq; in eundem modum fo-
 uenda. Confestim n. aueris vāporibus, omnis vino-
 lentia discutitur. Interim exhibenda acida ac saba-
 cerba, pomaq; succulenta ac vinosā. Cuius generis
 sunt Arancia malaq; Citria, cerāsa, persica, oxyacan-
 tha bacca, omphacium, corna, quaq; infrigidantis
 reprimentisq; sunt natura, ac nonnullam incidendi
 abstergendique vim obtinent. Tameñ enim ces-
 ser, sopitaq; sit ebrietas vel vomitione, vel somno; ca-
 put tamen etiam postridie indolescit, ac fumis per-
 tunditur. Quem affectum Fes^{us} Pompeius Helucum
 vocat. Quā vox languidum sonat semisonum, atque
 hesternō vino olestantem. Tertulianus hanc vocem
 p. affectione vsurpat qua procliuēs in somnum red-
 dimur ex pridiana crapula, cum inquit: Hedera vis
 ac natura est caput ab heluco defensate, vi discusso-
 ria atq; exsiccante, qua etiam à crapula rutos prestare
 creditur, foris capiti admota, vel praesumptis acinis a
 liquor qui coloris crocei sunt.

Intemperantia potus, quam cibi nocentior,

CAP. XVIII.

Sunt qui statuunt, potu minus offendi homines
 quam cibo, si horum alter immoderatus, supraq; *Lib. i.*
 naturæ vires ingestus sit. Quod ea Hippocratis sen- *Arbor 12.*
 tentia stabilire nituntur: Facilius est impleri potu, *Humida*
 quam cibo: Qui toto cælo errare mihi videntur Hoc *Et liquida*
 siquidem ille indicat, humidū colligendis restaurā- *citius alunt.*
 disq; viribus potissimum remedium. Extenuatos e-
 nim citissime reficiunt liquida, quæ licet non simili-
 ter nutriant solidis alimentis: distributionis tamen
 celeritate illis longius præstant. Quamobrem verif-
 sima est, nec Hippocrati contracta Cornel. Celsi sen-
 tentia: Vbi ad cibum ventum est, nunq̄ utilis est ni-

*Vomitum
 commoda.*

*Dolor capiti
 ex hesterno
 vino*

*Helucus ca-
 pitis grauedo
 ex crapula.*

*Hedera vis
 in discutien-
 da ebrietate.*

*Lib. i.
 Arbor 12.
 Humida
 Et liquida
 citius alunt.*

Lib. 1.

*Celsilicus
explicatus,*

*Venena li-
quida no-
sensissima.*

*Pinguia ven-
enis ob-
stant.*

ma fatietas, sepe inutilis nimia abstinentia. Quod si qua intemperantia subest durior est in portione, quã elca. Quo indicat immodica vini portione plus detinēti, dā immo inferri corporibus, quã cibi ingluvie. Potus siquidem omnes meatus confestim penetrat, atq. in coctas venas subit, nervosq. ac cerebrum tentat: Cibis vero in ventriculo hæret dum concoctus est; qui si oneri est, in minimo negotio vomitu excutitur: quod non a que naturæ proclive ac facile est in potu, argumento quod canes, feles, glires, forices, si veneno medicatas offas aut buccellas deuorasse contingat irritata ad excreriōē naturæ facultate, nulla molestia euomunt, quod in liquidis facta diffusillimū: quo fit vt venena in potu exhibita magis quam in esculentis sint noxia: rapitur enim scitissime in omnes corporis partes virus, ac vitalia corrumpit, destruitq. maxime si ex vino propinetur. Interim cibus immodicus suffocationis periculum adfert, eoque ventriculus adeo intumescit ac distenditur, vt distrupti videatur, præsertim iis, qui difficile ad vomitū incitantur, quocirca moderatio vtrobiq. laudem meretur. Ceterū portione venenata nihil nocentius, modo ne qd pinguedinis sublit: Sic n. virus segenius in venas diuanat aut diffunditur, nec confestim vitalia corripit, citiusq. vomitu excutitur. Ita si quando venenatis portionibus obstitendum, butyrum, oleum ac pingua quæq. exhibenda: minus enim adherescit venenum aut affingitur corpori, nec venarum conceptacula subit vel penetrat, denique incitata vomitione euestigio excutitur, qua ratione etiã ebrietatē obstant: alioqui vbi diutius in hæserit, partes internas exulcerat ac corrosione vitiat, si biq. ad cor, vitæ fontem patefacit aditum, Quocirca ab assumpto veneno aut cibo aliquo exitiali ac noxio, euitanda reprimētia, acida, acerbâ, stiptica, quæq. meatus occludunt ac constipant, præceteris autē somnus Quemadmodum

modum enim qui peste corripuntur, cū somnolenti sint, si se somno & quieti dedant, citius inficiuntur, ac natura segenius contagioni obfistit ita quoq; in moribus virulentis, ac venenatis potionibus, si somno opprimuntur homines, grauius affliguntur, ac tum virus promptius vitalia corripit. Quocirca vellandū, quo vigilēs persistant ne malum intus grassetur, atq; ad partes principes deferatur. Quemadmodū enim hostes minimo negotio, nullaq; propemodū molestia vrbes ac propugnacula diripiunt ac diruunt, nullo obfistente, ac ciuibus, seu excubitoribus vino somnoq; sepultis: ita corpus humanum in morborū insultu, vel assumtis ebibitisq; venenatis potionibus, a gre subsistere potest atq; eluctari, quin opprimatur: cum facultates ac potentie naturales oppresso sopitoq; somno corpore, segenes sint atq; otiosae, nec se ad expugnandum morbum alacriter accingant. Quo efficitur, vt dent manus, accedant succumbantq; valentiori, non valetudinis modo, sed vitæ etiam iustura ac detrimento.

Atia vi ac ratione vinum inebriat, aliterque homines afficit, quam Siccra, vel Zybius, nobisq; vocata Cereuisia.

CAP. XIX.

Ceretrum tameris natura molle sit atq; vdim, ex eo tamen nerui producuntur velut ex colo, cui lanugo ignumq; annexū est, tela, filamentaq; quorum coniugationes in omnes corporis partes distrahuntur. Ex hoc siquidem principio ac fonte nerui in omnia membra deriuantur velut ex arboris caudice ac truncorum ramorum, ppago ac soboles in multa germina diffunduntur. Corp' autē vniuersum per eos sensum notumq; percipit, quibus affectis, parteque principe rfa, illis muneribus priuatur, aut suas facultates ac nuntia languide perficit, eoq; fit, vt ebrii delirent yacilentq; ac titubent, quod cerebrum crassius densiq; vaporibus, obnubiletur; Cum autē omnes membra

M. 4.

Somnus natus a veneno assumto, & in peste,

Simile ab hostili insultu elegans.

Quomodo nerui acerebro producuntur.

Simile a ramosa arbore. Ebrii ridentia vultu.

did, vinoq; perfusi ridiculos, Comicosq; mores exprimant, tum nulli magis motiones agunt, risumq; obuiis excitant, cum vultum atq; oculos gestulque spectamus, quã quies Zytho, quã nobis birra dicitur, temulentis sunt. Illi si quidem non in omnem partem corraunt, sed retrorsum duntaxat, ac supini. Qui vero ex vino ebrietate cõtraxerunt, antrosum prostruunt, ac pni decumbunt. Sic vt isti genas; frontem, faciẽ nare sq; mutilẽt illi scapulas & occipitiũ, vbi in terrã deuoluũtur. Quod ipsum etiam spectare licet, vbi inter potula somno corripti solẽt. Ex cereuisia n. vuidi, capite in ceruices deuoluto; hiantiq; ore deu miunt. Ex vino aut̃ faciẽ mentoq; in pedẽ inclinato. Ratio est q̃ sumi vaporesq; ex vino lynciput. partes que corporis anteriores occupant. Ex cereuisia occiput partesq; posticas obsidẽt. Quo fit, vt isti obliuiosi sint, ac somnolenti, minimeq; loquaces ac clamosi.

Trocei crassius corpore homines aliquando minus vitales, quã ex oculis minusq; animose morbi oblectari. Exigua aut̃ statura homunciones pl. rursus, vini capaciores, quam obesi ac ferus temulentia tentari.

CAP. XX.

Moles corpore in ingenio efficit.

Flaccidos esse plerumq; vasto obesoq; corpore homines, ac morbis min⁹ fortiter oblitẽs, quotidiana exempla commonstrant. Oneri enim est illis corporis moles, ac spiritus minus viuidi in nusque alacres, & erecti. Quo fit, vt ingruente vel latissimo morbo, vel quo quis incommodo, pusillanimẽs efficiantur, ac suspiriosi, crebroq; ingemiscant. Ad primũ si quidẽ in sultum animo deiciuntur, illisq; mens labascit. Quod si terra marique pericula ad eunda sint, aut finistri aliquid incidere, ilico trepidant ac cõtemiscunt metuq; exalbescunt. Id euenit, quod calorem natiuum languidum habeant, spiritusq; exiles ac sanguinem minus feruidum, deinde quod virtus naturalis longe lateque diffusa sit, quã in exiguo corpore

corpore vnita coactaq. dispersa est praestantior. Quo
 spectat illa Hippocratis sententia: Quae natura sunt
 valde crassi, breviori vita fruuntur, quae qui graciles:
 tum altera Statura corporis longa, neque indecora,
 nec illiberalis in iuueture. In senectia inutilis moles
 est, & paruitate deterior. Incuruiscit enim senescens
 tribus corpus; sitque graue ac gestatu permolesum.
 Quamquam itaq. hi membris, moleq. valent: pusilli
 tamen insitã vim, natura q. facultates validas obti-
 nent, multaq. in iis se pferunt cum animi tum cor-
 poris dotes atq. ornamenta, magna; mentis agili-
 tas, atq. acumen ingenii, nec solum mentis alacrita-
 ti ceteris praestant, vel æquant; sed viribus ac veloci-
 tate, tum edendi, bibendiq. robore. Vidi aliquando
 nanos propemodum ac pumilioes, coactaeque bre-
 uitatis homunculos (sed proluxa tamen barba toto-
 que corpore hirsuto, quod intellu calor est argu-
 mentum) cū robustissimis potandi certamen in il-
 se, quibus tamen nemo in huiusmodi factis pme-
 retur memorabile no men, nec habet victoria laudẽ,
 ne tantillum quidem obfuit vini vis: cum alii ita vi-
 no essent oppressi, vt obstupefacta mente neq. pes,
 neq. manus aut lingua satis suo fungeretur officio.
 Horum causa non solum consistit in conceptaculo-
 rum venarumq. amplitudine ac capacitate, sed in
 calore natiuo, eoq. intenso, qui omnia celerrime cõ-
 sicit absumitq.; tum infirmo validoq. cerebro, quod
 non facile fumos cõcipit. Simile enim quiddam his
 euenit, quod lateri ignito, aut eandenti ferro, quod
 liquore subinde irrigatur, vel denique solo arido ac
 siticulofo. Confestim. n. omnem humorem imbibit,
 aut in tenuem, minimeq. densum vaporẽ euanescit
 sic vt nihil necesse sit illis lotiũ subinde reddere, aut
 vesicã exonerare: cū calor innatus omnia consumat.
 Quod autẽ in viris efficit interna insitãq. caliditas,
 hoc in mulieribus praestat corporis raritas laxitasq.

*Procericor-
poris incoer-
moda.*

*Simile ex
candenti fer-
ro desumitũ.*

M. l'or cur ac mollities. Ha siquidem, vbi vino affueta sunt, ad
rem copiam prodiguum vsq. bibaces fiunt diuq. subsistunt ante-
perferat. qua temerentia succumbant, sed ppter laxos paren-
 tesq. meatus itentidem misurire coguntur Quo no-
 mine nō immerito infamia notantur à viris, quibus
 Inbolescere soleat illarū sordes atq; ingluuies. Sen-
 culi autē omnium minime vini copiam perferunt.

Senes cito
abrietate
tenentur.

Cū enim arido fiat corpore atq; exsiccato caloreq; de-
 bili: largiore vini potu offenduntur, mederato autē
 refocillantur atq; exhilarescunt. Quamobrem cū o-
 mib. tum maxime senib. curæ esse debet, calorem
 natiuū, quo & cōprehenditur humidum primoge-
 niū, caloris vitalis & spiritus subiectū, ac substantiaa
 femine orta, appositis alimentis, victuq; moderato ac
 salubri fouere. Illa siquidem sunt secundæ aduersæq;
 valetudinis præsidia, ac longioris vitæ seminaria.

Qui mane tentaculum sumunt si id moderate fiat, in prandio
liberalius edunt, minusq; vino, etiam si largius bibant, af-
feruntur: Oritur an muus panis esu sit salubris

C. A. P. X X I.

Multi sunt, qui indicta sibi inedia, ad meridiē vsq.
 ieiuni perstunt Quod vt non improbo, ita non
 semper expedire censeo, aut consulum arbitror, vt
 quis absq; cibo in prandium vsq. perduret, is præfer-
 tim, qui calido est astuantiq; ventriculo: vt Choleri-
 cus omnis, & qui vel laboris aliquid subire, o periq;
 intentus esse cogitur, vel iacubrationi studiisq; in-
 stitit. Extenuantur siquidē illis spiritus vitales, cor-
 porisq; vires flaccescunt, ac collabuntur. In hac au-
 tem re consuetudini in hērendum, spaciandumq; qd
 ætas cuiusq; tempus, regio, habitus corporis ac cons-
 fuerudo exposcant. Iuuentus enim anniq; tempus
 frigidū, ac regio Aquiloni exposita copioso alimēto,
 eoq; frequentius exhibito indigent, alioqui corpus
 diffinit ac consumitur. Senes vero, quiq; in ætate de-
 crepita deueniunt, perstunt quidē diutius ieiuni,

nihil.

Studo si non
perferunt
inediam.

nihilq; appetit, nec ad eibi auiditatē incitantur, sed
 tanq; alimentis subinde refici, foueriq; postulant,
 at paucis. Vt enim anima in lychnis copioso afflu-
 entiq; oleo extinguitur: ita senilis calor affatim cō-
 fertimq; ingestis cibis. Quoniam autē hęc aras den-
 tibus se fulcit, ac tuetur, Proverbio locum fecit, Se-
 nibus mandibula scipionis loco. Quod em dederit se-
 nili, deciditq; natiuo corporis succo, hoc cibi potusq;
 adminiculo succiunt. Illis itaq; ut omnibus seden-
 tariis, quiq; literis ad dicti sunt, ac mania publica
 obcunt, vix passle, palmula, ficus, passule Corinthia-
 cę, nuclej pini, pistacia, araneorum, citriq; putami-
 na, zacchara incrustata, myrobolani, melligine con-
 diti, antemeridianis horis assumi possunt, vel alia
 quęq; subliquida quę ventriculum minus fatigant,
 nec in perficienda concoctione negotium faciunt.
 Interim quisq; metiri vires debet, proprięq; naturę
 cōditionem excutere, atq; explorare, quid appetat,
 quidve respuat ac auerſetur. Hoc autē in primis ob-
 seruan dū, ne quis diluculo vinū bibere consueſcat.
 Est enim naturę aduersissimum: animi siquidem vi-
 gorem hebetat, mentemq; obnubilat, ac neruos af-
 ficit. Quę circa sibi quisq; matutinis horis, vini vsū pę-
 fus interdicit, sed sumto nonnihil edulij, parcius di-
 luciusq; bibat. Paucissima enim natura mane exigit,
 tantumque foueri pauxillo alimento postulat, ne
 calor naturalis siccet. Illorum itaq; exemplum
 imitari par est, qui cum post aliquot horas luculen-
 tum ignem excitare meditantur elixandis assandif-
 que carnis, prius nonnullo fomite; aridifque
 nutrimentis focum instruunt, ne ignis penitus so-
 piatur, q̄ cum sit oportunum, iusto ignem in co-
 cturę vsum excitant: Sic cum exiguo fomento, ac
 velut succendiculo ventriculus paulo ante incaluit,
 in prandio auidius cibum appetit, ac dilatatis venis
 validius concoquit digeritque: cum plerique qui in

*Gal. lib. 7.
Aphor. 14.*

*Senes cibo se-
sul. iust.*

*Vinum dilu-
culo haustu
pernitiosum.
Simile a ra-
cinararia
desuntum.*

*Non consul-
tum dū is-
inum. p. 27.
sistere.*

prandiam vsq. ieiuni persistūt, appetētia euascat, calore vel flaccido, vel tantum nō extincto. Adde q̄ collapsis oculisq; meatibus p̄ quos deferti alimentum debet. in medijs spatijs hareat, seriusq; in venas rapiatur. Deinde q̄ propter diutinam in medijs stomachi noxijs humoribus, quos ex vicinis partibus allicit opplerus, cibum respuat, citoq; fatietur. Quo fit vt in symposiis meridianis celerius temulentia homines corripit contingat, quam si eadem in cenam differantur. Nam vt alia præteream, Dimidia, vt inquit Plinius periculi pars est, noctu, h. e. spe somni obtentibus, somnus siquidē ad despiciendā discutiendamq; vinolentiam adiumento est. Ceterum cū panis maxima hominibus alimenti pars sit, omniaq; edulia absq; illo sint insipida parumque salubria, de illius quoq; vsu pauca differere institui. Sunt enim qui huius repletionem ac satietatem noxiā esse contendunt ventriculo, nec minus, quā vinum immoderatus haustum officere hoc inducti, vt puto argumento q̄ diu ventriculo inhereat, aliumq; astringat. Ego vero discrimen delectumque statuendum cenfeo. Siquidem triticeus fermento accurate subactus, beneq; elaboratus accoctus, sanis robustisque corporibus laudatissimus est cibus, ac maxime salubris. Qua propter cuiq; persuasum esse cupio, edulia ac pulpamenta quæq; non mediocriter panis admixtu condienda: Qui enim parcius pane vtuntur, copiose autem carnibus aut piscibus, corpore efficiuntur laxo, carneq; fluida, deniq; halitu graueolenti ac vitioso: Quocirca esus piscium: q̄ si citissime putrescant, plus panis exigit. Videmus autē omnia esculenta promptissimi putere ac putredinem concipere exactoq; triduo aut plus paulo, ni sale condias, subolita fieri ova, pisces, carnes, & pulpamenta que que. At panis nunquā putredini fit obnoxius, aut aliquid vitiosi odoris contrahit. Diutius enim, aſſeruatus

mucellat

*In prandio
citius quam
in cena ins
ebriamur.
Lib. 13. c. 1.
Tantu vsu.*

*Ol diu san-
ibus qui par-
cuis pane
deseruntur.*

mucescit quidē arefcitq̄ verum non putrefcit. Quo-
fit, vt qui eduliorum ingluuie se onerant, nulloq̄ aut
per pauco panis efu vtuntur, mēphitim ex imis prę-
cordiis exhalent, grauiq̄ ac tetro anhelitu obuios
quofq̄ feriant. Qui itaq̄, valido vegetoq̄ corpore
esse student, atq̄. habita firmo, moderatum panis e-
sum admittant, præsertim vbi exercitia laboreq̄que
subeundi sunt, nisi enim fossiores, baiuli, nauta, ve-
ctores, athleta, ac pugiles copiosius se pane alerent,
non possent subsistere, tantisq̄ laboribus sufficere.
Tenellis autem corporibus ac valetudinaris, quiq̄
inualido flaccidoq̄. ventriculo existunt, ac meatus
habent exiles, parcius contractiusq̄; panis vsum præ-
seribo, sed liquidis illos reficere, viresq̄; restaurare
pergo, quæ cito venarum conceptacula subeant. Il-
lorum liquidem corpuscula, utpote tenera ac deli-
cata, solida alimenta respuunt. Quæ omnia exactif-
sime mihi perspexisse atq̄. obseuasse visus est Da-
uid rex & Propheta, cum inquit: effecit munificus
rerum parens, vt iumentis pabulum, hominib. cum
infirmis tum sanis alimenta suppetant. Sic vt oleo
perfusum corpus nitescat, vnguentoque delibatum
recreetur. Vt vino cor hominis exhilarescat, ac dis-
cusso motore alacre, erectumq̄; efficiatur. Et panis
vitale robur fulciat ac confirmet.

*Nux myristica seu moschata, & Coralium lapu à viro gestata
meliorescunt, deteriora vero efficiuntur à famina.*

C A P. XXII.

Qvod mulieri vir præstat, huiusq̄; cōditio multo
quam illius sit excellentior ac generosior, præ-
ter animi & corporis eximias dotes, quibus abunde
pollens potentq̄; & clarus est, inanima etiam, & quæ
vegetante iam vi destituta sunt, accrescere augeriq̄;
desinunt, testantur atque experimentis commo-
strant. Siquidem nux myristica seu moschata si à vi-
ro gestetur, non solum vigorem suum conseruat,

*Aegroti cur-
panis esum:
respuunt.*

Psalm. 103:

*Vir multus
præstantior.*

*Nuces mu-
scæ a vi ex-
plorentur.*

*Comment.
lib. 2. A-
phor. 24.*

*Alexandri
Magni ve-
stes cur odo-
rata.*

*Corallus ru-
bicundior si
viri contra-
ctus.*

*Mulier Co-
rallum de-
terius efficit.
Quæ Coral-
lo ruborem
conscilens.*

sed etiam turgescit, magisq. efficitur succulenta. Cū enim inter has illas sit prætantior, quæ ponderosior est, succoq. pingui madescit, atq. vel compressu, vel acicula punctura oleagine[m] reludat. non sine exitu odoris suavitate: has dotes viri calor conferuat ac tuctur, & q. mirari subeat, illam magis speciosam facit, ad spectuq. amabile[m], ac succo oleoso magis turgidam, præsertim si iuuenilis adulta q. ætatis homines circumferant. Tum suavis enim, gratulq. halitus emanat ex huiusmodi corporibus, effluxulq. ac evaporatio, ob caloris nativ[i] temperiem, tam mitis ac blanda, vt nux illam alliciat, eaq. imbura vegetior fiat atq. odoratior. Alitur siquidem, afficiturq. aereo vapore, auraq. tepenti ac subæalida, quam iuuenile corpus expirat, vt re maxime sibi familiari ac cognata. Sic memoriæ proditum est, Alexandri Macedonum regis vestes gratissimo odore fuisse perfusas, non quidē adscititio aliquo externoq. suffitu, sed à genuiuo ac naturali caloris nativ[i] effluvio. Mulier vero cum excrementis abundet, atque insuaues tristeq. halitus ob menstrui profusum decursum diffundat, omnia deteriora efficit, nativæque vites atque intras facultates depopulatur. Quo fit, vt nux myrsitica, ex succa illius contactu efficiatur, leuis, cariola, coloreq. squallido ac nigricante. qua vi etiam herbis perniciem tabemq. adfert, ac fata strangulat, speculq. nitorem obfuscat. De Corallo par est ratio: hoc siquidē in orbiculos elaboratum ac lauore perpolitum, si à viro gestetur, rubescit exuberantius, q. si hoc gestamine fœmina decoretur. In pallorem enim muliebri consuetudine elanguescit ac calore nativo destituitur, partim ob emanantes ex illa fuliginosos densosq. spiritus, partim quod languidum calorem habeat, ac frigida humentisq. sit natura; quæ qualitates aliquid conferuare tueriq. nequeunt: cum vir caloris innati substantiam vaporosam, mitem ac suauem

uem fit consecutus ac velut aromatis odore imbutam. Quae ratione & sinapi semen Corallū rubicundum efficit, si illo obruatur, caloris scilicet ratione, quo tanquam ignita re incalēscit.

Magna ex parte steriles esse, & infœcundas, quibus sponte semen profert, seleg, pelluunt, & quarantur id fiat.

CAP. XXIII.

Vitium est idq. tam fœdum, vā templi aditu, omnīq; hominū consortio apud Hebræos arceretur illo contaminati, Græcis, *ῥοφίτη*, Latinis Seminis, puduitum appellatum, quo mulieres æque ac viri infestantur. Siquidem illis præter voluntatem semen effluit nullo propemodum delectamento, nec vlla voluptatis illecebra, aut pudendo rigido erecto-ue, idq. aqueum dilutumq; ac tenue. Quo fit, vt infœcundum sit atque ad excitandas proles inefficax.

Vt enim salix frugiperda semen ob caloris penuriā, ante maturitatem excutit: Sic istis humor genitalis plus satis frigidus & humidus defluit. Nequeunt. n. naturales facultates semen perficere, ac vi prolifica fœcundaque illud imbuerē. Quo fit vt excrementicius prorsus sit humor, incoati imperfectiq; seminis rudimentum generandi munere destitutum. Ceterum cum hic affectus ex imbecillitate vasorum spermatocorum oriatur, tum aliud quoddam vitium contrahitur ex amplexu Venereo ac concubitu contagioso, si quando cum infectis scortis congressum ineunt. Siquidem purulenta quædam fœdaque illuuius ab inguine distillat, colore modo liuido, modo aruginoso ac porraceo non sine teterrimo odore. Quo fit vt vala nonnunquam erodi contingat, partesq; puendas mutilari. Ista autem vligo humorisq; sordidi stillicidium in fœminis virulentior est, alboque ovi, vbi computruit, assimilis, qua interanea pruritu intolerabili infestantur, quasi alamine aut salugine essent imbuta. Quo fit, vt omnes

Sinapi Corallum rubicundum imbutum efficit.

Leuit. 15.

Simile ab infœcundis arboribus.

Eenehdruyper vocatur Belgis hoc fœdum stillicidium.

*Morbo Gal.
leo infecti
semper prur-
runt.*

*Acrimonia
vrinae infe-
ctæ pecunia-
ra.*

*Vrina quib.
supprimatur.*

*Inguinuso-
tumores non
reprimendi.
Dolores ner-
uarum unde.*

morbillosi, quiq; Venerea lue infecti sunt, impense
sint salaces ob putridi humoris acrimoniam, quam
recundi ac mitigari cōcubitu sentiunt, magnaq; ma-
li parte se leuari Quocirca cum omnib. suam scabie
afflicte gestiant, cum maxime illas expetunt ac ven-
nantur ganeones isti pruriginosi, quas sciunt salubri
esse beneq; constituto corpore. In has enim suas for-
des ac saniem profundunt, suoq; purulento semine
contaminant, cum ipsi nihil ab his contagij cōtrahe-
re possent. Cum enim illi feminis pliuio obnoxij
sunt, q; ex lue venerea contrahitur, ac contactu con-
cubituq; foedo concipitur, non seminale ac plificum
excrementum ab iis profuit, sed virulenta quedam
ac contagiosa eluies ab inguine defiliat odoris ter-
tri, colore nō albicante, sed lurido ac virescente, quæ
vlcera in pudenda ac primori virgæ parte excitat; sic
vt vrina ijs ægre prodeat, atque ob parulentam con-
cretionē subinde supprimatur. Quod si quando prur-
rere occipiant, ac terrigine affici ac penis seu puden-
da pars erigi incipiat, acerrime cruciantur. Videtur
enim hoc membrum, quasi fune distendi ppter ner-
uos, qui humore acri ac mordaci imbuti sunt, quo
fit vt vrinae stillicidio subinde infestentur, cum non
confestim & pfulse, sed lente ac sensim lotium pro-
deat intolerando misturientium cruciatu. Cōtrahit-
tur hoc vitium ex sicosis morbidisq; hominibus, at-
que attritu contactuq; scortorū, quibus inguina ac
pudenda partes bubonib. alijsq; inquinamentis sunt
contaminata. Qui morbus cum circa obscenas ab-
ditasq; partes consistat, atq; ex putridorū humorum
affluentia foedos tumores excitet, Pudendagra no-
minatur, vulgo *Claporem*, Si vero contagio se diffun-
dat, vt assolet vbi primū contracta labe corpus non
expurgatur, aut vbi fortis nō maturantia cataplasma-
ta, sed discoloria quæq; fluxionē reprimant ac rese-
xiant, nō eliciant, adhibetur, tota corporis moles vna
cum

cum sanguine ac spiritibus inficitur, totaq. humorū collectio in neruos, panniculos, membranas, musculos defertur, atq. intensissimos dolores excitat, qui morbus vetriculo Belgis idiomate *Pockem met de lemspien* vocatur: quod omnia membra dolorib. pertusa sint ac dilaniata, ipsaq. symptomata, hoc est, quæ ex morbi sanities accedunt ac concomitantur, non minores ipso morbo dolorum faces admoveant. Neq. enim vnus generis cruciatu excarnificatur, sed multiplices illos diuexant dolorum differentia, qui tanquam ad motis viciniis ac ferramentis, neruofas partes exquisitissima mouendi sentiendiq. vi præditas laceraut, ac velut aculeis fodicant, vrgerit, stimulant. Et cum nullas non partes interrepret, atq. erratica vagaq. incursionem inuadant, à doloris inquietudine, nullaq. interposita intermissione, *De mirren* nostrates hunc affectum vocant, à formica deducto nomine, animalculo agili atq. inquieto, quod nouas subinde sedes persequitur, à qua Medici etiam pulsum designant formicantem ob mobilitatem exilæ, exhaustis scil. defectisque viribus, adeo vt homini quam minimum vitæ superesse possit, eo se pulsu proferente; cui affinis vermiculans à vermiculi motu atq. ingressu, qui non magnam etiam recuperandæ sanitatis spem decumbenti pollicetur. Et quemadmodum morbus est Verminatio, qua homines infestari torquerique solent, ac velut à vermibus dilaniari: ita quoq. morbus vel Formicatio, Græcis *περυσμία*, quæ foris corpus foedis tuberculis ac pustulis deformat, intus vero mordentis formicæ sensum adfert ac cruciatum, ita vt subinde scalptarire cogatur atque attritu aliis quot leuamen conquirere: vt assolet morbo Venereo infestis, qui nulquam quiete consistunt, sed continenter frictionibus insistere coguntur. Quocirca apposite nostrates Formicationem huic morbido cadaueri accommodant, non quod eo nomine hic

*Morbilose
omnes dolos
rurs differem
tias percipiunt.*

Pulsus formicans.

*Pulsus vero
vermiculans.*

*Verminatio
qui morbus.*

*Formicatio
qui morbus.*

*Formicatio
accidens morbo
Gall. cap.*

morbus cenferi debeat, fed quod pari modo corpora
 afficit: Hinc Plautus, quoniam multi illo feculo foe-
 diflimis morbis erant contaminati, nempe metagra,
 imperigine, lepra. tum pleriq; aliis, qui fe in honeftif-
 fima fere parte corporis pferunt, illis uitis deforma-
 tos, Formicinos, mucidos, vietos, putridos, vlcerofos
 vocat, quos, vt noſtrates dicitat, fi vel leuiſſime con-
 cutias, ab offibus difſiliunt ac difſoluuntur, populari
 loco *Van den gratt ſchudden*: à piſcibus rancidis, ac pu-
 tri ſalfamento deſumta ſimilitudine, q̄ vel minima
 conquaſſatione à ſpinarum contextu decidunt. Quo-
 circa qui fiſculos tumores circa inguina parteſq; ab-
 ditas ac latentes contraxerunt, vel ex concubitu, vel
 ſi vili contaminato fodali conuixerint, leſtoq; com-
 muni ſunt vſi (nam facillime hæc labes olim, qua nūc
 ſenſim exoleſcit, aliis affricari ſolet vel eſcalento, vel
 halitu orique ac labris ad moto poculo) in primis cō-
 ſulo, vt acri vel vino vel aceto pudenda, contactaſq;
 partes abluant, admixto ſalis momento, deinde abſ-
 ceſſum ſeu apoſtema, ſi res poſcat, ad maturitatem
 perducant eruptoque pure ac ſanie abſterſoriis vlc-
 eris cauitatem eluant, priuſquam cicatrice obducant,
 atque vt in rabidi canis morſu, qui aliquando, quam-
 ſorti, mitior, diutius hiatum apertum ſinant, ne vi-
 rulento humore intus cohibito, poſtmodum mor-
 bus recrudefcat atque exaſperetur: Interim antequam
 manum vomice admoueri contingat, corpus pur-
 gantibus medicamentis accurate inaniri debet: in
 quæ uſum commodè adhibentur, epithymus, fu-
 maria, polypodium, ſena, eaq; conſectio, qua ad hæ-
 mech referitur, aut quoniam iis lotiū moliri debet,
 benedicta laxatiua ex decocto ligni Indici, quod inter
 Ebeni ſpecies refero: alioqui niſi huiusmodi ſub-
 ſidiis corpori propiciatur, diſſiſis vndiq; humorib.
 corpus omni ex parte morbidum fit ac lue Venerea
 vndiq; inſicitur. Sunt enim duo iſti morbi inter

Vermicinus
 homo.

*Simile à ran-
 cidu piſcibus*
 eſt *populare*
proverbum.

Marborum
incredibilu
contagio.

Tumorum
in inguine
auratio.

Exemplum
à rabidi canis
morſu.

Compōſita
morbi Gallie
ad curatiō.

se affines & cognati, quemadmodum Cácer & lepra. *Cancer & lepra*
 Quod enim Cancer est in parte aliqua corporis, id *pro affinis*
 lepra seu elephantiasis est in toto corpore. Sic mor- *morbis.*
 billosa ista affectio ubi in toto consistit, atq; vndique
 diffusa est, foeditissimū illū morbū excitat, quem alii
 Gallicum alii Neapolitanum vocant: vel quo in tam
 inclitya nationis gratiam ac fauorem aboleri possint:
 atq; obsolescere cōtumeliosa illa nomina, quib. ali-
 quid conititii subest, lues aut contagio Venerea, vnde
 contrahitur, denominetur. *Quæ* vero in inguine con-
 sistit, ac pudendas partes commaculat, Pudenda gra-
 Cum vero natura mortalium proca sit in alienis mi-
 seris, atq; insolēter huiusmodi calamitate oppressis
 insultet, populares passim morbum hunc, cū totum
 corpus occupat Matris: alterum qui parti peculiaris
 est, Filia nomine designant: & quoniam alter ab alio *Proverbum:*
 zero pullular, vnuū illū maritum, si diis pla- *in morbi dor-*
 cer, aut potius fordidum sponsum, matrem ac gemi-
 nas filias sibi in matrimonium a se uisisse, ioculari li- *locus popula*
 centia distant, cum præter inguinum tumores coxo- *rum in hos qui*
 pus vndiq; exulceratum sit ac tuberibus scateat. *ex sanguine*
In morbis excrescere corpora, atq; in longitudo em producti, licet laborant,
minus edant, in latitudinem vero dimittunt.

CAP. XXIV.

Im puberes qui plurimo vtuntur alimento, minus *Quid offitiat*
 speciose adolefcere, nec in iustam decentemq; lon- *procaritati.*
 gitudinem produci, quotidiana experimenta com-
 probant. Suffocatur enim calor natiuus, atq; immo-
 dica humiditate obruitur, quo minus corpora in de-
 coram proceritatem possent effigi. Qui vero mo-
 derate saginantur, ac cibo vtuntur parcius, sibiq; dif-
 criminata certa q. edendi tempora constituunt, non
 magnopere efficiuntur obesi. nec adepsillis, aut caro
 augetur: sed ossa longitudinē atq; incrementa susci-
 piunt. Sic videmus adolefcētes ac pueros in longis
 daustisq; morbis gracilesceere ac macilentos effici, in-

*Cur alii in
longum, alii
in latum ex-
arescunt.*

longitudinem tamen eorum corpora proferri ac pro-
ceritatem capessere. Quod ipsum fieri siccitatis ratio
ne crediderim. Nam ossa cum sicca sint alimento sibi
familiari ac cognato aluntur. Siquidem cum humo-
res ægrotis atque alimenta assumpta, ex calore & cor-
poris ariditate siccescant: ossa in longitudinem por-
riguntur, atque alimenti subsicci ratione aliquid il-
lis stature accedit, præsertim cum homo in ea ætate
cõstitutus est, in qua corpus, vt argilla vda ac sequax,
produci fingi que in longum possit. Constituta sunt
autem vnicuique certa crescendi spatia, ac determi-
nate legitime stature rationes ac modi, quibus sen-
sim taciteque auctibus consequimur vel liberalem
proceritatem, vel indecoram: eaq̃ crescendi vis, qua
in longitudinem augeri corpora contingit, raro vltra
quintum & vigesimum annum producitur: magna
autem ex parte intra vnde vigesimum consistit. Quo
fit vt dentes etiã excussi, ab eo annorũ curriculo non
renascantur, vt nec ossa fracta, ac cartilagine conso-
lidescant, quod ex progenitorum semine illa consi-
stant. Pinguescere vero atque adiposum obesumque
fieri, non certis temporum spatiis fieri contingit, led
nutrimenti ratione, vbi ea assatim ingeruntur. Quod
ipsum etiam in consistente ætate, vel eadem inclina-
ta fieri potest. Tameñ enim quis vbertim saginetur,
non in longum furrigitur corpus, sed in latum ac mo-
lem dilatatur. Alta est enim facultas, qua alitur cor-
pus: alia qua augetur. Illa siquidem circa alimenti
copiam versatur: ista circa partes corporis solidas, nẽ-
pe ossa, nervos, cartilagine, &c. qua si crescunt atq̃
in longum porriguntur, animal quoq; incrementum
alsequitur, tameñ illad macie conficiatur atque ex-
turbetur. Natura itaque in produendis ossibus vnde
longitudo emergit, vi caloris vitur, qua exsiccet nõ
nihil humores atq; alimenta alendis ossibus accom-
modat. Neq; enim auctio sine nutrimento assuente

*Quam diu in
longum cor-
pora porris-
gantur.*

*Alia vi in lon-
gitudinem,
alia latitudi-
nem parit.*

per-

perfici potest. Vbi enim generatio animalis constituta est, vsq. ad ætatis vigorem augeri postulat, atque in longum latumq. ac profundū ampliari. Deinde quo subsistat ac perduret in reliquum vitæ tēpus, auique huius decursum nutritio subit suaq. partes obit, qua restaurari possent, quæ effluunt, quæq. ambientis aeris qualitas depopulatur, nulla corpori tamen indulto amplitudine, aut in longitudinem progressit. Auctrix itaq. vis ac facultas est, quæ ossa febricitantium, vt ceram, in longitudinem effingit, calore ac virtute feminalis excrementi, quæ in ætatis vigore ad ea perficienda valida est atq. efficax. Quod si adolentes ac pueri ab ipsis incunabulis lacti assuescant, atq. exercitationi sint dediti, pductiori efficiuntur corpore: staturaq. decenti ac speciosa. Siquidem lactis potu atq. vsu ossa alētur, quod semini affine est, ac sanguis elaboratus atq. exacte concoctus: Frugum nerui, Aquæ carnes, quod obseruare licet in bobus, qui aquis copiosis pinguescunt, ac pabulo humido saginantur. Deinde in Belgis, præsertim Batauis, qui liq. ore illo gentilitio, quam Cereuisiam vocant, adeo pinguescunt, vt mentum pectori incumbat, ac

*Quibus
rebus corpus
incrementa
suscipit.*

Pers. Sat. 2.

*Tinguis aquali velus propter se quis pedo exset.
An ieiunium, an prorsus venam incidere expediat. Et an consilium statim ab inesa vena sermo se dedere.*

CAP. XXV.

Quid commodi adferat corpori humano venæ sectio, quidve in secunda, aduersaq. valerudine praesidii ex ea homines consequantur, tum quibus, quoque tempore illam adhibere conueniat, superuacaneum est, hic referre, cum ea quisq. ex sincero fidoq. Medico discere poterit, nō ex vulgata ac triuiali consuetudine, quam nugones quidam inuexerūt, qui nimis rigide astra potius quam humores obseruant. Cum autem innumera quæstiones hac de re agitari soleant; illam paucis expediam; Ieiunium autem

N. 23

prans venâ feriri expedit. Equidem cum plerisque
 meticulosos trepidare videam, ac contremiscere in
 ad eunda venâ sectione; ne syncopi atq; animi deli-
 quio, vt affolet, periclitentur, non nihil cibi; ac mera-
 cissimi vini exhibendum censeo. Obseruati siquidē
 frequentius animi defectu collapsos diu decubuisse
 immobiles, atque ægre odoramentis crebraque vel-
 licatione refocillatos, adde quod sanguis non cons-
 fertim nec affluenter, sed languide ac sensim ieiunis
 profluit nonnunquam prorsus non erumpat, quod
 natura auide vitæ thesaurum amplectatur, nec sinat
 illum temere elabi, vt cui maximam vitalis spiritus
 vim inesse sentiat; qua exhausta, rota corporis moles
 languescit, operaque natura perficiuntur deterius.
 Vbi vero aliquid alimenti exhiberi cōtingit, ac mo-
 derata corporis agitatione sanguis ad fluxionem ex-
 citatur promptius emanare ac securitate incipit. Ala-
 cres enim atq; erecti efficiuntur spiritus cibo, potuq;
 atq; exercitio moderate adhibito, corpusq; sanguine
 vndique perfusum efflorescit, ac fit coloratus. Care-
 rum, An incisa vena somno se dedere expedit, dis-
 cutiendum est. Ego sane, nisi quis assueuerit aut ex
 æstu atq; itinertis molestia lassitudinem contraxerit,
 nō semper valetudini cōmodum censeo vernis æsti-
 uisq; mensibus meridiari; nec consultum arbitror,
 statim ab incisa vena somno indulgere, præsertim si
 quis vel oppletō ventriculo, vel obeso corpore ex-
 istat. Sunt enim inter hos, qui pertusa vena, ad eoque
 sanguine, vires instaurandas sibi persuadent, eoque
 affatim Genio indulgent: qui cum somnolenti effi-
 ciantur atque oscitantes, non sine graui noxa iactu-
 raque valetudinis se quieti dedunt: impletur siquidē
 densis crassisque vaporibus cerebrū; ac venæ ira-
 plerumque turgescunt, vt cæsura dehiscat, ac san-
 guis denuo magno valetudinis detrimento profluat.
 Quod apud nos euenisse memini vir o cuidam pri-
 mario,

Cibus & potus spiritus aliuventis.

Cibus offensus ante vena sectionem.

An dormiendum in incisa vena. Ab incisa vena temeraria perantia exigitur.

Exemplum viri qui a somno morte soporatus est.

Mario, qui cum Idibus Maii, quibus feræ ac supplicatio-
nes triduana inducuntur, incisa eo die vena, in
prandio alio viventi, vt mos est, vinoque se affatim
impleuit: à meridie oppleto fumis capite, primum so-
mno, postea morte sopitus oppressusq; est. Quam ob-
rem qui optime valerudini consultum velit: quo die
incisa est vena, frugaliter victus ratione instruat, &
quoad eius fieri potest, à somno se cohibeat, qui si
vel inuitis obrepat, oculiq; nictare incipiât, ac sopor
omnino excuti nequeat: tantisper tamen differatur:
dum sanguinis impetus atq; agitatio resederit, quod
post setiquihoræ spatium fieri solet. tunc placide ob-
dormiscere licet, explicitaq; corporis parte, cui inci-
sio illata est, sensu supino decubitu, si id sedendo per-
ficere permolestum est, caput in puluinum reclinare.
Quod si duabus horis somnus sit productior, vellica-
ri debent, quo se erigant atq; expergiscantur, ne spi-
ritus ingrauescant, ac corpus caliginoso vndiq; fumo
opprimatur. Quo fit, vt naufragandi existant, atq; e-
oscitantiam agre excutiant.

*Physiognomia, hoc est, natura, morumq; inspicendorum ratio,
qua ex notis signisq; corporis animorum motum ac propen-
sionem eliciunt ac diiudicamus, non improbanda. Ce erant
quid ex hac potissimum obseruare conueniat, scriptura te-
stimonis comprobatur.*

CAP. XXVI.

PLERÆQUE artes illiberales cenferi solent, minusq; *Vultus &*
ingenue, q; vanitati atque imposturæ affines sint, *oculi ani-*
quodque obseruationes anxias habeant ac curiosas, *miti licet.*
At Physiognomia, quæ ex facie, oculis, vultu, linea-
mentis, toroque habitu, corporis animiq; propen-
sionem perspicit, nulla sui parte inter has referenda,
vt quæ à laudatissimis viris studiose obseruatam ex-
cultamque perspicio. Cum autem nulla sit corporis
pars quamlibet minuta atq; exilis, quantumuis ab-
iecta atq; ignobilis, quæ non aliquod argumentum

instita natura, & quo animus inclinēt, exhibeat, tum omnium signorum notarumque sunt præcipua, quæ in facie vultuq; elucēt, & qui certissimus est mentis index, in oculorum aspectu ac volubilitate se perfert. In iis enim odium, ira, indignatio, pauor, metus, formido, spes, lætitia, modestia, arrogantia, zelotypia, auaritia, æmulatio, omnesq; affectus animi interni; in externo corporis habitu reuolunt. Sic Deus conspiciatus Cain subtristēm, animo deiecto ac demisso. Quære, inquit, mœtus es, & concidit vultus tuus? Iosephus quoque cum videret captiuitatis collegas tristes, sciscitatus est: Cur solito tristior est facies vestra? Obseruabat enim aliquid sinistra omnis resistere in mentib. illorum, cuius se certa indicia in externa specie pferēbāt. Quo spectat illud Isaia: Agnitio vultus illorum respondet illis. Quo designat homines sceleratos ex habitu corporis posse deprehēdi. Vultus siquidem indicat, quæ sint malitia imbuti, quid meditentur, quid moliri gestiant, quo spectet improbus illorum conatus. Plurima eius generis obuia sunt apud Dauidem & Salomonem, quibus nonnullorum nequitiam atque improbitatem coarguit, exprimitque, ex fronte, superciliis, oculis vitro citroque contortis, demorsis labris, naribus corrugatis, inflatis buccis, incessu superbo, gestu indécoro, vultu nutuque minaci. Vnde Sapiens: Vir improbus & nequam graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, peruersitate mentis machinatus. malum, atq; omni tempore dissidia ferit. In iis vero, qui placido sunt mitique ingenio, omnia formæ dignitatem expriment: Status incessus, accubatio vultus, oculi, manuum motus omnia honestati, decoroq; inferunt, sic ut in facie ac vultu sapientia, decus ac probitas, ceteraq; virtutes eluceant.

Ceterum licet non omnia exacte huius artis præceptis respondeant, multa aliter, quàm membrorum

notæ.

notæ præferunt, eueniant, idque vel educationis munere, vel parentum industria, aut denique diuino quodam afflatu: magna tamen ex parte vero sunt consentanea, euentumq. certum consequuntur. Sic quidem in his quæ visenda aliqua nota insigniti sunt ars veritatem assequitur. Vbi enim error circa principem aliquam partem consistit, mens quoque aliquid incommodi percipit, suæque munia inculpate obire nequit. Sic qui gibbo deformati sunt, modo naturale sit id vitium, non adseritium, nec ex accidente casuq. illatum, improbi fere sunt, ac malitiosi: quod cordi toriusq; vitæ fonti ac principio, deprauatio communicetur. His proximi sunt strabi, cæci, lusciosi, pati, quiq; in obliquum detorquent oculos aciem: quod circa cerebrum natura deliquerit. Surdi vero, muti, balbi, blæsiq; & qui ob musculorum neruorumq; imbecillitatem, lingua hæsitantior obnoxii sunt, non penitus à vitis immunis existunt, sed ea non magnopere culpari merentur. Quo enim quodque membrum, cui error subest, minus nobile ac generosum, hoc partes primarie minus afficiuntur. Quod si aliquod corporis vitium, vel cerebro, vel cordi affine sit, horumq; alteri proximè assistat: menti quoq; ac rationi aliquid erroris infertur; sic vt illa omnibus suis numeris non satis consent, ac plerumq; iudiciis amissis delirer, atque in obliquum rapiatur. Quo fit vt facultates animales suas functiones ac munia inoffensa perficere nequeant. Atqui non semper est necesse, nec consequitur, vt natura hominis conditio, mores, studia, instituta, animorum pœnsiones mentisq; agitatio ad notas externas sit accommodanda, atq. ad lineamenta signaque corporis metienda. Cum multa plerumque agant ac meditentur homines, multa quoque mente concipiât, atq. opere perficiât, cuius ne vllū quidem vestigiū, aut minima iudicii nota foris se offert, aut diuinandi argumentū

Nota corporis animi conditionem indicant.

Cerebrum & cor à re nota partibus afficiuntur.

exhibet. Potest enim esse aliquis enormi corpore, membrisque distortis, sed tamen frangi, atque ad pelarum atres appositus. Rorsus fieri potest, ut quis sit habitu corporis decenti ac liberali, at improbis moribus, vitæque vndique contaminata. Quapropter nemini ob vlla vitia insolitædam, nec gibbosi, claudi, claudi, variis repleti; et vitibus homines, quicquid onerandi: cum hæc naturæ vitia erroresque immutatos cupiant, ac corpus decentius constitutum exoptent. Sunt tamen inter hos qui hominum dicacitatem in se concitent: quo horum nonnullos impotiores sint experti verisipiles, subdolos, dolosos; ac non solum obscænis facetiis, sed etiam diceris salibusque dentatis abunde instructos: ut omnes præmodum sunt, quibus vitia sunt musculosæ nervosæque partes: sic ut cerebrum mouendi sentiendique principium, cor denique vitalis animæ ac spiritus fons, ex consensu varie efficiantur, adeo ut externa vitia internas facultates immutent, atque ad diuersas actiones instruant incitentque. Ex his itaque qui nota aliqua insigniti sunt manauit prouerbium, *Caueto a signatu*. Quo designant rerum humanarum petiti declinandam consuetudinem comærciumque improborumque per quotidiano vsum, atque experientia contemptum habeant, fallaces esse huiusmodi homines, ac technis dolisque esse imbutos. Quod autem claudi impenso falaces sint, abditæque atque obscænas partes inusitatæ magnitudinis habeant, prouerbium inde natum indicat. Claudus optime virum agit. Omne siquidem alimentum quod inualido pedi destinandum erat, circa partes genitales consistit, atque in semen elaboratur, cuius vis & copia tentiginem mouet, atque obscænis partibus pruritus excitat.

An aperto hinc ore dormire, an clauso, cohibitisque labris salubrius.

CAP. XXVII.

NON desunt plerique qui salubre existimant patulo apertoque ore somnum capere: sic enim melius

ES.

*Erroneo
non
insultan-
dam.*

*Signati
Sycophan-
ta.*

*A signatis
cauendum.*

*In claudis
prouerbium.*

expirari fumos, ac discuti fuligines. animamq. hominis liberius comere, ac minus graueolentia concipere; subolido enim esse ore, putidoque anhelitu, qui compressis labris noctem somno transigunt. Ego vero aliud persuasum habeo. Vt enim decubitus in dorsum pulmo si septoq. transuerso nexius, ut quæ affasus à amoribus turgent; sic hita uti ore dormire valetudini incommodum; Pulmo si quidem cum fistulosus sit, per vocalem arteriam, aerè obuium qui sub noctem fere impurus ac turbidus est, concipit, quo spiridi meatus imbuti vel rauca emittunt vocem, vel obtusam. Ocluso autem ore, spiritus ex te emittit; aer non confertim sed sensim per rares interfractuosas, sinuosa volumine vitro citroque comeat, atq. in pulmonem delabitur, cordisq. calorem temperat. Quo fit, ut minus siticulosi efficiantur, qui cõmissis labiis dormiunt. Quæ enim faucibus dilataris somnum capiunt, iis ob aerem halitumq. hinc inde æstuantem, lingua ac palatum æreant, potuq. nocte irrigari cupiunt. Cæterum cum multis solidisq. rationibus soleri hæc persuasio possit, tum nulla tabilius, quam quod longe melius cõcoctio in ventriculo perficitur, si quis ocluso ore dormiat; fouetur si quidem calor naturalis ac validius cibo incumbit. Vt enim olla ac lebetes elixadis carnibus destinati, maturius cõcoctionem perficiunt, operculis obducti, quod nihil caloris, nullusq. halitus emanet: Sic etiã calor in corpore humano coactus cohibitusq. celerius cibum concoquit. Ita, his qui staccido sunt fluxuantiq. stomacho, subinde halitus cohibere consulo, tum iis qui tulli singultuq. identidem infestantur. Hac enim ratione calorem excitari contingit, ac noxam discuti. Porro ubi ocluso ore noctem transigerunt, cibi cõcoctio perfecta est, tum demum consulo, ut poppymate, sonituq. bombofo, fumi ac fuligines expurgentur, quæ mediis spatia inhærescunt,

*Ocluso ore
somnia
subrior.*

*Unle sein
nocturna*

*Simile a res
culnaria
desumitur.
Anhelitus
cohibitus
concoctione
adunat.*

Imprecationes parentum quibus ex se gentes execrantur, ac male dictis inessunt, aliquando in euentum effectumq; rapi. Bonæ quoq; ominatiores, quæ in illis felicia ac salutaria quæq; exoptant, ad latum exitum esse adumento, atq; cu progenitorum voto omnia consequi.

CAP. XXVIII.

IN tantam de lapsa est natura mortalium, exuta humanitate, feritatem, vt non solum in extraneos, sed in sua etiam pignora, quibus optime consultum oportuit, sint crudeles. Quis enim per compita passim ac vicos execrandas voces non audit? quibus suos immaniter diris deuouent, atq; horrenda quæq; iis imprecantur: quorum pleraq; effectum sortita meminimus, atq; in calamitosum funestumq; exitum deuoluisse. Quamobrem Plaro nihil parentis imprecatione filius censet periculosus. Pueri siquidem cum ita incaudescere progenitores vident, tamq; atroces execrationes in se congeri, obstupescunt, trepidat, perturbantur, ac terrore metuque concussi, vel in ipsam, smum aut epilepsiam incidunt vel furore ac rabie corripiuntur, menteq; atq; animo alienantur. Tanta n. fit in huiusmodi corporibus spirituum humorumq; concursus atq; agitatio, ea intemperies, vt sensuum instrumenta conuelli contingat, omnesque animæ facultates inuerti. Quo fit vt non solum atas tenera sed etiam adultior, quæ reuerentia ac pudore erga parentes ducitur, repentino terrore subitaq; animi conseruatione, tanquam fulmine concussa, magnâ rationis mentisq; iacturam patiatur, nec minorem in corpore cladem percipiat. Quo mihi optime institutam habuisse adolescentiam, vixi sunt veteres Hebræi, qui liberis salutaria quæq; precari solent benè que ominari, ac domi forisq; non fortunæ, sed Dei muneri prosperum successum exoptare. Quin & filii officiose magna que religione ac pietate parentes colere atque obseruare consueuerunt, summisque

votiis.

Lib. 7. de
leg.
Infantes
non ex a-
spirandi
sua u. verbis

Gen. 1. 19.
Liberi a
patribus
instituenti.

votis, blandimentis, obsequiis, boni ominis voces ac benedicendi formulas extorquere. Hac enim ratione immunes se fore à malis ingruentibus confidebant, ac supremi numinis beneficio, cui cum hi, tum progenitores sua vota nuncupabant, aduersus rerum humanarum casus atque incommoda, summa securitate ac fiducia posse subsistere.

Quis fiat, ut iuxta vulgare prorebiunt: Nemo profectum ex morbo, aut longa peregrinatione melior euadat, vitamq; emendatiorem assumat.

C A P. XXIX.

Inoleuit opinio quædam ac persuasio in Belgica, *A morbo* quæ obiici solet ex morbo conualescentibus: *nemo emendatior.* Neminem ex ancipiti morbo diutinoq; aut periculosa peregrinatione meliorem effici: quod plerumq; ita vsuuenire palam est. Ea siquidem est natura mortaliū, vt quilibet sauis morbis diuexata fuerit, quantumvis anxia terra mariq; peregrinatione, atq; erroribus fuerit agitata, vbi eluctari contingit, profunda subbeat obliuio, atq; insistant homines viuere laxius *Matib. 18.* licentiusque, adeo vt posteriora illis sint prioribus deteriora, atq; insequens tempus, antecedente deploratius. Ideo mihi euenire videtur, quod magnus *Doctrina di-* sit mentis neglectus, nullusq; cultus interno homi- *nitius in spi-* ni adhibeatur, qui in istos errores effectusq; vitiosos *rata optimos* eximat, nempe Dei amor ac fiducia, eiusque doctri- *morci effina-* næ cognitio, cui se ratio ac voluntas subiicit, omnes- *git.* que actiones ad illius amussim exigit. Hæc enim efficiunt ac præstant, vt subducamus nos ab iis vitiis, quæ in morbis & periculis sumus detestati: alioqui speciosæ illæ sollicitationes, atq; emendationis vitæ propositum, multaq; alia, quib; nos astringimus, irrita sunt, nulliusq; momenti. Nam vbi pristino vigore *Doctrina cæ-* lesu sumus redditi, ad mores natura recurrit dånatos, *pabulum.* fixa ac mutari nescia. Proba ergo vitæ ratio, rectumq; viuendi institutū, quod animo cõcipimus, nulla te nisc

doctrina cœlesti ac divino spiritu perfici potest, qui nisi discussio morbo menti nostra inlederit, non facile reuellemus à concepto emendationis vita proposito, quod non sine latentis afflatu dolor extorsit: sed constanti illi adharebimus; qualibet multa ad deflectionem sollicitent. Exstat præclara Plinii junioris Epistola qua ex amici cuiusdam ægrotatione admonitum se testatur: Optimos esse nos, dum lecto sumus affixi; quem enim infirmum aut libido incitat, aut avaritia sollicitat, non est amor deditus, non appetit honores, opes negligit, animosque demittit, ac ferociter desinat, postremo vitam profusis innoxiam, beatamque destinat, si contingat euadere: Itaque accepta hinc monendi occasione, cum sibi, tum amico præcipit. Ut tales esse perseverent sani, quales se futuros profectetur infirmi. Quæ quidem exhortatio salubris est ac frugifera. At ignorabat is, nec commostrate potuit quo duce, cuiusque afflatu atque adminiculo hæc essent perficienda. Nisi enim virtute Dei, eiusque doctrina Iulcri nos contingat, oblata leuissima quaque occasione in pristinos errores labimur, atque a ius rerum humanarum alio nos deuehit, quam ad integritatem, ac veritatem innocentiam, moreque probos atque inculpato. Siquidem affectus humanus vita correctioris promissa extorsit, non fides, non solida illa doctrina verbo Dei sulca ac stabili. Ceterum si quis rationem naturalem exigat, nulla mihi videtur magis probabilis, quam quod ad morbo defunctos certatim cõfluant, congerones lepidi ac festivi, illosque ad iocos, luxum, lasciuiam, delicias omnesque voluptatis illecebras inuicent, incitentque hinc comeffationes ac foteria in orbem reducta, cuius adeptam sanitatem illis gratulantur: quæ plerumque obscœnis canticis præstrepunt, dictaque pudæda spectantur. Hæc & pleraque alia facile ægrotum ac nutantem animum, suisque oblitum in deteriorem partem applicat. His adde-

gibos.

Lib. 7.

*Ut animi
propositum
sele. err. fac
cessum obli
ueat.*

*Quare quis
que fiat eme
dator.*

cibos delicatos ac delectabiles, qui ad auctis humoribus lumbos stimulant, obsecernatq; partes sculpturunt ac tenuigine afficiunt. Hinc ad luxum atque in glunem, ad profusas libidines, ad fœdos cōcubitus, ad enormes atq; effrenes cupiditates reditus; Sic.

*Cibi deliciae
libidines
fomenta.*

— Ad mores naturæ occurrit

Dammator, fixa, ac mutari nascitur.

Iuuenalis

Tanta est enim natura humana ad deteriora propensio ac procliuas, vt nisi Deus salutis nostræ auidus,

Satyr. 14.

continenter aures vellicet, ac calamitate subinde nos exerceat, omnia in profundam obliuionem deuegant. Sic iuxta Esaiam, Tantum sola vexatio intellectum dat auditui: hoc est, Nemo nisi ingruenti

Cap. 29.

bus periculis, obortaque calamitate expergiscitur, atque aures arripit: nec vnquam fugalis ac moderati victus ratio in mentem venit; aut vlla sãbit aut concipitur emendationis vitæ cogitatio, nisi illata clade; aut cum febrilibus morbisque oppressos, sanissimis doloribus excruciarî nos coningat. Nihil est autem quod hominem à Deo magis auerit, atque

Proverb.

alienum efficit, quam rerum omnium affluentia ac prosperi successus. Afflictio vna est, quæ ad gemitus ac suspiria ad sanioris vitæ propositum nos reuocat.

Affluentia

Nec cuiquam persuaderi potest, displicere Deo vitam suam, mores, studia, in vituta, nisi animus maxime

Secordes & accedentes

fasti.

ore aliquo atque ægritudine, corpus morbis identidem affligatur, ita enim ad salutaria quæque monita ac vellicationes obfurdeat animus: sic mens peccandi assuetudine occalluit, vt mitiores castigations vel respuat, vel non magnopere iis commosueatur, ne vlla respiscendi spes se proferat, nisi acerbiora remedia admoueantur. Hinc illa Dei per Esaiam comminatio. Quoniam populus non est reuer-

Cap. 5. & 6.

sus ad pœnitentem se, ideo non est auersus furor eius, sed manus illius adhuc extenta, ac denuo ad faciendum exponeãta. Similis est apud Hieremiam

Cap. 2.

Her. 5.

querimonia: Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Rursus, Percussi eos, & non doluerunt, attriui eos, & reuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram & noluerunt reuerti, magnificati sunt, ditati, inctiasti, impinguaui, & praterierunt sermones meos pessime Quocirca Deus aliquando nos premit acerbius, quoad frugem mentemque saniozem reuocet. Sic Alexander Macedonum rex, qui sibi diuinos honores decerni passus est, sagitta percussus conspectoque effuse promanante sanguine, hominem esse se meminit, ac confestim ferociam saltumque remisit. Quo spectat illud Philomographi: Humiliasti tanquam vulneratum, superbum: omne illius robur cõtriuisti. Quamobrem cum res maxime secundæ existunt, omniaque ex voto atque animi sententia succedunt, ne quis prosperitate successuq. nimio elatus se iactet insolentius, aut immoderate exsultet, sed quisq. secũ ipse expendat, ac meditetur res aduersas, damna, clades, pericula, calamitates, morbos, infortunia singulis momentis cuiq. impendere, eaq. Deũ homini nonnunquam inferre ad emendationem ac medelam, ad errorum castigationem, & quo respiciat, cet tamq. salutis fiduciam, erecta in Deum mente concipiat. Quod cuique relictum esse uult, ac nullos non attente obseruare, cum inquit: Si dereliquerint filii eius legem meam, ac mandatis meis non fuerint obsequuti, uisita bo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata illorum, misericordiam autem meam non auferam ab eis, neq. nocebo in ueritate mea. Quibus palam facit, castigari nos ad emendationem, non ad interitum: quo domitis cupiditatibus cohibitaq. peccandi licentia, ad probitatem ac uitæ innocentiam, ad integros atq. incorruptos mores quisque se conferat. Est siquidem Dei in nos animaduersio, quoniam à paterno affectu p̄ficiuitur, summi amoris argumen-
tum

*Alexander
faucatus fra-
gilitatem
suam agno-
uit.
Psal. 38.*

Psal. 38.

*Deus casti-
gat ut emen-
det.*

tum, ac benevolentiae reſtitutio. Quem n. diligit dominus caſtigat, flagellat autem hominem quem recipit. Quos vero Deus patitur vagari licentius, ac viuere laxius omnibusq; corruptelis inuolui, nec tacito aſſatu ab errore reuocat, quoniam pro deſeruiſiſ habet ac deſtitutiſ. Nō uilitabo, inquit, nec animaduertam in filios, ac filias veſtras, cum fornicati fuerint, nec in ſponſas, cum adulterio ſe contamināt: ut ſunt nonnullae, quarum etiā noſtra aetate edita ſunt exempla, quae ſe aliis ſubiecerunt, anteq̃ cum ſponſo, cui paulo ante ſolemniter ſe addixerant, congrederentur, ita ut illarū pudicitia à riuali ac cōpetitore expugnata ſit, ut alius quiſpiā illam delibariſ, vulgo aiunt *ghepraefi*, antequam peracta nuptiali pompa ac celebritate, in thorum genialem ſe collocarent, ſpōſum amplexura. Ita Deus irritatoſ ſcelerum continuatione, ac peccandi aſſuetudine, manum à percuciendo ſuſpendit, ac ſuſtinet illos labi ac corruere in omne dedecus, p̄brum, ignominiam ſuiſq; deſideriis obſequi: quoſ viuendi errore primum conſequentur turbulentam atque inquietam mentem, qua nihil homini obtingere poteſt, aut calamitoſius aut afflictius: deinde præter inſelicem exitum ac mortem acerbam, in qua nihil habent, quo ſe fulciant, ſempiternam poenā atq; intolerandos cruciatus.

Si quando itaq; homini aſſuant res domeſticae, o-
pes, facultates, diuitiae, aurī argentiq; immenſa pon-
dera, ædes ſplendidae, ſumtuola ſupellex, veſtes ex-
quiſitae, quibus omnibus cumulate fruitor, nunquā
illi excitat illius memoria ac recordatio, cuius mini-
ſcentia hæc tam aſſuenter obtingerunt, atq; obla-
ta ſunt. Nihil n. vitij habet ædium ac villarū magni-
ficentia, pecuniarum, p̄diorum, latifundiorū, iugerū
poſſeſſio, modo vſus ſp̄ctetur & commoditas: deni-
que quod præcipuum eſt, & poſitiſſimum exigitur, ſi
ciga Deum adſit gratitudo, atq; in tenuiores bene-

O

*Proverb. 3.
Hebr. 12.*

Oſea 4.

*Adulteria
notantur.*

*Gratitudo
erga Deum
exigitur.*

*Diuitia non
trahit ſed ea-
rum abuſus.*

ficentia, Commonuit tale quidam, ac sedulo inculcauit Moses Iudaorum ex Dei præcepto ac traditione legislator, ne quis vnquã admittat, vt in obliuione iis deueniat, cui nos nostraq; debemus, Cum comederis, inquit, & satiatus fueris, ciboq; expletus, denique ædificia splendida exstruxeris, atq; accumularis tibi auri argentiq; vim, pecudes atq; armenta omnib; q; rebus auctus fueris, obseruato ne eleuetur aut extumescat cor tuum, & excidat menti tuæ Dominus Deus tuus, omniũ istarum rerum largitor. Ne quoq; id exprobreter atq; obijciatur ingratiss atq; obliuiosis, butyrum de armento, lac de ouibus, cum adipe agnorum & arietum, medullam tritici, & sanguinem vna meracissimum affatim illis Dominus attribuit verum vbi incrassatus est dilectus, recalcitrauit, impinguatus, satiatus, obesus factus, obliuioni dedit Deum conditorẽ suum, & ingratus fuit erga auctore salutis suæ. Quapropter huiusmodi desertoribus, atroces minas ac terrores Moses proponit, multasq; neclades atq; horrendas calamitates illis obuenturas denantiat: quo ex his posteri documenta capiant, ac perscipiant, vt apud Hieremiam Deus pronuntiat, qui in eodem argumẽto versatur, quam malũ sit, quamq; acerbum atque amarum reliquisse Dominum Deum suum, nec vilum esse timorem, aut reuerentiam erga ipsum, dicit Dominus Deus exercituum.

Lapidis seu gemma terra maris, eruta, vel animantium corporibus exerita, quæ ut ac facultate polleant, quæ uero ratione aliquid efficiant.

CAP. XXX.

Gemma ac lapidib; non deesse suos effectus, modo ne adulterini sint, ac factitii, cū ratio, tum experientia cõprobat. Itaq; annuli gestamẽ, aut monile non minus decenti quã efficaci gemma decoratũ & oculos oblectat, adipe atq; gratũ est, & vim salubrem in corpore exercit, idq; non abdita solũ occultaq; pro-

Dent. 3.

Dent. 22.

Cap. 3.

prietate, quam ab astris, vt Marsilius cenfer, cōsequi-
 tur, sed ab emanante virtute, effluxūque latenti, qua
 spiritus vitales afficit ac recreat. Vt enim gemmæ ex *Simile à*
 ambiente aere obnubilantur denſamq̄ auram con- *gemma.*
 cipiunt, atq̄. halitus copioſos imbibunt. Sic etiam ex
 ſe inuiſibilem tenuemq̄. vim eiactulantur ac vibrant.
 Quamquam enim res ſolida ſit calor tamen natiuus,
 deniq̄. contactus, attritus, confricatio vim quam im-
 butæ ſunt, elicit, cordiq̄. ac cerebro illam communi-
 cat. Erant ſiquidem gemmam, quæ vulgo Turcoſa *Turcoſa.*
 dicitur, ſæpius mutari conſpexi, atq̄. expalleſcere na-
 tivoq̄. colore deſtitui, vbi qui hanc geſtat, languēſcit,
 aut vāletudinarius exiſſit, eandem rurſus cum cor-
 pore reuiuifcere, ac colorē amabilem, nempe qualis
 eſt ſereniſſimi cœli, cœruleū exhibere, ex natui cal-
 oris temperamento. Nec eſt vlla p̄p̄modum gem-
 ma, quæ non mutationem ſuſtineat, ſi homo vel in- *Impuri geno-*
 temperans eſt, vel non ſatis pro dignitate continen- *ma conta-*
 tiam ſeruet ac tueatur. Deperit enim illi vis inſita, o- *minant.*
 mnifq̄. nitor ſordēſcit ac obſcuratur. Quo ſit, vt qui ſe
 adulteriæ contaminant, thorumque legitimum ac
 geniale commaculant, tum qui vago ſordidoque
 concubitu ſe polluant, nunquam ſpecioſas nitidaſq̄.
 gemmas circumferant, ſed fuliginoſas & nubilas, tū
 quæ inquinamenta contrahant ex foedo halitu, quæ
 cum ab illis tum ſcortis emanant. Contrahunt enim
 aliquid vitii ex putidis corporibus, quæ virus exha-
 lant, illaſque venenato halitu inſiciunt: vt mulieres
 menſtruo inquinatæ ſpeculi nitorem obſcuſcant. Ces-
 terum ſi inefficaces eſſent gemmæ, nulliſq̄. effectus,
 non tam accurate, tantoque ſtudio Moſes indumen- *Exod. 28.*
 tum Pontificis, quod Rationale vocant duodecim
 gemmis decorari præcepiſſet, quarum Ezechiel quo-
 que ac Ioannes in Apocalypſi meminere: in qui-
 bus non ſolum ſpectari voluit ornatum ac colorem
 blandimenta, ſed etiam vim mirificam effectusque

varios atq. admirandos, de quib. cum abunde multa alii, de lapillis nobis instituetur sermo, qui animantium alitumque ac piscium corporibus eximuntur, quorum pleriq. ventriculos, nonnulli capiti inhaerent.

*Chelidonius
vel hirundi-
narius.*

Eruitur autem ineunte autumno crescenteque luna ex hirundinis ventre lapillus ab ea auicula chelidonius dictus, qui præsentanea vi pollet aduersus morbum comitalem: valde n. exsiccat, absumitque humorem tenacem ac glutinosum, qui huic morbo præbet seminarium. Est siquidem hirundo cuius excrementa Tobiz ademerant oculos, calida sicq. natura: quo fit vt in fornicibus ac concaerata testudine ex vdo. molliq. limo tā artificiali se nidos suspendant & affigant. Contactu enim suo humorem absumunt, coguntq. statim indurescere. Hinc medici cataplasinata ex iis cōsunt, atq. hirundinum combustiarum puluerē in discutendis gutturis atq. tumorib. efficacissimum experiuntur. Limaces quoq.

Tobia 2.

*Limacius la-
pis quo esse
dū polleat.*

ac grandiores cochleæ lapillos nobis exhibent candidos, sublongos, scabros, ima sui parte concauos: quos è capite expressos, in multos vsus referuare soleo. Vrinā siquidē stranguriosis molliuntur meatibusq. vrinarios lubricos efficiunt ac leniunt cōminuti, atq. ex vino exhibiti. Cōescit id genus lapidis ex liquorē mucoso atq. humore lubrico, qui humorib. facile transitum perficit. Qua ratione & partui auxiliantur hi lapilli, dilatant enim laxantq. locos, atq. vitium cogunt delibescere. Lingua autem subditus vnus aut alter miram vim obtinet in eienda salua. Quapropter aridis ac siticulosis in ore volutandum præcipio. Vdā enim siccit linguam, atq. humore stantantem sistit, que ac calorem comprimit. Qua vi & crystallus pollet, si subinde aqua gelida maceratus ori immittatur. Ex herbis eadem præstant portulaca, cucumis, semperuiuum, que vulgo barba tonis dicitur. Præferunt & rubetæ, seu bufones lapidem, qui nonnunquam

*Lapis d'vfo-
nu.*

nunquam eius animantis imaginem repræsen-
tat, verum annosa sunt, diuque in arundinetis vel
inter rubos sentesq. ac vepres diluuerunt, antequam
lapis in capite concreseat, aut aliquam magnitudi-
nem assequatur. Hæret atque afferuatur in familia
Lemniana bufonius lapis, qui magnitudine nucem
auellanam superat, quem multoties expertus sum
tumores atq. inflationes à venenatis bestiis illatas
discutere crebro attritu conta&uque. Habet siquidẽ
eam naturam, qua etiam bestia imbuta est, vt omne
virus eliciat consumatque. Si enim forex, aranea,
vespa, scarabæi: glires vlli parti infederint, damnuq.
intulerint, confestim à nostratib. ad hoc remedium
concurritur, admotoque parti affectæ lapillo dolor
mitescit, tumorq. sublidit, Multa sunt præterea pi-
scium genera, quorum capiti lapides durissimi inhe-
rent, vt lupo marino, coracino, vmbra, lucio fluua-
tilli, mugili, & quorum magna hibernis mensib. co-
pia, callaris, quos Belgæ *Schelvisch* nomine indige-
tant, à scabra cute ac squamata. Nam quia colore ci-
nericio, & corporis figura aselli dicuntur, vulgo *Cab-
beliau*. lapillis magna ex parte carere compertum est,
præsertim qui in fœmineum sexum referuntur: nam
ex masculorum capite exemi lapidem cædidum ima-
parte carinatum. Omnium genera contra, vinoq;
exhibita, dolorẽ cholicum compescunt, ac calculum
qui renibus infixus est, terunt ac cõminuunt, nõ so-
lum grauitate & pondere, vt quidam existimant, sed
instita quadam vi, qua humorum collectionem dis-
sipant, ac discutiunt. Carpionis triangularis lapis tri-
tus, sanguinis è naribus pluuium sistit ac cohibet,
adstringendi ratione, quod etiam gustu percipis.

*Carpionis à
capite lapide
eximitur.*

*De somniorum essentia & quatenus obseruanda, iisq. ad-
hibenda fides,*

CAP. XXXI.

Um olim incredibili superstitione ac vanitate,
somnia obseruare, iisq. fidere atq. ad sensum ad-

*Leuis. 19.
Deut. 13.*

*Somnia à
Deo aliquā
do immitti.
Naturalia
somnia ob-
seruanda.*

*De Dist.
nat.*

hibere soleant homines Deus Op. Max. qui nemine torqueri voluit anxius dubiisque; sebus ac fallacibus, quæ animæ tranquillitatem perturbant, vetuit, ne quibus in his obseruandis esset curiosus, ac temerarias interpretationes confingeret, euenitq; ambiguos comminisceretur. Huiusmodi enim imposturis nonnullos desistere à Deo, atq; ad impios cultus deuoluunt. Quod si Deus in somno mentes nostras in exquirenda illius voluntate oscitantes uellicat, animisq; nostris salutaria, quæq; illius uerbis ac doctrinæ cõsentiant, inserit; magni ea momenti esse conuenit, tum mag; ueneratione amplectenda; iis. n. indicat, quid exigat, quidve a nobis p̄stari uelit eorum, q̄ uel illius splendor illustrant, uel q̄ ad nostrum commodum, proliximiq; emolumentum spectant. Ceterum illa etiam excutere atq; obseruare fas est, nullaq; lex uetat, quæ in naturalium rerum ratione consistunt, sic tametsi non fixe ac stabiliter illis insistamus. cum plerunq; coniectura optatū euentum nõ consequantur. Imaginationes siquidem, & quæ per quietem simulacra menti obiciuntur, ex spirituum uaporumq; concursu atq; agitatione excitantur, qui si crassi sint densique ac copiosi, aut nulla in somnia animo obuersantur, aut cõfuse & obscure ea mens discernit ac diiudicat. Quod in temulentis fit, aut quos artus somnus ex latitudine opprimat. Quo fit ut somnia plerunq; turbulenta sint atq; obscure. Cum. n. ut Cicero ex Platonis sententia differit, ea pars animi quæ rationis est particeps, somno sopita læqueat, atq; altera pars immoderato poru ac passu sit obstupescata: uisa quædã obiciuntur tetra atq; immania, ut cū aliquo misceri uideatur, feras hominesq; trucidare, atq; impie cruentari, multaq; facere impure cū temeritate atq; impudentia, At qui moderato uisū quieti se tradiderit, ea parte animi, in qua ratio & consilium consistit, alacri atq; erecta, corpore uero nec inopia defecto, nec satietate afflicte oppresso; tunc eueniet, ut in eisdem

eluceat, & se vegetā acremq. ad somniandum præbeat, ac vita trāquilla & veracia occurrat. Cuicumq. n. operi interdiu homo intent⁹ est & occupatus, resoluto in somnum corpore, retrahat, secumq. versat atq. agit. Quod cuiq. p. suo vitæ instituto euenire, hoc venusto carmine demonstrat Claudianus:

Lib. 3. praestitio.

Omnia qua sensu uoluntur vota diurno.

Tempore nocturno reddidit amica quiet.

Venator disseisā thorolum membra reponit.

Mens tamen ad syluam, & sua lustrā redit.

Iudicibus lites, auriga somnia curus.

Vandq. nocturnis met. cauetur equis.

Gaudet amans furto permuat nauita merces:

Et vigil etia. sus quarit auarus opes.

Et indaquetur frētur frustra stantibus agris.

Irriguis gelido pocula fonte sopor.

Mi. quoque Musarum studium sua nocte silenti

Artibus innumera sillentare sō et

Nec sane alie obuerfantur animo cogitationes aut simulacra, vbi corpus optime constitutum est, quam diurnæ actiones ac quotidiana munia. Quod si quādo somnus nec perpetuus fuerit, nec placidus, sed inæqualis & interruptus, quem & insomnia a memoratis diuersa comitantur, ac minus consuetæ visiones occurrāt. vel crassis, vt Plutar. ait, humorib. abundare corp⁹, vel spiritus intus turbatos esse declarat. Sic temulenti ac febricitantes absurdis insomniis in quietari solent, adeo vt pleriq. horrenda spectra se videre imaginentur, lemures, striges, harpyias, & q. melancholicis peculiare, cadæuerosas facies, vultuq. terribios ac subtristes. Quib. vero bilis flamma redundat, facies, caedes, incendia, pugnas, rixas, iurgia mente cōcipiunt. Vt sanguinei tripudia, cātilenas, iocos, risus, ac lasciuia quaq. piruitosi largā aquæ copiam. Quapropter medici nō. prius operam luserint, si subinde ab agrotis, ac valetudinariis sciscitentur, qua ratione iis nox.

*De turba
valet.*

*Somnia a
grotum &
cōtium.*

*Somnia va
ria pro bu
morum re
dundantia.*

transacta sit, quibus infomniis mens fuerit exagita
ta illa siquidem morbos affectusq; corporis indicat,
atq; humorū redundantia commoustrant Si quis. n.
sordib. exnoq; volutari se somniat, fætidus putri-
dosq; humores in corpore coaceruatos, indicium est.
Si vero inter odoratos fragrantēsq; flosculos versari;
synceros, purosq; succos dominari argumento est.

De anno xliij. m. c. lxx. hoc est, scilicet 1773. gradario. septimo & nono, quibus annu corpora hominum manifestam mutationem sustinent: sinum potissime tertio & sexagesimo. Similiter de dierum criticorum ratione, hoc est, indicij morborum, quibus Medici indulitanter saluam vel mortem aegroti denuntiant.

CAP. XXXII.

*Lib. 15.
cap. 7.*

Augustus Cæsar, teste Gellio, sibi gratulatus dicitur, suaq; incolunitati abunde prospectum existimabat, q̄ a tatis annum tertium & sexagesimum euasisset. Is siquidem annus raro absq; vitæ periculo transigi senibus solet: cuius in Belgica innumera exempla obseruauī. Sunt autē duo annorum numeri, septimus & nonus, qui plerumq; rerum vitæq; immutationem ac grauiā pericula inuehunt. Quo fit vt sexagesimus tertius, qui vtriusq; numeri multiplicata atq; inuicē sibi connexam summā continet, non sine periculis acervo ingruat; nonies. n. septem, & sexies nouem: sexaginta tres constituunt, atq; ob id climactericus is annus appellatur, quia à septimo orsus, vitam hominis, velut per gradus quosdā, peragat. Itaq; omnes qui per septem, aut nouem annos confurgunt, decretorij dicuntur, in quibus magnam mutationem subeunt homines: nam vel calumniis impeti solent, vel grauissimis morbis diuexari, vel periculis obuii, vel deniq; aliquid perpeti detrimētum ac iacturam vel facultatum vel valetudinis. Hos ergo annorū decursus ac volumina in omnib. etiam ætatibus obseruare soleo, sic vt impubes atque infantēs periclitari expertus sum circa annū quartum,

*Annus se.
xagesimus
tertius senis
huius sexages
simus.*

Septimum, nonum, ac quartum decimum. Omnis e- *Lib. 2.*
 nim pueritia C. Celso teste circa 40. diem pericula- *cap. 1.*
 tur: deinde 7. anno, postmodum circa pubertatem.
 Plurimos autē noui, qui a tatis anno 1. & 20. sint pe-
 riclitate, deinde 28. nec vnquā post reuelutum annū
 vel 7. vel 9. ab incipiti morbo fuisse immunes: qui
 annorum decursus tametsi non minus anxie ac sus-
 perstitiose obseruandus metuendusq. sit vitis Chri-
 stianis: nihil tamen verat circa ea tempora modera- *Anni non*
 te, ac circumspecte vitam victusque rationem insti- *tuere, ne qua humorum copia coaceruetur, qua his obseruandi.*
 tuere, ne qua humorum copia coaceruetur, qua his *annis fomitem ministret, morborumque seminaria. Cur anni*
 annis fomitem ministret, morborumque seminaria *pbeat. Qua aut ratione per illos annorum circuitus climacteri-*
 pbeat. Qua aut ratione per illos annorum circuitus *morbi plerunq; in crudescant, à nemine hætenus ex rici pericu-*
 morbi plerunq; in crudescant, à nemine hætenus ex *plicatum est. Ego eo id euenire conicio: q̄ certis an- l. 5.*
 plicatum est. Ego eo id euenire conicio: q̄ certis an- *norum periodis corpus humanum magnam humo-*
 norum periodis corpus humanum magnam humo-
 rum collectionem ac redundantia congesterit, quo-
 rum motu atq. agitatione morbi excitantur. Cum
 enim natura ad immodicā repletionem deuenit,
 ac conceptacula humorum plenitudinem perferre
 nequeant, in morbum erumpere necesse est. *Quomodo*
 obrem omne studium operamque conferre expetit *evitanda*
 ad materię exsuperantis euacuationem, q̄ semper pericula *an-*
 uerere & autumno, vel incisione vena, vel purgantib. *ni climacte-*
 medicamentis molliendum est: hac enim ratione ef- *fici.*
 feceris, vt post septennale curriculum, aut in quem
 aliū annus climactericus incidit, morbum nō me-
 tuas, aut aliquam corporis immutationem pertime-
 scas. Ex hac autem annorum obseruatione mos ino-
 leuit apud plerasq. gentes, vt herus fundiq. dominus
 nouos contractus ineat cum colonis 7. quoq. anno. *Sim' te ab*
 Eadem ratione sylux ex salice, betula, populo alba & *arborum pau-*
 nigra, omnibusq; arbutis, quæ vdo mollique ligno *tatione.*
 constant, quarto quoq. anno cædi solent: quæ vero ex
 dura materia consistunt, vt sunt quercus, ilex, ro-
 bur, vlnus, fraxinus, septimo aut nono mutilari
 & truncariq. postulant.

*De: etotis
di. es.*

Non dissimili ratione dies criticos obseruant medici quos si quis ex Hippocratis præscripto exacte ad calculum reuocet, raro illum frustrari cõtinget, aut in prædicendis euentibus a scopo aberrare. Est autẽ Crisis subita in morbo, ad salutem aut mortem mutatio, quæ vel quarto, vel septimo, nono deniq., atq; vndecimo, decimoque quarto solet terminari: Non dẽsunt, qui ad lunæ effectum dies decretorios referant. Sic astrologi morborum iudicia decernũt, cum luna cõsistat in gradibus, qui vel quadrante, vel diametro mundi à signiferi parte distant, in qua hæret in morbi initio. Ceterum ad hos radios nunc signus nunc maturius puenit ob velociorem tardiorẽq; cursum. Crisis autẽ non omnib. eadem ob diuersas natures hominum, atq; ætatum, corporumq; discrimen, ac radiorũ qui à planetis aliis ad lunã deferuntur. Si decretorio die luna sit in domo sua, seu exaltatione cum Ioue aut Venere qui benigni sunt planetæ ac salubres, bonam fore crisiũ portendit. Si morbus in humorum plenitudine consistit: bonum est ipsam in radis terragonis seu oppositis decrescere. Quod si temporib. illidem luna Soli iungitur, vel Saturno, nomenosum est, morbiq; vel periculum, vel longitudinẽ denuntiat. Quod si luna decrescens Saturnum comitetur incipiente iam morbo, aut illud futurum indicat, aut lethalem. Sin decrescente hĩdere id ipsum eueniat: cito discussum iri a gritudinẽ indicat, minimeq; periculosam. Ceterum cum salutaria noxiãq; aliterum signa negligi olim, tum non nimis superstitiosis in hĩgendum censeo, sed Hippoc. potius obseruationibus insistendum, vt quæ mihi semper visa sunt magis fide, minusque dubiosẽ ac fallaces, modo quis exacte omnia expẽdat. Itaq; ego hanc dierum criticorum rationem non tam in astra, quam in naturam morborum corporumq; atq; humorum qualitatem ac copiam refero. Natura liquis

*Astra id.
morborum
indicia consi-
derant.*

dem

dem cū morbo luctatur eumq. excussisse laborat, q̄
si in retundenda morbi seuitia torpescat, aut sit in
ualida, primo quoq. tempore, nēpe vel septimo, vel
nono, ad summum decimoquarto die confict⁹ ter-
minatur Similem quiddā his corporibus euenit, q̄
virbi arctissima obsidione oppressa, qua cū non satis
instructa sit cōmēatu, aliq̄ ad propulsandos hostes
plūdiis, ne minimū q̄dem insultum pferre potest, sed
post quā aut alterā oppugnationē labasit, atq; in ho-
stium potestatem deuenit. Et quemadmodum non
nunq̄ intermittitur assultus, impetrato aliquo respir-
rādi spatio, ac rursus redintegratis virib. acrius pu-
gna in crudescit atq. intenditur: ita in acutis morbis
vsuuenit, in quib. obseruamus morbi impetum vt
tempestates ac fauiores ventos consulescere, sed de-
nuo tanta violentia renouari, vt natura egre subsistat,
nec vita in septimum diem producenda videatur.

Ceterum cum septenarii numeri vis & facultas in
multis natura rebus sit animaduersa, ac viri etiā ecc-
lesiastici magnā virtutem illi subesse persuadeant:
medicorū præcipue interest accurate illum obserua-
re. In secunda siquidē aduersaq. valitudine, in dieb;
mensium, annorumq. decursu ac morborū iudiciis
magnam obtinere momentum, quotidiana experi-
menta cōmonstrant, sic vt etiam qui inedia anxi so-
leāt, septimo demum die mortē oppetant, aut egre,
si aliquid lambant ac deglutiant, in nonum vitam
progare possint. sopitis extinctisq. spiritib. ac calore
humoreq. vitali consumtis.

*Qua ratione speculum obscura referat: Et quid studiose, quiq.
continenti iurata oculos fatigant, miridus speculi laser como-
modi præstet, cum qua ratione hebescentem speculum restau-
ret.*

CAP. XX XIII.

Secula quibus in luxum nostra abutitur ætas, for-
maxq. venustatē veniatur muliercule, cū ex aduer-
so seuis comunt ac possunt, genasq. atq. oculos sibi

*Simile ab
vrbis obsessa.*

*Simile u.
tempestati-
bus.*

*Septenarius
num. sui fat-
crasus.*

*Mulieres
comendā
studiose.*

fucisq. de pingunt in meliorem vsum excogitauit so-
 lertis natura industria, nempe vt contemplerur af-
 fide forma humana dignitatem diuinique opificii
 pstantiam. Quamobrem Plato salubri consilio remu-
 lentos adhortatus est, atq; iratos, vt sese in speculo i-
 dentidē spectarēt, confestim à tanta foeditate reces-
 suos. Quod ipsum Socrates adolecentibus cōsulere
 la obscūda, solit' est, quo si essent egregia corporis forma, ac fa-
 cie liberali, ne vitijs illā contaminarent: si vero de-
 formi essent specie, ac statura min' decora, illam in-
 genii culta, morumq; honestate pensarent: Inuenta
 itaq; sunt specula, teste Seneca, vt homo seipse no-
 secret Multi n. ex his consecuti sunt sui notitiā, atq;
 optimā vitæ instituentē: rationē formosus, vt vitet
 infamiā; deformis, vt cognoscat vitia corporis redi-
 menda virtutibus: iuuenis, vt ad moneatur de luxu-
 ram a tate formam, eoq; paranda viatica, qua auget,
 non depopularur senectus: senex ac rugosa anus, vt
 neglectis carnis illecebris, mortē imminenteam me-
 minerit. Ex speculo itaq; natura facultatē nata est,
 vt seipsam videat ac contempletur, in spe et oq; vultu,
 fronteq; ac facie, qua multarum rerum sunt indices,
 in sui consideratione versetur, naturaq; propensio-
 nem exploret Ita enim futuri sumus proprii corpo-
 ris physiognomones atq; inspectores, nostraq; vitia, si
 qua externus habitus cōmonstrat, poterimus obser-
 uare, atq; iis mederi Sic scite Plautus in Epidico:

*Non om̄ causa modo h̄c m̄net a quum fuit
 Sibi habere speculum vbi es contemplantur suum:
 Sed qui per se esse possunt cor sapientia,
 Igitur per specere vt possunt cordis copiam,
 Vbi id in se vident, cogitant postea
 Vitam vt vixerent cum in adoleſcentia.*

Hoc itaq; cōmodi p̄stat speculi v̄sus, vt oculorū
 aciē ex continenti intuitu retulām ex acuat, oculosq;
 laesos restauret: colliguntur, siquidē spiritus visiori,
 nouisq;

*Ebriū &
 aratū specu-
 la obscūda.*

*Natural
 quast. lib. 1.
 Speculi pra-
 cipuum vsus.*

*Ex speculo
 nostram con-
 ditianem ex-
 ploramus.*

monisq; à cerebro resilientibus recreantur. Quæ autè
 ratione speculum ex aduerso imaginem referat, à
 plerisq; dubitatū est. Alii enim in hoc simulacra esse
 opinantur, h. e. corporum nostrorū figuras à nostris
 corporibus emissas; alii imagines nō esse in speculo,
 sed ipsa adspici corpora retorta oculorum acie, & in
 se rursus deflexa. Itaque specula res ostēdunt per re-
 flexos radios. Reflexio enim à denso est; ideoq; spe-
 cula postica parte plumbo obducta sunt ne lumen p
 vitrum directe transmittatur. Res vero opposita ap-
 parer, q̄ pars radii mouens oculum dirigitur in op-
 positū, ideo rotus radius velut in partē illā, quasi ex-
 porrectus accipitur, quo cōsequitur vt res oculis ex-
 hibetur. Aduersa autē parte corporis, non auersa is
 imagines referunt, q̄ species quæ à corpore solido p
 aërem inanat ad speculi superficiem, simplex puraq;
 est. Imagines itaque in speculo collucēt, cum ex eo
 radii luminosi regenerantur: repetitū enim ad o-
 culum, resulant, in quo se conspiciēt, & figuram gra-
 phice expressam quisq; intuetur. Non n.p. speculum
 videmus, nec imago formatur in speculo; sed in o-
 culo: speculum tamē adiuuat, cum visam referiat. Atq;
 hæc est causa, cur experrecti nocte lumen primo in-
 tuita videam, radiis retrocedentibus, seseq; intuen-
 tibus, atq; in se retortis. Hinc collige, cur partes cor-
 poris dextre efficiantur in speculo laue, & e diuerso:
 Simile enim quiddam accidit, quod tabula malleq;
 cereæ, aut argilaceæ, in quam sigillum imprimas,
 illidaq; in reflexu, contrario modo se partes exhi-
 bent. Quod ipsum etiam in Typographicis formulis
 perspicimus, tum laminis affabre calatis, quib. arti-
 ficiosa monochromata, h. e. effigies nullo pigmento,
 aut colorum fūco delineatas exprimi videmus, quo-
 rum semper partes dextre sinistris correspondēt. Ce-
 terum qua ratione contingat solem in speculo aquis
 subdito geminatum conspici, quod etiam in nubib.

*Speculum
 quid oculis
 conferat.*

*Speculum
 cur ex ad-
 uerso ima-
 ginem refe-
 rat.*

*Simile à f-
 gū.*

*Simile ex
 typi libra-
 riū.*

fieri solet portentoso omine, vt imperiti quidam existimant, à plerisq; non animaduertitum est. Sunt enim qui existimant Camiculam, aut fidus aliud in conuicio constitutum spectari, cum Solis splendor omnia alia stellasq; ita obscuret, vt interdiu cõspici nequeant. Verum duplex exhibetur Solis imago, primo aqua, deinde speculi ratione. Aquã siquidem speculli naturã exprimate, omnia que auctiora efficere præter experientiam Virgilius ille Corydon testatur,

*Sol geminus
in speculo a
qua subãrto,*

Sel. g. 2.

*Ne sum adeo isiformis, nuper me in littore vidi,
Cum placidum vntis stare mare.*

Primo itaq; speculi fulgor Solis formã reflexu ostentat, deinde aqua. à cuius superficie retorqueri Solis radios contingit. Par est ratio de face, candela, aut Luna speculo aqua immerso opposita, quã duplicem rei obiectæ imaginem per reflexionem exhibet. Sunt & in alium vsum excogitata specula concaua, quæ Soli opposita per reflexionem ignẽ flammæque eliciunt, ac stipulas, festucas, alioiq; fomites ac nutrimenta arida succendunt. Sic Archimedes hostiũ tritremes vrentibus speculis incendiisse legitur. In illis siquidem reflectuntur omnes radii Solares extralocum incidentem, atque ad unum punctum concurrentes obuia quaque inflammant.

Vrentia specula.

*Archimedi
memorabile
factum.*

Qua vt & facilitate polleat aqua vitæ, seu vinum ardens & causticam, vulgo Brandevvin, & quibus ad tuto exhiberi possit: obstat admirãdi aliquot facti huius l. quoru effectus

C A P. XXXIV.

Excogitata est superioris ætatis memoria in vsum ac commoditatem tuendæ valetudinis secundæ, propulsandæq; aduersæ, Ars stillatitia qua ex herbis liquores ac medicatos succos elicimus, quos, tametsi non omnino pares cum his effectus obtinere certum est, nec tam efficaces, vt herbarum dilutum aut decoctum, vel deniq; expressus succus: non tamẽ profus reiiciendi, vt nonnulli fastidant, nec censendi omnino

mnino

vino inefficaces atque euacua, cum illorum vis &
 qualitas nō penitus intercidat atq; aboleatur, quod
 ipsum cum plurima, tum aqua vite, seu, vt vocant,
 ardens ac sublimata, quod ex generoso nonnunquā
 vino, plerumque ex fœce cuiusq; villi vapescentis per
 turbinem seu metam furnariam prunis moderare ex
 calefactam exprimitur, explorari potest. Illius liqui-
 dem vim mirificam in multis rebus sum expertus.
 Quamlibet enim asperū intensumque gelu existat,
 liquor is nunquam congelascit, nec in glaciem con-
 crescit aut cogitur, adeo vt arramentū in scriptorium,
 tum pleraq; alia, quib. guttas aliquot admisceri con-
 tingit, nunquam frigore consistantur, idq; ob ex-
 tremam caliditatem ac tenuitatem qua est imbuta.
 Quod si experiri velis, syncerane sit, an adulterina
 hæc quinta essentia: mantile aut linteum liquore il-
 lo madefacito, ac flammæ admoeto, si cōfestim in-
 ardescat illa fo intactoq; linteo, efficacissima est. In-
 flāmescent siquidē sudariola aqua hæc macerata, at
 non consumuntur. Flamma n. leniter modo peplo
 incumbit, nec penetrat; sed lambendo absorbet co-
 gnatum sibi, ac familiarem igneæq; naturæ liquorē.
 Quod si volēs manus non nihil imponas, admota ex
 ardenti papyro flamma: ardescit quidē palma, at ma-
 nus non vritur. Si vero succo maluz aut mercurialis
 manus oblinas, inoffense citraque lēsiōnē plumbū
 liquefactum tractare poteris, modo celeri motu id
 perficias. Non est autem in rerum natura plumbo li-
 quido, aut oleo feruido quid vrentius, adeo vt si eo-
 chiscar stanneum aut plumbeum oleo feruenti aut
 plumbo liquefacto immergas, cōfestim liquecat
 ac dissoluatur, quod inferuentissima aqua nunquam
 effeceris. Oleum enim, & pinguis quæque feruidis-
 sima sunt, caloremq; maximum concipiunt, sic
 vt plumbum citissime fluxile fiat, ac liquecat pin-
 guedinis admixtu, cum aqua prohibeat, quo
 minus calor in plumbum penetret; eoque sit,

*Alambicum
vulgo.*

*Aqua vite
vis.*

*Aqua vite
vt explore-
tur.*

*Plumbum li-
quefactū os
non vrit.*

*Plumbum
liquefactum
& oleum
feruidum v-
rentissima.*

*Quatuor
lini. inter
liquores.*

*Oleum lini
& sesami nō
congelat.*

*Vinum as-
dens quib.
resol.*

vt anguilla in craticula tosta, vehementer digitos
adurant, si incircumspecte versare pergas, ad hanc e-
nim pingue digitis ac cutem exulcerat: ardoreq; ve-
ficas ac bullas excitat. Cum autem quatuor sint, quæ
leuitatis ac grauitatis ratione inter se certent, vinū,
aqua, mel, & oleum: horum omnium leuissimum, mi-
nimeque ponderis est vinum ardens, quod oleo ad-
mixtum fluitat, summasq; partes subit, oleo in imas
subsidente. Est enim illud, prorsus excocta ter. ea omnis
concretio, totaq; illius substantia ignea, aereaq; ef-
fecta est. Proximum huic leuitate est oleum praeter-
itum ex lini & sesami semine expressum; quod nunq;
praeter ceterorum oleorum naturam, frigore indu-
rescit propter molliem atq; insitam caliditatem.
Huic liquor succedit ex virētib; herbis ignis vi ex-
tractus, & vinum defecatum, quod minimum dulcedi-
nis admixtum habet. Nam vinum exoticum illud, quod
bastardū, & quæ nos seropon, aut zerapium voca-
mus, omnem liquorē grauitate superat, ita vt dolia
illo liquore oppleta demergantur. Aqua cœlestis, mo-
do ne sit turbida, eiuſdem fere cum vino ponderis
est, nēpe ea quæ in se Maio cœlitis de lapsa in mul-
tos annos referuatur. Mel vero iis tertia parte pon-
derosius est. Nullus itaque liquor, qui in aliquē vsū
corpori humano adhibetur; aqua vitæ, quæ sic appella-
tur, quod vitam fulciat, seniumq; remoretur, aut
leuior, aut penetrantior, aut quæ omnia à putredine,
aut corruptione magis praeruet ac tueatur: Cuius vsus
sic inoleuit apud Belgas, vt liberalis us quam va-
leterudini commodum est, assument. Neque enim om-
nibus, aut quouis tempore eius potus æque salu-
bris est, macilentis siquidē, sicq; nature hominib;
denique aestate vsus eius admodum perniciosus est,
adurit enim corpora, atq; humorem natium depo-
pularur: Obelis autem corporibus atq; humidis,
quiq; pituitosis humoribus redundant, nihil incom-
modat,

modat, nam & humores excrementofos concoquit, & corpora à lethargo, atque apoplexia, morbisque frigidis vindicare ruetur quapropter hibernis mensibus moderatum illius usum concedo, nempe seſ quidrachmam, quæ cochlearis mensuram implet, exquisite saccharo eduleatam, adiectoq; exigno panis primarii bolo, quo minus vi adurenti cerebrum nareſq; feriat, aut hepatis noxa aliquid penetrabili feruentiq; calore inferat. Foris vero admodum neruis ac musculis, membrisque algore oppressis auxiliatur, omnesq; affectus dolorificos, qui in frigidis humoribus consistunt, compeſcit ac disciuit vi calorifica, ac celeritate penetrandi. Quin & apopleſticis loquelâ restituit, si feminis eruca & acetis scyllitici momentum illi commisceatur. Quod si id genus factitii vini bis aut ter in alueû stillatitium immisſum ignis vi extrahatur, incredibilem vim penetrandi consequitur.

Argenti vini prodigiosa vis & natura, quod Belgii à mobilitate Quickſilber dicitur.

C A P. XXXV.

Duo constituta sunt in natura rerum principia, ex quibus constantur ex imis terræ visceribus. omnia metallorum genera, quorum sulphur, ut patet omnia efficit ac molitur; argentum viû vt matris vice fungens, ea ex se elaborari patitur ac produci: primum aurum, mox argentum, deinde ignobile quodque metalli genus vt stannum, plumbû, as, cuprum, ferrum, omniaque cum suis primordiis affinitatem ac naturæ cognationem habent. Singula n. igniliqueſcunt, atq; ad opus quodq; ductile accommodari possunt. Hydrargyros autem, h. e. aqueum istud argentû ac fusile, qua vi & facultate polleat, cuiusq; qualitatis sit particeps, frigidane an calida, varie inter se disceptant Medici. Sunt qui frigidum & humidum esse contendunt; argumento quod tactu miram fri-

Sulphur & argentum visum metallorum principia,

gilitatem membris inferat, eaq; in stuporem ac paralyſim ad ducar: alii calido ſiccoque affectu eſſe ſtatunt, quod penetrabili vi conſpiciatur, adeo vt incifa vena eorum, qui ſemel atque iterum ex morbo Venereo inuncti fuerunt, argenti viuum emanaffe conſpectum ſit: quod ego fieti crediderim, non ex inſita aur genuina caliditate, ſed quod rebus quibuſdam vrentibus vel exſtinguatur, vel admilceatur, quibus retundi ſolet atq; hebetari frigida humidaga-
Pulvis pra-
cipitatus.
 qualitas, atq; ignea quaedam induci. Eſt liquidè pulvis quidam in vſum Chirurgis circumforaneis, precipitatus dictus, quod opus ſuum celeriter ac precipitanter peragat, nō ſine grauiſſimo corporis incommodo, ardentem enim vim ac delectia huiusmodi præparandi ratione adſciſcit ex Chalcantibi, aluminis, & ſalis nitri mixtura. Ceterum cum argenteus hic liquor diſſipatus ac diuulſus, ita rufus coeat, ſibiq; cohæreat, atq; in ſe conglobetur, vt nō ſit traſſibilis, ſingiq; poſſit, nec vllis medicamentis miſceri, niſi illius mobilitas cohibeatur, excogitavit in diſſia humana aliquet rationes ac modos, quibus id effici poſſit, cuiusq; agilitas domari. Inter quos ille ſecurior eſt magiſq; innoxius, qui ſaliua hominis perſicitur, cui momentum cineris, aut puſillum triturae oſſis ſepiæ admixtum eſt. Eſt autem ſepiæ felis marina, cuius oſſe candido & friabili vtuntur aurifices, carne lubrica, ſanguine qui atramenti vſum præbeat. Ceterum hoc admiratione dignum eſt, quod cum omnia, quæ ex terra eruuntur, quamlibet ponderoſa ſint, huic metallo innatent chalybs, ferrum, plumbum, atque ænea quæq; ſolū aurum ſubſidit, ab eoq; abſorbetur, atque argenteo colore imbuitur, qui niſi igne elui poteſt, ſic enim in fumum reſolvitur, atque in auras euaneſcit, teterrima odoris foeditate, non ſine graui altantium noxa, vt quibus membra obſtupeſcant, neruiq; emolliantur: quod ſere in his ſpectamus.

Felu mari-
na.

mus, qui deaurandis vasīs argenteis occupati sunt, neque enim argentum auro obduci in crūstatiq. potest nisi argenti viui ministerio, quo vno obsequio suū sit ac tractabile: nam est omnia metallo recipiat, solo auro afficitur, eoq. se commiscet, fingi que patitur. Sic saepe experimentum feci in argenti viui sesquialibra, duas plumbi libras innatare, auri vero denarium, vel etiam scrupulum, quæ tertia drachmæ pars est, demergi. Ex omnibus autem metallis ægerrime adhærescit argento, ægrius admodum plumbo, diffici-
lime ferro, æri mediocriter. Huius argenti viua cillimiq. liquoris conditionem aliqua ex parte æmulatur plumbum liquefactum. Omnia siquidem illi innatant, ferrum, illicies, testæ ac pleraq. alia quæ igni non liquefiunt, naturaq. sunt fluxili ac fluida: nam cum plumbo liquido nihil sit magis fetuidam aurum, argentum, stannum illi innatant quidem sed cōfestim, vt cera, dissuunt ac dissoluuntur. In eo quoq. argento viuo affine est, quod in planam tabulam effusum, guttis hinc inde dispersis, illam lubrica humiditate non imbuunt, nec tabellis in hæret, sed incredibili agilitate motuq. instabili rursus coit, ac globuli in sese confluunt, ac conglomerantur, hoc quod materia illis densa sit, coacta, solida, ac continuata, eaq. densitate, vt nihil aeris in se contineat. Quo fit, vt non solum ponderis ratione, sed quod nihil æreæ substantiæ in se contineat, in inum deuoluitur. Sic Agallochum seu lignum aloes licet leue sit, nec vltius ponderis subdidit atque aquæ immersum in profundum labitur, quod cōpactum sit, nec illi quidquam inane insit.

Qua ratione in salu inopia carnes, ab æq. edulia à putredine conferuari possint. Obiter salu acetiq. vnum rificat.

C A P. XXXVI.

Salis conditura quantopere nobis vsui sit & necessaria, nemo est qui nesciat. Nam præter id quod

P. 2.

Nihil absq. argento viuo innatatur.

Lignum aloes licet leue sit, nec vltius ponderis subdidit atque aquæ immersum in profundum labitur.

*Quod salis
genus opti-
mum.*

*Salis eundis
eatem con-
fert.*

In sympos.

sal esculenta quæq. sapida efficiat, gustuiq; ac palato gratissima, cibiq; auiditatem incitat, rō omnia à putrilagine vindicat ac tuetur, præsertim cui omnes limolæ sordes excocta ademptæque sunt. Sic enim micam colore splendescit, illoque turo conditi quæque possunt, atq; in multam astatem asseruari: absorbet enim confumitque excrementitium omnem humorem, ac cogit densatq; carnes, ac salamenta quæque ne quid ex ambiente aere putredinis subire possit. Ceterum mirum cuiq. non immerito videri potest, fecunditatis atq; expugnandæ sterilitatis quandam vim inesse salis: denique agros quosdam feracissimos conspersu effici, quod à vero non esse alienum experimento compertum habeo. Obesa siquidem mulieres, quæ magna ex parte effœta sunt, moderato illius in condimentis vsu fecundæ fiunt, ac cōceptui idoneæ, abstergit n. omnem viginem, vuluamque plus satis vdan ac madidam exsiccat, efficitq. vt genitale semen facilius vtero minus lubrico adherescat: aridis aut mulierculis & quibus vterus torridus est, vt fundus & terra siticulosa, humectantia exhibenda: nam salia ac acria respuunt. Viris quoque lumbos incitare, mouereq. tentiginem Belgæ demonstrant, qui cum salitis assarum vtrantur, impense salaces existunt. Sic frequens marinorū piscium elus, omniaq. testacea, ostrea gammari, locūstæ, caneri, cochleæ, conchæque marinæ libidinem concitant caliditatis mordaciq. naturæ ratione. Quæ de causa Ægyptii, Plutarcho teste, à sale, omnibusq. salitis abstinerūt, quod salem Veneream irritare persuasum haberent. Itaque insipida potius sumenda existimabant, quam condimento omnium suauissimo vti, qui mihi nimis superstitio se id obseruasse visum, inec fatis valetudini consuluiisse, cum à corporibus hominum putrefactionem sal arceat, humoremq. alienum atque adscutitium consumat; adde quod fecunditatis progignen-

gnendæque sobolis genuinam quãdam vim inſitam habeat, qua cõiugalis fœderis societas ſtabilitur. Ex pergefãcit enim animi vigorem moderatus eius vifus, ac non ſolum in amplexu, figendiq; ofculis, ſed in omnibus negotiis obeundis reddit alacriores & creſtiores: fœcunditati autem auxiliari vel illud argumentum eſt, quod immẽſa vis marium foricumq; in marinis nauibus enaſci ſoleat, & quod mulieres ſalinariã cõtinenter pruriant, multarumq; prolium ſint feraces: vt quibus naturã ac piſcatores in portũ delati, ſunt adiumento, q̄ ſtrenue rerum ſtarum ſatagunt. Hac induſti ratione in nonnullis regionibus coloni, iumentorũ pabulo nonnihil falis inſpergũt, & iumenta quo ſint ad cibum auidiores, atq; ad ſubeũdos labores, ſacunda res, gignẽdumq; magis alacres & creſti. Aggũs quoq; præſtat ſterilitatem eo expugnant, vbi plus ſatis paluſtres ſunt atq; vlginoſi: Cæterum ſi oppida, arceſq; obſidione oppreſſas huius penuria laborare contingat, falſugo ex aqua marina conficienda, quam tum demum efficacẽ experieris, cum ouum aut ſuccinum, quod vulgo ambra dicitur, in illa ſuiter. Huic in cõſecrandis edulis viribus proximum eſt aceturum, ac vi non tam diuturna; niſi n. poſt aliquot meſes priori effuſo, recens conditiis rebus inſundatur, mucore limoq; obducuntur. Qua autem vi & ſacũlitate poſſeat, cum ex multis, tum maxime ex eo experiri licet, quod ouum in acerrimo aceto triduo maceratum, aut plus paulo, in eam teneritatem teſta molleſcat, vt velut tenuis membrana, per annuli anguſtiam adigatur. Coricula quoque, aut ſilex aceto ſumptum, ac rotam diſe reſoluitur. Hinc Hannibal, quum alpes ſibi peruias faceret, atq; Italia inhiaret, ſeruenti aceto ſaxa diſſoluere ac diſſilire coegit alterius oculi iactura; tanta eſt enim ac tam penetrabilis aceti vis, vt ſaxa cotrodant ac comminuat, cuius aliquando experimentum

*Sol agros
& iumenta*

*ſacunda
præſtat*

Salſugo.

alle

Aceti vis.

Aceturum

ouum conſumptum, ac

rotam diſe

reſoluit.

*Margarita
aceto ma-
cerata li-
quefcatur.*

feci in gemma atque vnione feu margarita. fed non admodum fumtuofa, vr erat Cleopatra. Aegyptii regina, quam illa aceto immerfam ac liquefactam (nam eius vis afpera in tabem margarina refoluit) abforbuit. Simili ratione venenis reliftit, ac peftilentis morbi contagia repellit. fic vt confulte mihi facere videantur qui graffiante morbo populari moderatum aceti vltum fibi familiarem reddunt. Diflipat enim ac difcutit vtiliofum aerem, & fi quid in corpus hautum eft, prohibet humores infici ac putrefcere. Sic qui venena ore emungunt, ac fordida vulnera exfugunt, aceto acti os colluunt. Verum illud fudiole obferuandum eft, ne nimius eius fit vltus, atq; immodicus: nam cerebro ficcitatem infert, ac torminum excutit, quapropter aqua rofacea nonnihil admifceri iubeo ac pauxillum vini Rhenenfis, crociq; momentum; fic enim minus incommodi caput accipit. Eiusdem fere natura funt, parique effectus, quæ impenfè acida funt atque acerba, vr mala citrea, feu medica, tum quæ vulgo Aurengia, & id genus pomi, quod ouali formalimonis nomine paffim innotefcit, cui tam acidus inelt atque excedèris naturæ fuccus, vr fi huic malo per horas aliquot aureum nomifina in teras, imminuto accifq; pondere illud eximi deprehendes. Vt autem ifta perfici contingit vi algifica, ac frigore penetrabili, quod atque ac calor adurit. fic aqua ardens in præferuadis rebus eft efficaciffima, fi quidem carnes ac pifculenta quæque illa imbuta, à putredine tuta funt, ac vermiculis intacta. Cyminum vero, modo ne deftrillius copia, & caros, vulgo carui, poft faltem præfentanea funt in præferuandis eduliti, fi illis confricata recondantur, exficcandi ratione; adeo vrilli qui cerebro iis vltentur, pallefcant, atq; exfangues efficiantur, quod humorem omnem natium depopulentur. Mel quoque, & quæ fympus, dicitur fapore melleo, licet nonnihil

*Limonis
succus cors
roftuus.*

*Aqua ar-
dens.*

*Cyminum
Garas.*

*Mel,
Syr pus.*

ad

ad atrum deurgat, vt Passum quæ Aroba Hispanis
 dicitur, nonnullam etiam vim obtinet præferuan-
 di, præsertim cerasa, pruna, persica, uvas, omnesque
 fructus arbuteos: quod ipsum etiam in Ombactio,
 quæ Agrestia vulgo dicitur expertus sum. Omnium
 autem efficacissime, si cuiusq; generis fructus in olla
 feriatim collocatos, eaque accurate opereculo obdu-
 cta ac pice ita oblita, vt nihil vel aëris vel aquæ sub-
 ingredi possit in purci profundum demergas, elapsò
 anno omnia recentissima inuenies, saporisq; eximii.
 Cum enim ab ambiente aëre, omnique vitæ, si non
 sint remotissima, non est qui corrumpti possint. Hu-
 miditas siquidem omnia putredini obnoxia esse
 qua sublata, inductaq; siccitate, non facile quid tas
 befeit. Sic Merluca, quæ nobis *Stockvisch* vocatur
 Salpa alius est ab illo piscis, tum alti pleriq; vento in-
 durati, in aliquot annos asseruari possunt, quemad-
 modum & panis biscoctus, qui nunquam mucefeit,
 quod omnis humiditas excocta sit, intensus itaque
 lor, atq; frigus, quoniam ex æquo qualitatem suam
 inducant, corpora seruant impurida. Hinc elicit, qui
 fiat vt hybernis mensibus, geluque rigido atque æ-
 spero, minimo offensaculo cras frangi soleat. Si qui-
 dem ex ambientis aëris siccitate os fragile efficitur
 ac rigefcit, cum id statu coeli humido lentescat, ac fic-
 xile fiat. Quod ipsum obseruamus in candelis ex ce-
 ra sitæ uoque confectis.

*Nulla da mulieres rubicundia, macilentæ obesse magis salaces,
 magisq; viri desiderio prouinunt.*

CAP. XXXVII.

Mulieres illæ magis feraxæ sunt, acresq; in Venæ-
 rem, magisq; auidæ explendæ voluptatis, quib.
 plus caloris instû est, q̄ fere vsuæ nire solet pallidita

ac macilentis, quæq. subfusco colore existunt, habent enim illæ partes genitales acri mordacique subtilitate imbutas, quocirca irrigari humectarique populantur, atque hinc est, quod ætate fœminæ magis pruriant, ac concubitum appetant avidius, cum eo tempore iis calor augetur, flaccidus autem fiat visus ac languescat. Quæ ratione ruta, thymus, & pleraque impense calida, libidinē in viris extinguunt, acuant autem in fœminis. In illis siquidem humorem feminalem depopulantur ac desiccant: in istis consumunt supernacua humiditate atque vlligine, incalcescit uterus, atque ad libidinem incitatur. Quæ res efficit, ut vino, quod calorificum est, assatim impleri is tentet cupiat. Obesæ autem & rubicundæ mulieres, quibus affluenti humore perfractæ sunt, semenque genitium dilutum habent, cupidine languida, magisque sedati existunt. Itaque delectum vitos habere conuenit, nec cuius temere ac precipitanter dexteram iniicere. Quisquis enim gracili atque extenuato corpore, vergenti ætate ac deuexa, eam nactus est, quæ assidua prurigne vrirur, quæque lassata non fatietur, carnis cinam sibi paratam meminerit, quæ identidem in crudescit, ac magis magisque exasperatur: cum viro tanquam hirudo & sanguisuga continenter adhaereat atque affixa sit, nec patiatur defesso atque exhausto vllas in diuicias constitui aut tantisper intermittere congressum maritalem, dum vires collegerit, ac robur virile instaurationem sit.

An assuetudo enter atque, auidi, an sensim ac paruum, nonnulli scilicet, in uerualia, urgente siti, uel in mensa accubitu, bibendum sit.

CAP. XXXVIII.

PRæcipua tuendæ conseruandæque valetudinis ratio in cibi potusque temperantia ac moderatione consistit. Quum autem alias de sicco alimento ac panis esu abunde nobis tractatum est, de potione, & quo cuique modo ac mensura eadem adhibere conueniat, dicendum.

*Fœmina
aestate fixa
haecores.*

dum putau. Principio fanis non potest certo aliquid ac determinate præstibi. Quando quidem plerique diuersæ potandi consuetudini aduerti sunt, quam citra valetudinis iacturam ac detrimentum mutare nemini procliuè est. Optimus ac securissimus bibendi modus pro sua cuique arate, pro temporum ratione, pro inueterata inolitæque consuetudine, pro vini vehementia ac viribus decernitur. Sic potus vel vini, vel alterius liquoris sitienti præscribatur ad desiderium, redimendum, & vt cibus in sicco ne sit, nec fluilet, sed moderate potu madefcat. Subinde itaque modicèq; internallis corpus portione refocillari debet, ac cibus superinfuso liquore identidem macerari, quo commodius peracta concoctione venas subeat, atq; in corpus digeratur. Omnis ebrietas præsertim iugis ac continuata, Dioscoride recte, perniciofa, quoniam nerui copioso vino diebus singulis obfessi dant manus, totiusq; corporis compago soluitur. Quapropter moderatam esse decet omnis liquoris, qui temulentiam infert, potationem, in eaque saluberrimos ac sanos nos imitari par est, qui vbi recedunt in frustra concisa carniùm pisciumq; partes ac segmenta, saluginem per singulos ordines ac series infundunt, digestaq; sale condunt. Sic nos quoque, modo valetudini consulti cupimus, cibû decenti ordine ac quantitate ingestum, potu vbi res poscat, irigabimus. Incoata autè ceptaq; concoctione ventriculùm potu fatigare noxiùm est, interpellat enim ac remoratur naturæ facultates ac functiones, quibus operi insistit, cibumq; concoqui atque elixari prohibet. Vt enim olla ac lebetes deseruescunt, atq; ebullire desinunt offusa aqua gelida, sic ventriculus affluenti portione turbatus ab incepta concoctione desistit, seruisq; munia sua exsequitur, ac minus exacte cibum concoquit, vt qui ante legitimû tempus inconcoctus, vel in venarum angustias, vel in intestinorû laxi-

*Ebrietas
Dioscoridi
descripta.
lib. cap. 7.*

*Simile à
lanu.*

*Incepta con-
coctione po-
tus abstinet
dum.*

*Simile à
re culinaria.*

tatem propellatur, quo fit vt cibi vſes fruſtusq; hō-
mini pereat atq; ex viſcerum obſturbatione, qua hō-
morum putredinem inducit, morborumque a fe-
brum ſenſitaria acciri contingat. Quod ipſum ſis
quoq; euenit, qui inter initia, primoq; menſe accu-
bitu auidē ſe potu ingurgitant. Proli enim conſe-
ſtim alimenta contingit, nec diu ſtomacho inhære
re. Quamobrem conſultum arbitror inter edendum
non conſertim nec auidē, ſed ſenſim ac paulatim bi-
bendum, quo commodē vtraque miſceri queant pa-
riq; concoctione perſici illis præſertim, qui meatu
amplos habent, venarumq; conceptacula. Qui
verō ea vtuntur edendi conſuetudine, vt ad prandii
medium à potu ſibi temperent, aſſatim bibere de-
bent, quo potius penetrēt, ac per cibum vndiq; dif-
fundatur. his quoque, qui ex febris aſtuant, potus ite
focillatè gęſtiunt, aſſuenter bibendum, verum non
impigrit, nec raptim, ſed ſenſim longoque ac produ-
ctiore haſtu. Sic enim ventriculum vbertim hume-
ſcat, nec potius conſertim in veſicam delabitur. Mo-
dicus ſiquidem potus, nec ſtim reſtringit, nec cale-
rem reprimunt, ſed magis adauget. Vt enim carbonēs
ſolides in ſabrorum vaporario humentib; ſcopis ſub
inde irrigata inſtammefcunt ardentius, ſic parciore
potu accenditur, non ſopitur febrilis calor maiorq;
excitatur bibendi auiditas. Qui vero ex latitudine
aſtūque ſticuloſi ſunt, iis ſenſim ac placidē ſedanda
ſitis. Sic enim liquor magis adhæreſcit, omneſq; par-
tes aridas humore imbut. Caterum huic argumen-
to annexere viſum eſt illos, qui vel ex febris hectica,
vel phtifiſi tabeſcunt, atq; ex morbis extreme macie
lenti ſunt, cibum ſolidum magis commodē degluti-
re, quam vllum liquorem. Pondus ſiquidem, cibusque
grauitas vias iugulares dilatāt, metulq; gula peruios
facit, ſic vt minori negotio delabatur, quod potus
ſufficere nequit; cum n. paries ductuſq; gutturis, qui

*Senſim non
auidē bi-
bendum.*

*Quibus aſ-
ſatim bi-
bendum.*

*Ab aſſina
ſubtiliſ-
ſime.*

*Cibum ali-
quando cō-
modius,
quam potus
deglutire.*

huiusmodi officiis sint destinati, collapsi sint ac sub-
federint, sicut latera vring; se preman; potus pro-
prier tenuitatem, & quod nihil adferat ponderis, il-
los egre distare potest, atq; inoffense peruenire, ni-
si bibant assuetius; hac siquidem ratione dehiscunt

fauces ac porus defluit. Simile quiddam euenit pa-
ralyticis, & qui apoplexia feriuntur. Spiritus n. cum
tenues sint ac subtiles, nō facile à cerebro ad neruos
penetrant. Quo fit vt motus sensusq; illis eripiantur,
humores vero qui membra nutriunt, pondere ac gra-
uitate viam sibi sternunt, aditumque sibi ad paries
corporis patefaciunt. Sic radii solares caliginosam

dentamque nubem dissecare nequeunt, cum grādo
facillime id efficiat. Quocirca non est quod quisquam
mirerur, qui fiat vt paralytica membra notriantur,
cum sentiendi mouendiq; facultate sint destituta: p-

latas siquidē vias membra alimenta suscipiunt, suas-
que crassitie sibi viam faciunt, quod ipsum spiritus;
tenuitatis ratione, facere non possunt: nerui itaque
orbati spiritu animali, membris motum sensumque
adimunt, sed si per alias vias, quam per neruos nu-
triantur, nempe per venarum riuos ac sanguinis cō-
ceptacula.

*Quæcumq; proprie ac festinantior mature sciunt, & iustis hinc
gignuntur affliguntur, celestius intercedunt, nec diuturnam
aetatem perferunt: quod in fœtibus ac scriptum à quot gene-
a commonstrant.*

CAP XXXIX.

VT in arboribus omnisque generis stirpibus quæ
spectatissime adolefcunt, atque ante legitimum
tempus, consuetumque morem maturitatem asse-
quuntur, cito intercedunt ac confestim elanguescunt:
ita quoq; in humanis ingenijs & corporibus, si quæ
naturæ dotes ac munera speciosius maturiusque se
profertur, minus diuturna esse solent, ac festinātius
dilabi. Nō sabet enim solida vis, nec penitus firmis

*Spiritus non
æque ac ri-
bus, ad nero-
uo spene-
trat.*

*Similia
sunt in
grandine.*

*Nervi me-
in & sensu
prædit.*

*Ab arbori-
bus similes.*

*Dentato-
nasci, gene-
minisiam.*

*Tracolla
ano eius
nescunt.*

*Scrotini-
fructus
diuturni.*

*Properata
minus so-
lida.*

*Proverbiū
tristale in
putros pra-
mature a-
gti.*

radicibus nitantur, eoq; non temere ad frugem de-
ueniunt. Sic infantes, qui citius dentire incipiunt,
sunt, qui ex veteri latebris dentari prodeunt, celeri-
me dentes excutiunt. Prima enim illa dentium se-
ries obneruorum, quibus deuinciuntur, mollitudo
minus stabilis est, minuscq; firmiter infixæ. Similiter
qui citius ingrediuntur ac pedibus insunt, in ual-
dis minusq; firmis cruribus esse solent. Contra uero
qui tardius seruique incedant ingressu utuntur, se-
miori minusq; lapsantur. Quod ipsum etiam obserua-
tum est in his qui premature loqui, uocēq; forma-
incipiunt, postmodum hesitantius loqui, minusq;
articulate ac significanter profere verba. Itaq; mel-
lius est omnia cunctantius procedere, tarda q; incre-
menta suscipere. Siquidem cum natura suas vires
facultates cumulatius, quam par est, in membra pro-
fundas efficitur, ut a tatis accessu desit, quod illis in-
periat. Quo fit, ut illa partes deterius sua munia
functiones exsequantur: ut quas nullis viribus, ac
alimenti consuetudine fulciri contingat. In omni quoque
stirpium genere ac fructibus obseruamus serotini-
ora q; diutius asseruari: quæ uero festinatius ma-
rescunt, staccida uictæ que fieri ac putredini obnox-
ia. Celerius siquidem occidit festinata maturitas. Quo-
circa minus nobis probari solet in adolescentibus
precox ac prematurū ingenium, tum pleraq; natu-
munia, aut corporis animiq; dotes, quæ præter uo-
gatam consuetudinem, aut quam ea fert a tas, pro-
stantius se proferunt. Tales enim minus vitales con-
spici solent, morte q; properata confici. Quæ de re ce-
orta est proterbialis sententia apud Belgas, omni-
festinantius procedunt, *Hei ghaeter al'voor zyn in er-
leene.* Quo designant præter solitum, contra q; com-
nem temporis cursum, rerumq; ordinem ac rationem
pleraq; euenire aut perfici, desumpta translatione
infantibus, qui, nedum exacto anni curriculo, pedibus
in-

infiſtunt, nulliusque ſulti adminiculo hinc inde diſcurſitant, quod poſtmodum languide pſcipient, atq; ab incepta incedendi conſuetudine deſiſtunt.

Alimenta al quando vitiosi ac venenati ob quid cōtrahere ex beſtialium inſiſſi incubiturq;. Deinde humanū corporibus ex diſſuſi in illa ſordidū, ſimile quiddam innati, nempe mures, forices, glires, ranæ, rubetæ, ouſq; rei exempla.

C A P. XL.

NON ſolum vitioſi virulentiq; humores ex corruptis alimentis corporibus innatiſcuntur: ſed præter aliquot lumbricorum differentias varii quoque generis animalcula in viſcerum latibulis pullulant. Obſeruatū eſt enim noſtra memoria diſſectio mulieris cuiuſdam corpore beſtialias exentas foricibus, muribusque non abſimiles, quas natura ex ſordido aliquo excremento, quo alimenta erant imbuta, produxiſſe videtur. Calor ſiquidem natiuus in materiā illam elaborandam occupatus, non aliam ſpeciem, quam pro ſubiecta materiæ ratione effingere poteſt: itaq; inſita viſ natura ſui generis animalculū efforreat, ac molitur; humida illa ſubſtantia opifici obſequente ac ſequaci. Compertum eſt enim animalcula domeſtica catellos, feles, mures, forices, qui nobis glires dicuntur, atq; id ranarum genus, quod buſones vocat, & rubetæ, quum paſſim oberant, cellaſq; promptuaras depopulantur, aliquando excremento ſeminali commaculaſſe eſculenta, quæ cum homines à ſordibus non abluant, vel fructibus arbutis putamina, membranæq; ambientes nō adimant, ex illa vliſine, quæ cibaribus incumbit, dapeſq; polluit ac fœdauit, tale quiddam progeneratur. Quod ſi ex putredine limaces, cochleæ, mures: ex ſimo bubulo ſcarabæi, faci, veſpæ, ex aereo madore, humoreque roſcido, erucæ, papiliones, formicæ, locuſtæ, cicadæ, progerminant: cui abſurdum videri poterit, in corporibus hominum ex ſimili cauſa taſe quiddam gene-

Animalculorum in corporibus arge.

Beſtialia ex ſordibus generata.

rariora fertim cū efficacior hic ratio subit, q̄ huic reſ
cauſam præberat ſeminarium: illa ſiquidem iam
memorata ex putrilagine, non ſemine licet illi ſa-
culrate & viribus reſpondeat, cognataq; ſit atq; ſim-
ilis, pullulaſcunt. Ita vero qua in humani corporis
latebris animantur, ex vitali humore, viuoque ani-
mante profluxerunt. Non itaque alienum à ratione,
aut anile videri debet hoc, quod tractamus parado-
xum, cum tam multa conſpiciamus *ad r̄i ueræ*, hoc
eſt, ſponte, nulloq; animantis congreſſu ac concubi-
tu enata, idque ex humore quem circumfulſus ænis
calor ſpiritu vitæq; imbuit. Quam numeroſa n. præ-
ter immenſos terrarum tractus ſpatioſiſſimi atriſſi-
miq; Oceani gurgites piſcium genera profundunt
atq; in hominum commoditatem vſque proferunt.
Nihil enim mari toccundius, quod traſſionis ſit ſub-
ſtantiæ, ac ſpiritu caloriſſico vndiq; ſuſuſum. In quo
cum multa ex ſemine, tum pleraq; nullius pars com-
plexu atque aduinculo propagantur. Sic teſtacea or-
mina primū ex limoſo vdaq; vligine naſcuntur, tum
oēs lubrici piſces, præ fertim anguilla, que poſtmodū
mutuo cōplexu multa ſui generis examina præcreāt,
Aphia minutiffimi piſces ex ſpuma maris apud Ba-
tanos copioſe generantur, vbi poſt diurnas ſiccita-
tes copioſi imbres ingruunt. Si quidem cū oſtia Moſæ
ac Rheni aſſiduo Oceani influxu ſeſſeſcunt, a ſuius
præ fertim menſibus, ſtamina illa aſſuenti pluuia di-
luta atq; irrigata, piſciculis huiuſmodi vndiq; ſeſtēt,
qui vbi grandefcere incipiunt, inito complexu poſter-
itati inſiſtunt. Cum itaq; multa atq; admittenda na-
tura rerum, cuius vis Dei munere vndiq; diſuſa eſt,
molitur; nemo anile deliramentum exiſtmet, prodi-
gioſa quadam in corporibus effigiat, tum ſigno ver-
miculanti ac carioſo, multiq; rebus inanitis teredi-
nes agileſque vermiculi innaſcantur, quod a ſtate in
caſeis multiſque edulis peſpiciamus, que retinibus
vnde.

*Animalia
ſponte, nullo-
que ſemine
nata.*

*Quæ in mare
ex vni ſe-
cuntur.*

*Aphia,
vulgo Spi-
xinæ.*

vndique scaturiunt. Adde, quod ex sordibus vlceri-
 bus ac vomicis, vnguium, piloracq, testarum, officu-
 lorum, lapidum fragmenta eximantur, ex humorum
 putridorum concretu coalita, quin & vermiculos cau-
 datos, atque insolita forma bestiolas vomitu ciectas
 nouimus, praesertim in his, qui morbis contagiolis
 oppressi erant, in quorum lotio multoties innatare
 conplexi minuta animalcula formicis affinia, aut iis
 praesertim qui aestiuis mensibus in qua caelestis volu-
 tari conspiciuntur, quorum nemo non morbo Nea-
 politano, lueque Venerea foede erat contaminatus.
 Huc itaque spectat narrationis nostrae series ne quis
 incircumspecte, nulloq; delectu cibos ingeat sordis-
 dos, nec ab iis, qua foris accidunt expurgatos, ablu-
 tosq. Quod cum plebei negligant, scabie & prurigi-
 notis pustulis infici solent, multiq; vitis ac cutis ab-
 sectibus deformari. Neque n. eo conspiciuntur corp-
 oris habitu & constitutione, ea forma dignitate, iis
 natura dotibus, ea ingenii dexterate, nec denique
 valetudine tam inculcata, qua patricii ac generosi
 pleriq; qui nihil mentis inferri patiuntur, ne panem
 quidem primum, nisi extima crassa accurate de-
 purata ac derasa, reliquosq; eduliorum apparatu ex-
 quisite decentique munditie instructo. Quod ipsum
 non improbo, modo excluso luxu omnia ad frugali-
 tatem, victusq; temperantiam referantur. Ita enim
 institutam habere decet vitae victusque rationem.
 Proceres aulicos, vt omnia ad salubritatem, ad decus,
 ad honestatem moresq; inculpatos spectent sic, vt for-
 tunæ splendor, rerumq; successus atque affluentia,
 quæ Dei Opt. Max. munere obtigit, non luxui ac pro-
 fusioni, sed moderationi ac temperantia subseruat.
 Quare exemplariis exprimit in uiciss. Hispaniarum
 atque Angliæ Rex totiusque Belgicæ Illustriss. Prin-
 cept Philip. qui propter amplissimas naturæ dotes,
 diuinum quoddam virtutis simulacrum mortalibus

*Apostema-
 ta videra ac-
 pilos profan-
 dunt.*

*Goutvov-
 men aqua
 caelesti astate
 innascantur.*

*In victu
 mundities
 salubritatis
 deuinata.*

*Philippi
 Regu lauro.*

exhibet. Cuius maiestati ac magnificentiæ adiumento sunt tot praestantissimi heroes, quorum auctoritate & consilio florentissima regna, vltroque oblata a parente optimo Carolo Casare latissima ditaciones subiluntur.

Sola Lunæ, vti & natura in cõstituendis excitandisq; temporibus. Quid ænig. auræ, aerisq; mutatio in corporib. animisq; h. minum ac spiritib. efficiat. Obiter vnde oceanus fluxus refluxusq; ac reciprocato, qua dei naturali spacia constituitur.

CAP. XLI.

*Sola & Luna
eff. etus in
inferiora.*

Certa minimeq; ambigua serenitatis, vel pluitis, ventorumq; signa exhibent solis lunæque radii, qui varios subinde colores sibi adseiscunt, vel ex situ loci cœlique ambitu quem permeare solent, vel ex obiecti natura, vel re quapiam illis offusa, quos si accurate obseruarent, qui imperita rudique plebi atque aniculis prognostica obrudunt, non ita hallucinant illos ac cæcutire contingeret, nec credulam turbam vanam spe ludificari. Ex his enim indubitanter prænuntiari possunt imminentes tempestates ac turbines, & qui futurus sit cœli status, ex quo vel vberem rerum copiam & prouentum, vel penuriam consequimur, multaq; alia quæ eleganti carmine complexus est Virgilius: qui cum fuerit in rerum cognitione versatissimus, omniaque naturæ opera exacte sit persequutus: animos quoque hominû aliqua ex parte illorum viribus effectibusq; subicit. Siquidem pro tēporis ratione, pro occasione siderû, pro aeris ambientis qualitate ac quadripartita anni vicissitudine homines aliter afficiuntur, alioq; modo constituti sunt; Sic cœlo nubilo, auraq; dæsa ac caliginosa, tectici homines existunt ac subitiles, somnoq; dediti: sereno vero cœli statu, vernisq; mensib. quæ omnia fronde-scunt, alacres sunt atq; erecti, rebusq; iocosis intenti. Discutit n. humorum fuliginē, crassosq; spiritus, qui mētes nostras obnubilat, aeris amenitas, spiritusq; exhi-

*Virgili i lamm
ob rerum co-
gnitionem.*

*Status cœli
animos immo-
mutat.*

exhilarat, atque animo letitiam inferit. Quod ves-
tusto hoc carmine expressit Virgilius:

*Verum vbi tempestas & caeli mobila humor-
Mutare vias, & Iupiter hians Ausonia
Desat, arant quae rara modo & quae tarda relaxat:
Vestuntur species animorum, & pebbore motus
Nunc alios, alios dum nub. li ventus agebat,
Concipiant, hinc illa autum concertus in agris,
Et lata pecudes, & ouantes gutturo coram.*

Lib. 1 Georg.

Exiliunt enim paulo ante cohibiti spiritus aura pla-
cida ac suavi, spiranteq. Fauonio recreantur. Vt enim
fumi ac vapores referatis aëdibus, ostiisq. patefactis,
immissis vndiq. aere, atq; externis flatibus dissipari
solent omnesq; porticus ac vestibula sicut pedoreque
obducta perspirant: ita in corporibus humanis omnes
graues halitus, sibi quae corpori mephitis inhaerent; aut
inæror animi, discuti contingit atq; euentilari Iraq;
non internæ modo causæ, insidq; humores ad sani-
tatem vel morbum sunt adiumento, sed externi quo-
que sideram concursus, atq; aeris autq; constitutio
ac ventorū qualitas, varias subitasq. mutationes ho-
minum corporibus inferunt. Quibus singulis momentis in
se quisq. experiri potest. Quis est enim, vt animorum
affectus præteream, qui imminente tempestate ali-
qua aerisq. intemperie, triduo etiam antequam in-
gruat, puncturas in membris non percipiat, ac dolo-
res pulsatiles, neruorū contractiones, palpitaciones,
affectusque alios dolorificos nō persentiscat? Clauis
siquidē, calli, verruca, cicatrices, glandulæ, nodi, de-
niq. si quid luxatum, ruptum, fractum, conuulsam,
solutumq. fuerit in aliqua corporis parte, omnia sus-
turam tempestatem p̄sagiunt, quod non sine acer-
bissimo cruciatu iis potissime viuere solet, qui a-
liqua latentis oculi torisq. morbi ex scortorū con-
tagio contraxerūt. Hi. n. vbi ventri rigidi spirare inci-
piunt, dolorib. promptius infestantur. Intenduntur, n.

*Simile ab æ-
dibus situosis.*

*Corpus aeris
constitutionis
obnoxium.*

*Valitudine
viri auri mus
rationem per
cipiunt.*

*A nauib.
quasi affata sfo
uile.*

*Solis & Lune
viri in rei in-
feriores.*

Georg. 2.

*Opposito ple-
nissimum
conuulsiō
nosulantur
facit.*

nerui ac rigescunt musculi, agitatissq. vitiosis humo-
ribus q. membris infixi sunt acerrime cruciatur. Sub-
est enim illis partib. intemperies quædam tempestati
externæ cognata ac familiaris, quæ carnificinâ quan-
dam in intimo membrorum recessu exercet. Qui vero
inculpato sunt corporis habitu, firmaq. valetudi-
ne ac stabili nihil incommodi, nulloq. affectus senti-
unt. Vt enim lutescunt quassæq. naues ac rimose, cuius
tempestati succumbunt, ita morbosa corpora, quicq;
vacillanti sunt ac dubia valetudine, omnibus explo-
ti sunt iniuriis, omnibuscq; obnoxij incommodis. Si-
quidem oborta vel leuissima aeris intemperies, dolo-
res illos inrensos inferri contingit, aut vbi Sol ac Lu-
na inferioribus aliq. mutationem inducunt. Hæc. n.
si dera p. cæteris vires suas non in humana modo cor-
pora, sed in terrena quæq; exierunt, quorum vis tan-
ta est, adeoq; se in immensum porrigit, vt quæcunq;
cœli ambitu continentur, suum ordinem, ornatumq;
ac decus ex ijs capebant ac consequantur, omnisque
rerû series, atq; anni tempora horum arbitrio decur-
rant. Et quanq. superiorum astrorum potentia nō sit
inefficax, Solis tamen beneficio maxima quæq; per-
ficiuntur: Is enim hunc orbem præcipue exornat, om-
niaque concinne disponit ac moderatur. Huius o-
pera propagantur fata, ac fruges maturoscunt, cuncta
que incrementa ac progressus suscipiunt,

Aug. in se sua per vestigia voluitur annus.

Magnâ tane & Lunæ opera in rerum natura appa-
rent, verum Solis effectibus posteriora. Solis enim
beneficio illa fruitur, lucemq; ab illo sortitur, sic vt
tanta illius pars illustretur, quantum Sol suo splen-
dore irradiat: deficit autem lucisq; expers redditur,
vbi terræ interuentu lux illi intercipitur. Tunc autē
poriffime in terrena vires suas explicat, cum vel Soli
ex a duerso opposita impletur, atq; orbiculata efficitur,
vel vbi primum illi coniungitur, his enim die-

rum

ruta spatijs augetur fegetes, conchyllia turgescunt, venæ sanguine, ossaq; medullis implentur. Quo fit vt concubitus ijs temporibus minus officiat. Et quoniam omnia humore imbuit, fit vt carnes radijs illius expositæ tabescant, atq; homines somno vinoq; sopiti, pallorem capitisque grauedinem contrahant, ac morbo comitiali afficiantur, relaxat enim neruos, ac cerebrum plus satis humectat, mentiq; vi algifica stuporem infert. Oceani quoque æstus excitare, calidamque reciprocandi illi præbere. non est quod quis ambigat. Siquidem cum perspicimus silenti atq; obscura Luna, eaque vel medio orbe disiecta, vel in cornua falcata, siue augetur & minuatur, nullos præpmodum fieri aquarum concursus, nec in vllam altitudinem attolli Oceanum, quæcunque etiam littora alluit: Rursum vbi cum sole congregitur, atque innouari incipit, aut in orbem circumducta plena conspicitur, maximos excitari æstus, fluctusque attolli inimmensum: quis alio, quam in Lunæ motum fluxum refluxumque Oceani referat? Vt enim magnes ferrum allicit, sic sidus hoc terræ proximum, mare attrahit, concitatque. Nam cum Luna oritur, Oceanus circa illas plagas deuoluitur, nempe Orientales, partesque Occidentales deserit: quando vero ad Occasum vergit, in illis partibus crebrescunt fluctus, in ijs vero, quæ ad Ortum spectant derumescunt, idque affluentius vel parcius pro incremento defecitque, lucis, quam lunares radii exhibent. Oceano si cui libeat in Oceano Gallico, nostroque mari, quod se ad Septentrionem porrigit, locorum tractus ad spacia oralque regionum inueniri & quos æstus littora perferant obseruare, luce clarius perspiciet omnia Lunæ motu ad spectuque perfici. Vbi enim hoc sidus exoriens diuersas plagas ac climata collustrat, cursamque suam per cæli motus prosequitur, eo æstum fluxumque e directio

Æstus Oceani caussa.

Luna mare concitat.

Simile à magnatū vbi.

deferri contingit, quo radios dirigit, & quas terra-
partes ac littora ex aduerso sibi oppositas respicit.

*Simile à So-
lu vi attra-
ctoria.*

Vt enim Sol ex humenti gramine humorem elicit,
multamq; aquæ vim ex mari, stagnis paludibusq; ab-
sorbet, vnde pluuiarum origo existit, vt deniq; multa
herbæ, q̄ hinc Heliotropia dicuntur, Solis vi a ca-
lore qui humorem allicit, circumaguntur, eiusq; iter
ab ortu in occasum expansis patulisq; flosculis comi-
tantur: ita Lunæ vi Oceanus modo in hoc, modo in
illud littus impellitur, eoque se inclinat, atq; in illam
oram decumbit, quo sidus feratur. Cuius rei aliquod
dabo specimen, ac quorundam locorum, vrbiūque
ac littorum, quæ mare alluit, exempla p̄feram, Prin-
cipio quo omnia exacte percipi queant, hoc axioma

*Luna decur-
sus.*

seu pronuntiarū subsiciendum putauī. Lunam sem-
per auersis à Sole cornibus, si crescat, ortum spectare:
si decreseat occasum, quæ triduo plerumq; in coitu
morata demum luceat, ac falcata emicat. Singulis
vero diebus ab incremento à Sole remotior ad septi-
mum vsque auersens medio orbe diuisa spectatur:
eaque pars illustratur, quæ Soli in Occidentem delato
opponitur, illa opaca quæ Orientem obuersa est. Sem-
per enim Luna crescens Solem Occidentē sequitur,
supraq; nostrum horizonta conspicitur. Vbi vero de-
creseat, Solem præcedit, illiq; præua est, ac supra ho-
rizonta antelucano conspicitur, ea semper parte il-
luminata quæ Solem respicit: eoque efficitur, vt pars
incurua atq; in cornua falcata semper à Sole auersa
sit, globosa vero atque in gibbum sinuata, aduersa,
Soli que exposita Quarto autem & decimo die cum
ex diametro Soli opposita est, plena perficitur, ipsa
que oritur, vbi Sol in Occidentem declinat. Quo fit
vt vndique illa tueretur, Solique splendorem quaqua-
uersum recipiat. Decimo septimo die cum Sol oris-
tur, Luna in Occidentem depressa conspicitur. Alie-
ro & vigesimo die Sole emerit Luna medias fore
oculi

cœli regiones peruagatur, æaq; pars, quæ ad Solem
 fertur, lucida est obscuratis reliquis. Deinceps cum
 singulis diebus cursum suum prosequitur, octauo &
 vicefimo demum die & tertia eius parte seu hœris o-
 cto, totum Signiferi circulum absoluit, atq; vt annum
 Sol, ita Luna mensem conficit immutatione per se-
 ptimanas illi accedente: nam vtrumq; tempus & post
 primam apparitione in dimidium orbem accersit,
 & quo inde plenum efficit, atq; in rotundum circi-
 nat, septem diebus absoluitur, qui geminati qua-
 tuordecim constituunt. Simili modo si inde cum æ-
 quali portione diuisa est, ad secundam diuisionem
 eiusmodi rationem subdlexeris, & hos dies reliquos
 que, cū plane ob oculos Luna declinata est, septem
 inuenies. Quare mensem à Luna immutari perspi-
 cum est, quam vim illa à Solis aspectu cōsequitur,
 ex se nullis facultatibus ac viribus imbuta. Vbi vero
 cum sole congressum inuit, aut vniq; exposita face
 illustratur, vehementes mutationes terræ marique
 inferuntur: argumento, quod ventos impetuosos
 excitet, crebrisque fluctibus littora pulset. Obserua-
 rum est autem nostra memoria minimo annorum
 intervallo iam quartum excreuisse in immensam
 altitudinem Oceanum, totanique Belgicam distri-
 ctis diuisisque aggerum molibus miseranda cla-
 de oppressam, idq; hibernis mensibus, quib. vis Lu-
 næ in concitandis fluctibus, ciendisq; tempestatibus
 quam æstiuis acrior, sic ut semper aquarum concu-
 rus ac redundantia vel in nouilunium, vel plenilu-
 nium incidere, illaq; regiones ac climata omnium
 primo damno oppressa sunt, in quæ aspectus influ-
 xusq; sideris proxime ferebatur: mox cum aliis litto-
 ribus se obuerneret, illis quoque aquarum violentia
 atque inundatio illata est. Hinc Flandri Oceani sa-
 uientis incommoda primum sentiunt, ac periclitat-
 xi incipiunt, proximo Mattiaci, qui Zelandia influ-

*Mensis à
 Luna Belgicam
 nomina ac-
 cipit.*

*Luna quan-
 do tempesta-
 tes concitat.*

*Inundatio-
 nes in un-
 te hyeme in
 crudefcunt.*

Circius.
Noord-
vvest.

*Oriens occi-
denti obuar-
ssat.*

Africus.
Suydt
vvest.

las occupant, mox Brabant, ac modo hi, modo illi portus, sicutq; alioqui actura nauum strationes vndarum vi premi solent, fideis motu in certis regionum tractus conuerso. Exasperant quoq; maris sequitã Cori ac Circi, qui ex solstitiali occasu impetuosiſſime in terras decumbunt, marinaſq; aquas longelateq; in continentem prouehunt, sic tamen vt modo in hanc, modo in illam terre partem volui fluctus contingat, ac ſubeunte quaſq; regione ſuas vices pro locorum diſtancia atq; interſtitio, celerius tardiuſq; æſtum concurſumq; maris perpeti. Quæ vt cuiq; exacte innotescant, rem paulo altius repetam. Quo die Luna noua conſpicitur, quæ ſemper Occidentem incumbit, q̄ eo Sol inclinēt. cuius fulgore ſplendeſcere incipit, & quo plena efficitur; eodem ja ſus exitu diffundiq; obſeruamus, portuſq; primũ vicinos ad certam altitudinẽ impleri, ac deinceps verſus Orientẽ ad obuia quæq; loca deſerri, ſic vt ſubſequentibus dieb. hora vna tardius ſegniuſq; Oceanus moueri incipiat, quod ſidus indies ab illo ſtat remotius, ac verſus meridiem ortumq; elatum à Sole longius recedat. Verbi gratia, Portum Iſtium ſive Caletum, tum Sluſas, quæ vrbeſcula eſt in Flandriæ confinibus ſita, Brugis contermina, noua plenaque Luna ſummõ actu implet hora plus minus vndecima, ea parte illuſtrata, quæ in Auſtrum reſhexa eſt: Arnemuda ac Metelliburgi tractus hora ſecunda ſeu noctis ſeu diei, Zirizeæ hora tertia, Luna in occaſum brumalem ſeu hibernum conuerſa, à quo Africus ſtat & Sol Capricornum ſubit, Bergis ſeſqui hora aut duabus ſerius, Antuerpiæ ac Dordraci Luna inclinata in Equinoſtialẽ occidentem à quo Fauonii ſeu Zephyri ſpirant hora propemodum ſexta, Mechliniæ octaua, ſic tamen vt modo tardius, modo propereius mare inſluar, aere vel tranquillo, vel ventis incitato. Et cum ſex horarum ſpatio verſus occaſum

ſettur.

fertur, totidem horis refluit ac subfidit, vsq; dñi sidus nostrum conspectum egressum iis oriatur, qui aduersum nos vrgēt vestigia: tunc siquidē denuo exiguat. Cum vero l. una mediæ noctis lineam attingerit, inde que ad nostrum hemispharium de uenerit, rursus in se fluctus residunt. Itaq; obseruandi locorum situs, & ad quam coeli plagam spectent, metiendiq; regionum tractus, atque iis affurgentis labentisq; sidaris cursus accommodandus: hac enim ratione proclius admodū erit, cuiq; regioni fluxum refluxumq; assignare. Ceterū ne quis cornua spectanda sibi persuadeat, cum ab illa parte nullos affectus obtineat, sed gibbam de uexamq; quam Sol illustrat, ea siquidem pars quæ soli terræq; obuersa est, aquam allicit, illoſque portus ac stationes maris affluxu implere fatagit, quos è directo splendore suo irradiat. Eo siquidē Oceanus confluit, quo Lunares radii impellunt. Interim hec meminerint, qui nauigio iter aliquo instituant, cum Luna oritur, ac se primū in nostro hemisphario conspiciendam exhibet, si pars quæ à Sole illustratur, in ortum radios reflectat, in his terrarum partib. quæ in Ortū vergunt, fluctus in summū excreuisse: rursus si Austro vel occidenti se obuertat, illæ partes æstum perferunt, exhaustis exsiccatisq; Orientis. Itaque si quis ab ortu vel æquinoctiali vel brumali à quo Euronotus & Subsolanus spirant, in occidentales regiones properat, alto mari, summoque æstu in tractus inferiores deuehi tempestiuum erit. Verbi causa, A Mechlinia. Antuerpia, Dordracō, Bergis, Breda, Boscoducis, Delphis, Gouda & si quæ loca ulterius sita sint, pleno iam iamque refluxum minitante mari, nauem conscendere expedit. Contra si quis ab Occidente versus Austrinos sinus tractusque Orientales cursum instituit, portu vacuo æstuque aduenante, ac remeantibus fluctibus in altum deferri debet, sic vt pro locorum ratione

*Aspeltus
Luna portus
tunc afflu
sm, let.*

Q. 4

obseruet Lunæ decursum, & in quas cœli plagas se reflectat, quasque oras ac portui rationes respiciet.

De Lactuæ natura ac viribus, & quibus illa proficiat.

CAP. XLII.

Quibus retunditur lactuca frigida.

LACTUCA in acetariis frequentius assumta, nisi erucam ac nasturtium, tum quæ Parmicæ, prius affinis, Dragon vulgo dicitur, admisceas, oculis officit, ac caliginem infert, incrassat enim densatq; spiritus visorios, atque humorem crystallinum turbidum efficit, nisi vino eius vis retundatur. Veteres hanc non initio coenæ, nec primis mensis inferebant, sed postremo, quod Martialis indicat:

Claudere quæ cœnas Lactuæ solebat auorum,

Dic mihi cur nostras incoat illa dapes?

Quod ipsos nõ citra rationem factitasse censeo: cum enim frigida humentisq; sit naturæ, à coena assumta efficacius somnum conciliat, vini feruorẽ reprimat, atq; ebrietati obstitit, inducta cerebro humiditate.

Nostra vero ætas salubrius existimat ab eius usu coenam auspiciari. Siquidem cum ex prolixiori prandio exigua fere esse soleat ad cibum auuiditas, mos inoleuit, vt in ipso statim accubitu fastidienti stomacho lactucis oleo acerog. conditis appetentia excitetur:

quin & illum usum lactuca præbet, vt ante omnem cibum in venas delata sanguinis feruorem reprimat, atq; hepatis cordisq; calidam intemperiem mitiget, adeo vt immodicus eius vsus Venereim coerceat, ac concumbendi desiderium extinguat, vt cucumeres,

pepones, portulaca, camphora. Quamobrem assuetius ijs præscribenda, qui cœlibatui addicti sunt, ac pudicitiam illasam tueri cupiunt, quo prurire vtiq; delinantiis vero qui matrimonij capistris sunt alligati, non prorsus respiciendus est eius vsus: cum cerebrum illorũ aliquando ex immoderata Venere cõtingat siccescere. Verũ calorificis herbis retundi debet eius

frigiditas, ne semẽ genitale plus satis diluatur, atq; ad

prog-

Lactuæ ante & post coenam sumenda.

Lactuæ quibus vsu.

progignēdos liberos fiat inefficax, parumq. idoneū.

De lit. polop. h. herba, v. n. g. Patiensia.

CAP. XLIII.

Cum multa sint Rumicis seu Lapathi genera, duo potissime in esum experi solent, Oxalis vulgo Acedula, vel Acetosā dicta, qua in acetariis appetentiā acuit, ac nauseam discutit, tum à magnitudine Hippobathon Est autem ōlus culmosum, foliis atoplis ac p̄longis, caule, vbi maturuit, rubicundo, radice flauescētī. Et us esse facultatis hanc herbam experior vt carnes, atq. edulia quaq. quamlibet annosa ac per uerulta hac elixata tenerescant, atq. Esu reddantur apta. Cum enim lubrica sit humentisq. natura, durissimam etiam vel bubulam, vel gallinacē mollit ac macerat. Quocirca apud veteres frequens eius vsus erat. quod cibos cōcoctū faciles præstet aluumque molliat. Eiusdem cum hac facultatis est Atriplex, & qua à spinoso semine Spinacia dicitur. Lamplanæ Dioscoridis affinis, quam designasse puto Martialem, cum inquit.

*Oxalis,
Zurckel
Hippobathon
desertio.*

Vtere lactuca, & mollisus utere malua.

Denique Horarium:

L. c. a. c. p. n. g. u. i. s. s. m. u. s.

Oliva ramis arborum,

Aut herba lapathi prata amantū, & graui

Matura salubres corpori.

Epod. lib.

Ode 3.

De Salua hominis effectu.

CAP. XLIV.

Alia ieiuni præsertim hominis nulla cibi potusque qualitate diluta qua vi polleat, quibusq. viribus imbuta sit, varia experimenta cōmonstrāt. Nam lichenas, mentagram, imperiginem, variolos, serpiginem, omniumq. generis pustulas abstergit. Et si cui parti corporis virulentæ bestiolæ infederint, crabrones, scarabai, bufones, araneæ, tum aliæ plerq. quæ suo contactu tumores dolorificos atque inflammationes inferunt, illius con frictione omnes affectus subsidunt ac discutiuntur. Insuper & scorpions intesi-

*Salua vis
& effectus.*

Sudor ex salina ex humoribus vim fortissimur.

Salina quid.

Quibus os siccum v. l. videtur.

Simile ab herbis distillatum.

Leprosorum salina nominata.

mit, aliasq; venenatas bestias conficit, aut saltem insigniter laedit. Insitum est, n. illi larens quoddam virus ac venenosa qualitas, quã partim à dētium foridibus atq; vlgine, partim ex humorib; vitiosis consequitur. Ad os si quidem ac fauces funi ex his emēnāt, ac spiritum aliena qualitate imbuunt, quos fit vt nonnulli saporem amarū, vel acidum, vel subdulcem salinam esse percipiamus, quem ad modū & sudori. Atq; hinc est quod ieiunis os impenitē obidum existat, atq; habitus graueolentia obuios quosq; feriant insiciantq;. Resignant enim euaporantq; e corpore, tanquam ex palude quadā limosa vapores tetri atq; insuauis, qui cum veneni naturam obtineāt, salinæ fontes vitiant. Est autē liquor hic qui ori inanar, linguamq; humectat, ac cibum irrigat, nihil aliud quam pituitosum quoddam excrementum, q̄ in ventriculo ex alimentorum succo conceptum, ad cerebrū defertur, atq; hinc ad linguam faucesq; corruatur. Quo fit, vt quibus stomachus pituita redundat, os quoq; saliuosum sit, atq; humore immodico perfundatur quibus vero præcordia x̄tuant, ac febrili calore torrescunt, lingua omni prorsus humore destituta est, & arque vt terra nimis solis ardoribus adusta, siccatur. Cū itaq; salinæ qualitas effectusq; ex humoribus emergat (ex illis si quidem illam naturæ facultas elicit, vt ignis ex herbis thillatium liquorem facile iniri ratio potest, quare tam prodigiola efficiat, rebusque nonnullis perniciem adferat. Quod si sani hominis salina ad multa percipitur efficax, adeo vt non modo animalicula quædam, sed argentum viuum extinguat atq; mobilitatem illi eripiat, quid de his statui debet, qui elephātia seu lepra ac morbo Neapolitano, aliisq; contagiosis morbis sunt contaminati? Equidem noui complures, qui pustulas atque exanthemata contraxerunt, ad motus ori cyathis, quibus infectorum salina adhaeserat propter leuorem & venenarum si-

muu.

mum qui dentib. adhærescit, sic vt ea ratione omnis animalis mortus permissus sit, licet nerui aut musculi illi sint, ob saluæ contagionem.

De usu lactis, de colostro ac cremore. Illud Bulga biest, hunc roora, indigetant: Tum que hæc coagulari in stomacho prohibent.

CAP. XLV.

V Sus lactis non omnibus æque salubris: siquidem qui frigidiore sunt ventriculo, iis acescit, ac præcordia flatibus distendit, qui vero calidior corpore temperamento existunt, iis adurit, atq. in nidorosos halius effumat, capitiq. grauedinem adfert. Et cum lac eius sit nature vt calore densescat ac spissetur, frigore liquecat: fit vt in aëtuandi stomacho promptius coaguletur, quod ipsum nulla re inhibetur efficacius, quam melle vel saccharo, salisq. momento. Ceterum cū plerumq. nouerim ex coagulato lacte, eoq. in grumos cōcreto, strangulatos, spirandi meatu, oborto vomitu interclusa, incōsulte mihi facere videntur lasciuæ aliquot adolescentula, prociq. petulci, qui in pomeridianis symposiis colostris ac cremore aliisq. lactatis se infarciunt, nec ea vino affatim perfundere verentur maxime valetudinis detrimento. Vinum siquidem coalescere facit lac atq. in casei consistentiã conglobari, quo cum offendatur stomachus, ac repugnantia elaborare ac concoquere nequeat, omnia ad putredinem deuegunt, magnarumq. agritudinum seminaria ministrant. Sic pilces ac lac, omniaq. acida lacti admixta, vinoq. perfusa, scabiem, ac lepram concillant. Omnia enim impromiscue sic ingesta, computrescunt, ac corruptioni efficiuntur obnoxia. Colostris quæ foetante enixa que boue in delitiis habent ganeones, nihil homini nocentius, adeo vt in fantibus etiam triduo à partu lac maternum degustasse perniciosum sit, ac tantum nõ lethale. Coit enim ac crassescit in corpore, venasque ac sanguinis riuos obstruit, quo minus commodè

Lac quibus vis.

Lac calora inspissatur, liquefcit frigora.

Vinum Colac commixta vitiosa.

Lac pisces corrumpit.

Colostrum Biest.

atq. inoffense possent alimenta permeare. Lac autem cum sanguinem concretum dissoluit cyminum, oxymel & acetum scilicet angelica ostracium.

Pedagrici cur salaces, atq. in Venere proni, & quotquot in dorsum decumbunt, durosq. cubili inveniuntur.

C A P. XLVI.

*Tlusu-
nium sala-
ces poda-
grich*

QVI articulari morbo obnoxii sunt, magna ex parte salaces esse solent, atq. impensius prurire, partim quod ex diutina assuetudine illi rei assueverint, cuius immoderato vsu is morbus contractus est: partim quod identidem his nervi rigescant, atque intendatur, crebroq. in dorsum decubitu humores ad partes genitales consuant. Pari ratione qui frequentius equitant, tñ qui nauium tabularis incumbunt, atq. in dorsum prostrati diutius cubant, in rem Veneream proni sunt ac proclives, incallescunt enim nervi, qui ad partes generando homini destinatas pertinguntur. sic vt ex agitatione, influxuq. humorũ tumbo incitari contingat, ac tentiginem suboriri. Eadẽ ratione euenit, vt si quis offendar collidatq. pedis pollicẽ, confestim ex huiusmodi affectu inguen inuulniscat, ac ferotũ, hoc est, rugosum illud testũ inuoluerũ condoleat consensus ratione, atq. ob nerorũ venarumq. implexam seriem. Vt enim si quis scilicet aut ferramentum aliud calenti ignitoq. foco immittat, nõ solum pars igni inserta ignescit: sed etiam ab igne remotior, ita pleramq. incalescit, vt contraheri nequeat: ita membris è directo cõstitutis dolor infertur, affectusq. morbidus vicinis partib. communnicatur. Sic à ventriculo, in testinis, vtero, splene, hepate caput afficitur, atq. è diuerso cerebro luso, aut intemperie aliqua affecto in subiectas subditatq. partes malum derivatur. Atq. hinc est quod obstetrices, licet huius causam ignorent, explorare soleant in puerorũ morbis genitale, illiq. affixos testes, ex quo

Are febrili simile

Partes genitales, vel secundæ, vel aduersæ ualut uaini sunt indices.

sum

rum obseruatione etiam adulti occidere possunt indubitata vel salutis, vel interitus, deniq; aduersa secundaque valetudinis indicia. Si enim testium loculi flaccidi sint ac languescant, eorumque appendix deprimitur, facultates naturales concidisse, omnesque vitales spiritus qui vitam fulciunt, collapsos esse argumento est: Sin corrugata erecta que sint abdita illa partes, ac mentula rigescat, omnia fore salua denuntiat. Ceterum quo euentus exacte presagio respondeat obseruandum in qua corporis parte morbus consistat. Si enim in morbis cerebri, & qui supra diaphragma septumque transuersum constituti sunt, propendent, ac flacciscant genitalia, salutare est, vt econtra contracta esse omniosum, intermoritur enim facultas vitalis, ac nerui ad suam originem conuelluntur. Obseruauit autem in multis, constante etiam mente vigenteque ratione, ita contractos testes, ac penem virilemque pessulum resiliisse, vt locum reddituri illius adminiculo essent desituti. In omnibus autem affectibus qui infernas partes occupant, auspiciatum est, testes esse corrugatos, pudendumque subrigidum, reualefcere enim hac indicant illas partes que natura libus facultatibus subseruiunt, atque ad obeundas functiones ac munia denuo accingi, nulla siquidem corporis partes citius reuiuiscunt, discussioque morbo seunt.

An exanthemata ac puertiles variolæ, qua vulgo Mascelendicuntur, vno rubro exigi expugnariq; possint, denique lacte bubulo, qua à mulierculis exhiberi solent, cum huiusmodi pustula florescant. C. A. P. XLVII.

IN morbis qui in sanguinis ebullitione atque inflammatione consistunt, diaphoretica seu discutioria exhibenda, quæq; humores attenuent, quo commodius per corporis meatus ac spiracula queant expurgari, non est quæ quiqua ambigat. Itaque mirari subit qua ra-

Testes flaccidi vel erecti que valetudinis arguunt praebent.

Cerebri hæc pathologica presagia ex se habent.

Genitalia ex morbo prius reuiuiscunt.

*Cel ha,
Goud-
bloemen.*

*Vinum ru-
brum an su-
dorem & v-
rinam mo-
batur.*

*Lac corrus-
pie in obno-
xium.*

tionem matronæ nostræ, cum hæc pustula eruptionem
moliuntur, vinum rubicandum exhibeât, quod ple-
rumq; astrigentis est naturæ atq; humorem cogit
ac densat. Quocirca ego decoctum confici iubeo ex
Calthæ floribus crocatis, quæ vulgo Calendula dicitur,
melisophyllo, anetho, hyssopo, satureia, ficibus,
aniso, & fœniculo, quod cutem relaxat, humorumque
collectionem dissipat. Iniri tamen rationem posse
video, qua inoffense citraq; incommodum præsti-
bi possit, modo rempessitæ id fiat, cum scilicet omnis
humorum impetus ad cutem delatus est tunc enim
eadem ratione propellit, qua illa quæ comprimentibus
alium laxant, vt myrobolant, & radix Pontica, vul-
go Rhabarbarum dicta, quibus manifeste astrin-
gens vis aliqua inesse percipitur. Itaque astrigentis
ratione tuberculum fuliginem propellit, atq; humores
fumosos, qui mediis spatijs in hærescunt, ad extremam
cutem deuehit. Sic experior in nonnullis vinum nigrum
Hispanicum, quod à tingendo *Tinkturæ* nostri vocât, alium
ducere, quod tamen dysentericis exhiberi solet, quæ
alium sistat. Id efficit partim quod ob crassitiam ve-
nas subire nequeat, partim astrigendi præmendatam
facultate, qua ea quæ intestinis in hærent proluit. Pri-
ori ratione rubrum vinum quod calorificum sit, disten-
tendi vi pollet ac sudorem elicit. Lac autem nulla ra-
tione exhibendum censeo, cum febricitantibus in-
noxium, prompteq; corrumpatur, ac contagio contu-
piat. Experimento enim comprobatum habeo, mo-
rente aliquo lac liuescere ac corrumpi, omnesque
halitus pestiferos in illud deferri.

*Tonitru ac fulmine vitari vinum, cumq; liquorem, quæ Be-
ghæ Cœuisia dicitur, & quibus id prohibeatur, eorumq; virtus
restauratur.*

CAP. XLVIII.

Tonitru & fulmen noxam inferre rei penuriam
cellisq; viniatis, nemo non patrum familias la-
culento

culento suo damno experitur Siquidem fulmine v. *Tonitru*
 petcit vinum, colore inque rufum acfcit, ac genui *fulmen di-*
 nus illi fapor aboleret calore igneo ac vi penetrabili *grosvis*
 ventique Cereuiffa horrendo illo fonsa, motuque *stant.*
 violento ac concuffione acore vitifitur, potuque ef-
 ficatur inidonea Et quangua a ftrius calor præcipua
 cauffa fit, vt liquores acellant, fulmen tamen ac
 tonitru fubitam mutationem huiufmodi rebus in fe-
 runt etiam hybernis menfibus, cum afflus pederen-
 tim id efficiat. Quod fi penora fubterranea fint ac
 concamerata, fornicibusque ac tellitudine conftru-
 cta, minus detrimenti poculenta accipiunt, quam
 fi tabulatis conftrata ſint Celerius enim in hæc pe-
 netrat aeris auræque intempeties, ac violentius in
 dolia cadosque vinaros decumbit. Quocirca ego *Ferris qua*
 iftos præmunire ſoleo, antequam tempettas ingruat, *ratione fui-*
 fuperpoſita vaſis ferri lamina cum fale, aut ſilicibus, *men à li-*
 Fulmen enim cum duriffimis conficitur, in eaque *quoribus*
 potiffime vim ſuam exerit. Nam rara & tenera in *arceat.*
 tacta relinquit, quod per ea tranſitus pateat, nec illis
 inhareſcat: eoque fieri videmus, vt quercus atque
 illex duriffimæ celliffimæque arbores fulminis iniu-
 riæ maxime ſint expoſita, cum Laurus qua illi cedit,
 nec renititur, intacta confpiciatur. Sic experimento *Phoca.*
 potius, quam ratione comprobatum eſt Phoca ſeu *Zeehont.*
 vituij marini tegmen, ob id opinor quod contextu
 raro ſit, minusque folido, fulmine inuictum eſſe, ſi-
 militer & Aquilam cuiusque exuuias. Ceterum hoc
 omnium ſcire intereſt, ac meminiffe expedit, vt vale-
 tudini conſulant, alimenta fulmine vitata, noxia
 eſſe, ac pernicioſa adeo, vt ne canes quidem contacta
 deguſſent, ineſt enim illi vis peſtifera, ex qua ſpiritus
 venenatus in contacta diſſunditur, eoq. fit vt à ful- *Robigo*
 mine aduſtis tererrimus odor emanet, quod in arti *Brandt*
 ſtis confricatis percipimus, qua tactu fulminis ro- *uulgo.*
 bigine vitata fulphureum odorem narib. offundunt.

Atqui cum indicauimus, quid efficiant tempestates hæc naturales, & quid damni rebus inferant: restat, ut quibus ea restaurari possint, ac pristino vigori restitui commonstremus, quod ipsum non facile effeceris, nisi liquorem in aliud dolum transfundas, quod tamen prius deficiari debet, deinde decocto foliorum fatureia, thymbræ, lauri iuglandis, myrti cum hortensis, tum syluestris, quæ *Gage* Brabantis dicitur, feniculi, baccarum Iuniperi, Orminij quæ triualti voce Galliticum dicitur, vulgo *Seeley*, macerari, exsiccat, toq. dolio recondi, postmodum vbi in usum de promi continget, calorem, odoremq; ac saporem exhibebit grauissimum. Ceruisiam quoque vbi à genuino sapore degeneravit, aut vbi languescit, medicatis odoratisq; rebus restitimus, ac saporis gratiam conciliamus, nempe Iridis radice, Zinzibere, nucæ myristica, seu muscata, garyophyllis, iauri baccis, etulque aridis foliis, Calamo odorato, origano, beta. Cum enim Brassica vulgo Caulis, vini naturam corrumpat, Beta restaurat, quod nitrosa facultate prædita sit, qua efficit ne vinum in mellis lentorem densescat ac cogatur, quod ipsum & Erucæ semen præstat, sed non sine graui valetudinis dispendio: neruos si quidem vi caustica atque adurenti afficit, morboque articulares inducit, vt resinata quædam vina, atque exorticeis quibusdam rebus condita. Nostri enim caupones sulphureo cados suffiunt, atq; aquam marinam melle coctam infundunt, non desunt qui fac bubulis illi immisceant: alii calcem, æenam, triticoq. lapides candidos ex Bentimargo in has oras aduectos doliis inferunt, adiectis aliquot salis manipulis, aut sex septemve onis, quibus omnia vitia vini emendari solent, ac sapor & calor in pristinum vigorem restitui, quorum nonnulla tamen minus noxia sunt, semper tamen factitia naturis ac genuinis deteriora minulque salubria existunt, .

Tem.

*Vt vitiatii-
liquores in-
fluuantur.*

*Brassica vi-
num corrup-
ti, beta in-
staurat.*

*Quibus vina
conditis so-
leant.*

*Tempeſtatis ex marina aqua contactu præſagia, ſum quid por-
tendant hyberna tonitrua. CAP. XLIX.*

Oſeruauit ſæpius ſcapthā in vltiora littora deue-
ctus, manu ſalo immerſa, aquas marinas proſus
egelidas ac tepore imbutas, quod ipſum tempeſtates
ante triduum imminere portendit, ventosq; impe-
ruoſos, ac fluctus validos. Cum enim in alto remoto-
que mari, vnde ad nos æſtus deuehitur, tempeſtas
incubuit, aqua marina concuſſa atq; agitata ferue-
ſcit, vtq; manus comploſa, calore perfunditur, mox
ad nos turbines ac tempeſtates deuoluuntur, fluctul-
que in ſummam altitudinē intumeſcunt. Sic in eunte
vere tempeſtates auſtrine herbas & gramina eliciunt
concuſſū & agitatione aeris concalcſcētia. Similiter ſi
quando hybernis menſibus tonitru ingruit, ac cœlū
fulmine coruſcat, crebriſq; ignibus æthera micat: ſub
ſequitur tam tempeſtatem ventosq; Typhonicos
exorituros, ac ſauillimos in Oceano æſtus indicat.
Cum enim præter temporis rationē contraq; natu-
ræ ordinē excitatur aeris illa intemperies neceſſe
eſt validam ſubefſe cauſam, que illos turbines cōmo-
ueat: nunquam enim tale quiddam obſeruauit, quin
poſtridie horredæ tempeſtates ſint extortæ magnaq;
aquarum eluuiēs. Fulmen enim & tonitru æſtati fa-
miliaria ſunt, quemadmodum & ardentes febres, q̄
ſi hyberno tempore inuadant ac concitentur, ex ve-
hementi id fieri cauſa oportet, quam prohibere ac
reprimere temporis contrarietas non potuit. Quo
ſpectat illud Hippocr. Minus periculofe agrotant ii,
quorum vel natura, vel ætati, vel conſuetudini, vel
tempori familiaris morbus eſt, quam quibus horum
nulli affinis cognatusq; exiſtit.

*Pueros vobis pulerū affici, ac ru, ofas deformeſq; anus exhorro-
ſcat, quocirca cum annaſi ſæminis in eodem lecto non collo-
candas, multo minus ſi peilibus ex aduerſo ſili ſint cōſtituti.*

C A P. L.

R

*Hyberna to-
nitrua tem-
peſtates præ-
ſagiant.*

Libr. u.

*Nemo non
afficitur ve-
rum amari
dicit.*

*Pueri de
formes anas
fugiunt.*

*Anicularis
hætu pu-
eris nocuus.*

*Qui morbis
contagiosis
primam
succum
haurit.*

Nemo non mortalium rebus pulcris blandisq; di-
citur, sed præ cæteris tenella ætas atq; impube-
res, qui cum viuidi sint ac gesticulosi, ignem, faculas,
funalia, scintillas, ac flammantia quæque auide spe-
stant, omniaq; verborum lenocinia, & quæ animum
demulcent, spiritusque erectiores faciunt, captant.
Quo fit vt pueri nulla re melius conticescant quam
libet implacabiles, quam cantilenis, aut cum lucentia
quæque oculis admoueas, quod efficit igneus vi-
gor, atq; aerea lucidaq; subtilitas, quo fit, vt tenebras
exhorrescant, aspectuq; tetra ac totua auersentur. Sic
vbi matrona aliqua verrucosa, vel rugosa anus infan-
tes vlnis gestant, gremioq; fouent, ad primum statim
intuitum plorabundi resiliunt, at si qua forte elegan-
tiori forma, beneq; culta adstiterit, eo se inclinant,
illamq; expotrectis brachiis ambiunt. Quamobrem
inconsulte faciunt, qui tertricas aut morosas nutrices
conducunt, aut aniculis alendos committunt infan-
tes, quæ mansum in os tenerum inserant. Cum enim
halitu graui fere sint ac viroso hircumq; oleant, fit vt
quidquid ex huiusmodi corporibus emanat, ad se
liciant, eoque afficiatur vt colore giluo existant, ac
mustelino, multa que vitia ex illarum atcubitu con-
trahant, præsertim si in decliuioni spondæ parte in-
clinentur, illiq; ex aduerso sint constituti.

*Qui stat, vt tenella ætas, prægnantes, sacer, sci, quiq; solitariam
vitam agunt, ac sedentarii sunt, primo omnium morborum
pularibus ac peste corripantur.*

CAP. LII

Illos comperio morbis contagiosis, quales autem
immo æstiuisq; mensibus grassati solent, citius cor-
ripi ac succumbere, qui tenuioris sunt ætatis atq; in-
uvalidæ, humidæq; corporis habitu existunt. Cuius
generis sunt impuberes ac sexus muliebris, tñ q; ortu
sômnoq; dediti excrementorum copiam coaceruant.

Hi si quidem promptius periculis sunt expositi, mor-
borumq. contagia celerius concipiunt. Vt enim per
politum tersumq. speculum aut nitida quæq. citissi-
me denso haitu ac fulgine offuscantur: vt denique
ignis leuissimas stipulas, atq. arida nutrimenta con-
festim corripit, cum solida ferius inardescant: Sic te-
nera corpuscula ingruente primùm populari mor-
bo, vt minus armati munitiq. milites in bello, confi-
ciuntur; p̄xime mulieres gestantes vt erum nō facile
obfistere atq. oblectari possunt, quandoquidē ægre
internum onus ferre sustinent, ac iam iam defecturq.
videantur: quo fit vt inuadente vel leuissimo aliquo
morbo, nedum peltis scæuita labascant Sacrifici verō
& moniales quoniam otio somnoq. dediti sunt, nec
vlla exercitia, laboresq. subeant, ægre aduersus hos
morbos subsistunt. Baiuli autem & vestiores, ceteriq.
plebei, ac vulgus promiscuū, quod in omni vitæ vi-
tusque ratione delinquant ac sordide viuant, ab
huiusmodi quoq. morbis nō sunt immunes, tametsi
eorum non nihil ob indurata laboribus corpora seri-
us iis malis tententur. Ceterum cum pueri in acutis
morbis insultū nō perferant, tum in mitioribus, aut
vbi lenta ægritudine contabescunt, non minus diu
quam adulti cum morbis luctantur: infantes siqui-
dem ea habent potestate, q̄ prouectiores astu. Insi-
ta est enim huic ætati vis quædam, vitæque ac vigor
quæ in multos annos sunt propaganda. Hinc Augu-
stinus: Pueri, inquit, habent perfectionis modū, ita
vt cum illa & concipiantur ac nascantur, verum in
ratione ac potestate, non in mole. Omnia n. mem-
bra insunt semini, quæ sensim emergunt, ac decus
iustamq. longitudinem consequuntur. Ita ætatis de-
cursu exerit se atq; elucet vis rationis, ceteraq. natu-
ræ munia perfici incipiunt. Hinc nostrates dicitare
solent, vbi impuberes laudant ac ipe laudant: Subest
huic quæro virile robur, *Daci sicut sen man in.*

R 2

De civit. Del
cap. 14.

Varia natur. documenta, rerumq. diuisarum nō inconcinna congeries, quæ cū grata breuitate tractare institui, uno veluti fascice completi visum est. CAP. LII.

Liquor stillatitius quem ex herbis virentibus elicimus, nunquam putrescit, q̄ excocta sit omnis terrena concretio, illiq. inlit aerea quædam substantia, quo fit vt nullam decoctionem perferat. Si enim igni admota feruescat, omni sua vi & facultate destituitur: siquidẽ cum pura sit & defœcata, nō habet quod adimi illi possit, eoq; fit, vt citius putrescat, ac mucore obducatur, quã putealis decocta. Sic cereuisia cocta ex pureali, stagnanteq; aqua, licet turbida sit & inquinata, sapidior est, minusq; accessit, quam ex celesti & clara confecta. Turbalenta liquidem si quid habet vitii, excoquitur ac meliorescit. Memorabile est, quod Hermolaus Barbarus ait, aquam septies putresfactam, purgatamq; nō putrescere amplius. Quoniam vt opinor, exinanita est, atq. exempta terrestris omnis substantia, prorsusque defœcata ab omnibus sordibus quæ illi putredinis causa existit. Sic obseruauit Zythi hoc genus, quod plebes *Iopenster* vocant, certo anni tempore aclescere, ac postmodum pristino vigori restitui, quod ipsum in vino exotico euenit Bastardo & Nigro Hispanico, quod mantilia manus que inscit, ac linteæ quæq. saturato rubore imbuunt, vt cerasa Aethiæ, quæ vulgo *Morellen* appellantur.

Duo sunt liquores humanis corporibus non minus grati, quam sã abres intus Vini, foris Olei: quorum vsus si moderatus sit, inculcata valetudine homines efficit, tũ cruda viridq; senecta. Vt aut̄ ocreæ, duriores ac coriæ quæ rigescunt, sitq; sunt obducta, oleo macerata mollescunt, ita corpora hominum, ac potissime senũ vino perfusa, mitiora fiunt, minusque rigida ac terrena. Olea vero atq; viskiones quãquam apud pleraq; gẽtes propemodum in dissuetudinem venerint, eorumq. vsus exoleuit, cum senum, tum iu-

uenum

*In Corol.
Dissect.*

*Vinum.
Oleum.*

*Simil: ab
vincto
vino.*

uenum corporib. salubriter adhibentur, his enim ea
denſa præſtamus, ne externo ventorum impulſu fe-
riantur ac ſuccumbant, vel laxa efficiamus ne interna
humorum fulgine ſtrangulentur. Quin & cutis oleo
imbuta venena reſpuit, adeo ſi quis cutem ad motis
cauteriis erodente medicamento exulcerare pergat,
illamq; oleo perungat, fruſtrabitur, operamq; luſe-
rit; non n. adha reſeunt que applicantur, nec pene-
trant. Intus quoq. aſſumptum virus acrimoniaſiam re-
tundit atq; liebetat, venaſq; ſubire prohibet, ac con-
ſeſtim vomitu id exturbat. Oleum vino vel alterius

*Oleum ve-
nena reſpuit
diſt.*

*Oleum cuiuſi-
liquori ſu-
perinſuſum
putredinem
arceſt.*

Ambra.

Succinum ſeſtucas atq; arida quaſq. allicit: at oleo
oblita inſeſta relinquit, qua ratione Otinum quoq.
vulgo baſij, icon repellit. Sic magnes alio perunctus
ferrum reſpuit, quod pingue quiddã alio inſit, quo
viſeius retunditur, ac minus adha reſcit.

Cucumeres & cucurbitæ cum humore turgereſcãt,
eoq. alantur, oleum ita auerſantur ac diſſugiunt, vt
illi admotæ reſiſtiant ac ſeſe cõtrahant. Omnes enim
ſtirpes oleo aſſuſo putreſcunt.

*Cucumeres
aquam ap-
portant ole-
um eſſeſuunt
Vitis vt ſe-
cunda eſſi-
ciatur.*

Vitis ſi ſterileſcat, ac præter pampinos, ſoloneſq;
ac ſarmenta nihil proferat, lotio acri ac veruſto per-
fuſa, foecunda efficiatur: cum enim redundãtiori hu-
more ſtranguletur, excitato calore ab ſumra que ex-
crementitia humiditate in ſpecioſos vbereſque fru-
ctus protuberat, quod ipſum etiam ſit facie vini ra-
dici aſſuſa. Male autem noſtrates vitis foecunditati
conſulant, qui ſerobe facta fuliginem ex ſumatio
derafam circa radicem obruunt: tamen enim aliqd
pinguedinis illi ineſſe videatur, feruida tamen vren-
tiq; virtute perniciem vineæ aſfert, eamque areſcens
facit vi corroſenti.

*Fuligo ſar-
noxia.*

Ozimum, Centrum galii officinis dicitur, cuius

Gallitricum
Scherley.

semen festucas, ac puluisculos, aliaque oculis infesta qua foris incidunt, eximit vi attractoria. Siquidem illud oculo admotum per ambitum illius quaque uersum uoluitur, assumtoque humore, ac discussa caligine, turgidum egreditur, ac velut tenui membrana obductum. Ipsa uero herba contraria aculeos spinarum extrahit, ac morantes difficilesque partus ac celestat: Vino iniecta mentem exhilarat, animique nebulas disciunt, ac Venere stimulat: liberalius tamen assumpta odoris grauitate caput tentat: Scabras rugosaque manus molliculas praestant ac leniunt Altheæ maluaque decoctum; illis autem efficacius foeni graeci, linique semen, quod miti est oleagine imbutum. Confiuntur autem apud nos conrufo lini semine expressioque oleo siaces formaque; quadrangulari libra quaedam saginando pecori accommoda, quorum si fragmentum aqua coelesti maceres, manusque illa abluas, pruriginosa cutis vitia emendari percipies, membraque nitida ac perpolita effici. Frontem quoque atque uera flaccida, rugisque deformata expositi lini fax aut amurca, addito gummi Arabici ac tragacantha, masticheque momento, ac Caphura papulillo, quod oculis quoque; rubicundis, ac palpebris lipitudine arida vitiatis, atque hiantibus decorem, aspectusque uenustatem conciliat.

Ut manus
laure per-
polianur.

Ut frons et
uera rugi
ac for-
mata nitida
scant.

Visum est nonnullis prodigii quiddam simile ægrotos membris esse calidissimis totoque corpore uari, nec tamē vlla sita premi, cum id eueniat eo, quod calor se diffundat, nec cordi vllique parti principi inhaereat. Quo fit, ut erumpente sudore, cordeque perspirato, ac discusso calore fumido qui interna viscera occupabat, siticulosi esse desinat: econtra quibus calor in extimam cutem non erumpit, sed intus delitescit, intoleranda sita cruciantur, etiam si foris nulla se caloris indicia proferant, quæ febres omnium perniciosissimæ,

Alb.

Albumen oui conquassatum, calcique viua ad-
 mixtum vitri fragmenta ferruminat, ac testacea
 quaeque ita glutinat, vt dissolui nequeant propter Soude
 lentorem ac tenacitatem glutinosam. Cum enim ren,
 calx cuius liquor admixta in lapidem indurecat,
 tum maxime albo oui confusa, quod muscosum est
 viscoque assimilabile.

Qui hortorum cultui deditus est, atq; vberem ex
 singulis stirpibus prouentu consequi volet, obser-
 uare cum decet, q̄ inter se consentiant, quaeq; discor-
 dent. Siquidem herba altera alterius incremento offi-
 cit. Sic vitis si in brassicae confinio consista sit, vel lan-
 guescit vel emoritur. Cum enim vitis succulenta sit,
 ac brassica humoris prauidua, omnem succu allicit,
 ac depradatur. Laurus quoque & hederam vitis noxia
 est, eamq; exarescere facit vi caloris atq; exsiccan-
 te, q̄ Pseudonardus, quae Lanandula dicitur, plurib.
 herbis infert intensi caloris ratione, vt Raphanus eb-
 acrimoniam, quae vicina quaeq; deurit, quo fit vt te-
 mulentia aduersetur, quod vini vim retundat.

Allia prope rosas consista illas odoratiores praestat,
 quia aliorum acrimonia ac caliditas infitas illis vi-
 res excitat atque elicit: quae enim ex frigiditate lan-
 guescunt, calore acuntur.

Olea medicina est Ciceri, ardet enim abigitq; eru-
 cas; quae illud erodunt ac depopulantur, idq; odoris
 grauitate, quo fit vt bestiolae illi non innascantur.
 Cum autem olea amaritudine imbuta sit, brassicam
 herbasque alias praehumidas marcescere facit, quod
 ipsum & Origanum efficit, Ruta & Cyclaminus fa-
 cultate calida atq; exsiccante. Scio equidem multa
 huius generis perfici occulta insitaq; vi ac totius sub-
 stantiae proprietate, sic vt non semper ratio iniri aut
 effectus causa explicari possit, iuuat tamen, ac volu-
 ptati est Philiatro ac rerum naturalium industria,
 sagacique inuestigatori probabiles rationes commie

R 4

*Herba alia
alia aduer-**Laurus vitis
insimica.**Raphanus
temulentia
ouisitat.**Allia rosas
odoratiores
eundant.**Olea nas-
tura.**Ratio multo
tamen res
vni max-
plicabilis.*

nisci: quas si prorsus non assequitur, non tamen rebus manifestis fidem derogat, nec affectus calumniatur, sed naturam eiusq. opificem admiratione prosequitur. Innumera autem sunt, quorum probabilis ratio reddi potest Verbi causa, Portulaca dentium stupori medetur, qui ex acerbis acidisq. contractus est, quoniam glutinosa est ac lentore prædita, quo ab austriis affectos dentes, & quibus deuinciuntur, neruos lenit, suaq. viscosa humiditate incommodum facit. Caliditas autem atq. adstringendiratione idipsum facit salis confricatio, aut si paululum casei ouilli viridis dentibus conteratur. Exsiccat enim dentesque stupidos stabiles facit, atq. ex frigido humidoq. aut acido humore labantes sulcit.

*Portulaca
dentium
stupori me-
datur.*

*Olfactus
ui resti-
tuatur.*

His qui obesa naris sunt, & quibus olfactus vel vitiat, vel abolutus est, efficacissime hunc restaurat Melanthii semē quod Gith apud Etalam vertit Hieronymus, Abrorum, ruta, & quotquot acris vibrantisq. sint odoris. Dilatant enim meatum, humorelq. atque alienos vapores resoluunt ac discutunt. Nihil autem, etiam in senibus expertus, sum magis præsentaneum, quam Mentham identidem naribus admouere, cuius fragrantiam manifeste percipiunt, quibus etiam is sensus ad teterrima quæque occalluit, omnisque odorandi facultas adempta est. Raphanus

*Membra
olfactum
restituit.*

Raphanus

quæ Antonomatie Radicula dicitur, primis mensis inferri debet. Sic enim edendi auiditatem incitat, ac stomacho minus officit. Quocirca culpandi sunt nostrates, qui peracta propemodum cœna aut prandio illam esitant. Sic enim melius perferri concoctionem sibi persuadent, cum ventriculo infecta sit, nisi aqua saleq. confersa cibo præmittatur, alioqui graues halitus fructusq. nidorosos ac tubulos excitat. Quod si ex ea dissectam particulam vino immerges, confectim foetorem contrahit ac graueolentiam.

Recto.

Ferro rubiginem è vestigio adimit, illiq. splendore
 conciliat oleum Tartari, quod ipsum etiã lentigines
 emaculat in facie omneq. pustulas fedas, quæ fron-
 tem mentumq. deformant, abolet vi absterforia.

Tartarus.
VVyn-
steen:

Caphura aqua coelesti commixta illã à putredine
 tuetur ac præseruat odoris fragrantia: similiter & myr-
 rha, atq. Agalochum, vulgo lignum aloes.

Caphura
vi putre-
dinem à
liquoribus
arces.

Succus quoq. Cyrenaicus, qui vulgo Benzoi vo-
 catur, Styrax calamites in arcenda à rebus putrilagi-
 ne, efficacissima sunt. Omnes siquidem vitiatos ha-
 litus auramq. pestiferam abigunt, atq. ambientem
 aerem, qui fere putredinis causa existit, puriorem
 reddunt, effluxu grato ac suavi, qui ex calida siccaq.
 qualitate emanat.

Tithymali cuius septem numerantur differentia, Tithymali
 succus lacteus verrucas delet vi adurenti & caustica.

Tithymali
vnas.

Siquidem ob intensam caliditatem ac vim penetrã-
 rem, radicem arefcere facit, quo facto mox vt scabra
 quaedam crusta decidunt. Pari ratione Hermodacty-
 lus ac Sauiua in puluerem redacta, atque oxymelini
 scyllitica, vel succo Calendule commista, claus cal-
 losq. abolet etiam in partibus pudendis, cum à fœ-
 do concubitu contracti sunt.

Verruca
vt abole-
antur &
claus.

Ætius mensibus ne vinum in congris cito vape-
 scat, aut calore perfundatur, sed inter propinandum
 frigescat, in labro aqua gelida oppleto collocentur
 vreci, aut capaciora pocula: deinde Salnitrum, vulgo
 Salpæter, infertatur: tanta frigiditate vinum imbui
 continger, vt eam vix dentes tolerent. Huius autem
 qualitas illum in bombardis strepidum efficit; nullo
 autem sonitu, nec tam valde explodi glandem con-
 tinget si is eximatur.

Vinum quo
minus va-
pefat.

Nitrum li-
quoribus
igiditatem
inducit.

Si quis dilurius bibere insituit ac consultũ existi-
 mat vinum plus satis meracum infusa aqua mitiga-
 dum, non id inter edendũ moliri debet, sed sesqui-
 hora antequam sit accubiturus. Sic enim coalescunt

Quomodo
vinum di-
luendum.

inter se liquores, nec repugnantī qualitate conco-
 cioni resistunt. Vulgari siquidem more diluta, tem-
 tant caput, ac rugitus flatuq; excitant. Acerba quo-
 que vina ac subaustera dulcibus non commiscenda,
 nec rubrum candido. Negotium enim facefcit ven-
 triculo diuersarum qualitatum alimenta, cum aliud
 properantius, aliud tardius in habitum corporis ra-
 piatur. Quapropter hunc delectum habendum suas
 deo, vti in prandio album assumatur, in cœna vero
 rubrum. Album siquidem promte delabitur, ac ve-
 nas meatuq; vrinarios peruios efficit, ac dilatat: ru-
 brum vero modo generosum sit plus alit, sed ad stric-
 tionis est particeps. Quod si in eadē mensa vtrumq;
 appinerit, semper album rubro p̄mittatur. Cum au-
 tem diluendi vinirationem nō penitus negligendā
 censeā, tum illud Plutarchi mihi semper arrisit: Vi-
 num in tempore modice bibendum potius, quam a-
 qua diluendum: deperit enim infusa aqua.

*Plutarchi
 sententia
 de vino di-
 luendo.*

*Castanea,
 qui seruen-
 tur.*

Castaneas si quis volet conseruare intactas, nuces
 basilicas ex inglande collectas inspergat. Omnem si-
 quidem viginem atq; humorem excrementitium,
 qui cariosas eas efficit atq; euanidas, absorbet, situq;
 obducti prohibent. Est enim eius naturæ nux regia,
 vt exciccet, humoremq; depascat, vnde salubriter
 consiliis, vultu omnibusq; gutturis viris adhibetur.
 in quem vsum Diacaryon, hoc est, ex nucibus anti-
 dotum conficitur, q̄ omnes à capite fluxiones sistit
 ac reprimat. Et quoniam venenis resistunt, ac vene-
 nati aëris contagia discutunt: compositio diatesse-
 ton, quod ex quatuor rebus confiata sit, à veteribus
 excogitata est, quæ recipit nuces binas ac totidem
 ficus folia rure viginti, aliquot salis grana: quæ con-
 trita si quis ieiunus sumserit, eo die à venenis mor-
 bitque contagiosis futurus est immunis.

*Antidoton
 contra pe-
 stem.
 Cape na-
 turā ab a-
 lia stirpibus
 aduersa.*

Cape præter omnium stirpium naturam de-
 crescente Luna augetur, atque incrementa sumit
 crescenti.

creſcente minuitur. Ideo fit, quod Luna immodico illam humore ſuperplet: cum enim natura ſaccu- lentū ſit vt omnia ſunt, aëta, ac natio ſucco abunde perfulum, Luna creſcens humorem euidem illi ad- augeſcit, ſed calore imminuit; qui potentiſſima cauſa eſt, vt incrementa ſtirpes cepeſſant. Eadē ratione enor- miter pingues & obefi ſteriles ſunt. nec pgenerant, quod calore deſtituti ſunt, qui excrementum ſemi- nale ſecundum efficit ac prolificum. Atque hinc eſt quod cæpe, aloen, acetabulum, croci radicem ſeyllā, porrum, complūtaque alia natio ſucco turgida in carnario laqueis affixa progemipare perſpicit moſcum enim ſucco aſſatim imbuta ſunt, calore tā- tum opus habent, vt proſiliant atque ſe proferant.

Febres, quæ homines edaces efficiunt, diuturnæ eſſe ſolent; itaque mihi ſemper viſum eſt melius ſiti- caloſos eſſe febricitantes, quam famelicos. Illis enim cum ex ſua bili febris accendatur, aſſuſa humoris copia, ſudoreque exſiccato facile mireſcunt: Iſtus qui ad cibum auidi ſunt, ex humore melancholico. at- que acida, ſalſaque pituita febris excitatur, quibus humoribus cum ventriculus perfulus eſt, præter ra- tionem edendi cupiditate ducuntur: quo ſit, vrita affecti morbum alant ſomitemq; minuitrent, ac diu- tius cum febre conſiſtentur. Cum autem tres ſint pituitæ ſpecies, vt Galenus teſtatur, Dulcis, Acida & Salſa. Prima ſomnolentos efficit, altera famelicos, tertia ſitibundos. Horum omnium maxime diutur- nos morbos patit quæ edaces homines efficit. Quo- circa ſi illos celerius terminari velis, in morbi inſul- tu cibum ſubducito, Vinum ex ambientis aeris qua- litate acceſcere, æſtius menſes nobis commonſtrant. Quocirca in ſpecus ſubterraneos penitiſſimaque loca recondi debet, atque accuratè obturari. Quod ſi ea commoditas deſit, lardi carniſque ſuilis ſalite ſeſquilibrā, aut pro doli amplitudine maiorem li-

*Pingues
ſteriles.*

*Fameli-
ci
ingrunt
febr.*

Depleti.

*Vinum que-
modo ab as-
core vinctū
cetur.*

no obuolutâ dolio immittas, sic vt dū vinum depro-
mis, semper id desitire patiaris ad fundum vsq; dum
vas exhaustum sit: vinum nec degenerabit, nec va-
pescet. Omnia enim quæ illi vitii aliquid essent alla-
tura, in suillam incumbunt. Interim arctissime oc-
cludi dolii orificium debet, ne quid aeris subeat, ac
facculo vel sale oppleto, vel humecti sabulo muniri.
Sic enim nec vapescet vinum, nec acorem contrahet.

Vt autem vinum subacidum aut acetum vini nas-
turâ asciscat porri semine effeceris, aut iniectis pam-
pinis ac capteolis vitis.

*Vinum glus-
rinosum vt
in restaura-
tur.*

Vinum corruptum ac glutinosum lacte bubulo
modice salito restauratur. Sunt qui calce, sulphure,
& alumine id moliantur q̄ ne homini infesta sint, ac
noxam infexât, Iridis radice & grana iuniperi com-
miscenda suadeo.

Quo vinum palato arrideat, acceptumq; sit, atque
odore coloreque gratum: malum Medicum, seu po-
mum citriū caryophyllis vndiq; stipatū cado inferas
ita vt vinum attingat, eoq; innatet; nam ex madore
computresceret; nullum nec vapidum nec mucidum
saporem contrahet, sed palato erit gratissimum.

*Ruta vene-
na obstitit.
Mustela
Easilisco
bestia.*

Ruta herba cum multis morbis accommodari
possit, multaq; illam dotes commendent: tum illud
admirandam eius vim declarat, quod mustela basili-
scum præsentissimi veneni serpentem ruta demor-
su præmunita conficiat, ex quo conici potest, quanta
vi polleat contra venena ac morborum contagia.

*Itali quo
modo ana-
tomiam
perficiant.*

Medici apud Italos homines facinorosos qui
morti additi sunt, certo anni tempore à præfectis
impetrant in dissectionis vsum, & quo rei medicæ
studiosi in re Anatomica exerceri possint. Itaque ne
villos humores dissipari contingat, aut crassiores spi-
ritus euanescere, omniaq; se aperte proferant; Opit,
hoc est, succi nigri papaueris binas ternasve dra-
chmas ex vino meracissimo mortem commetitis ex-
hibent.

Opit vis.

hibent, qua potione hausta primum exhilarescere incipiunt, velut risu Sardonio perfusi, mox in somnū soporemque resoluti, morte sopiuntur: tanta siquidem pernicitate venas ac vitalia corripit, vt dissectio eorum, qui opio potionati sunt, corpore, cordi adhaesisse compertum sit.

Vinum aut cereuisia Soli ventę que exposita si ferius acefcant, sal contusum cum pipere ac fermento subacido commixtum celerrime id præstant Quod si properantius id perfici velis, Chalybis partem, aut la-terem semel atq; iterum ignitum in vas cõiicito, aut Raphani radices immergas: confestim acorem contrahent. Mespila quoque, corna immatura, mora vel ex rubo, vel ex arbore lecta, prunella syluestria hinc rude incisa, cerasa A&iana quę foris nigro colore perfusa sunt, intrus sanguinolento, sapore acido liquor-
res imbuunt, atq; exuberantissimi ruboris colorem conciliant. Quod ipsum etiam præstāt anemone flos pratensis, lambuci ebulique acini, & violę altilis quę caryophyllea nobis dicitur, flos spectatissimus. Nam papauer illud erraticum agris frumentariis familiare, vermiculanti quidem & cocceo rubore liquor-
res inficit: at vsus eius noxius est & perniciosus, sic vt explodendus sit illorum error, qui in agnita ac do-lore laterali huius vel decoctum, vel deniq; stillati-
tium liquorem exhibent, cum astringentis sit natu-
rę ac narcoticum, hoc est, stuporem inferens nec spu-
tum promoueat.

Elephantiasis, quam leprę nomine passim desi-
gnant, abominandus foedusque morbus est, coque
extra vrbis pomeria ablegantur, qui illo contami-
nati sunt. Et quoniam aliquando cognitu difficilis
est, constituti sunt apud Belgas Critici ac Censores,
qui hos explorant. Ego ex lotio experimentum ca-
pio cui plumbi vsii cineres inspergo: qui si subsidunt,
atque in imum viceoli deuoluuntur, nullum inest

*Vt vinum
aut aliud li-
quor cito
acefcatur.*

Morellen

*Papauer
erraticum no-
noxium.*

*Leprasi ve
explorantur.*

corpori huius morbi contagium. Sin fluent, atque in vrina superficiem harent, insectum esse statuo. Indicat enim humorum crassitiam, atq; adultam corruptaq; per corpus vndiq; diffusam melancholiam.

*Argenti vi-
uissimi.*

Si quando aurifices in cruciandis obducendisq; auro poculis inrenti sunt, argento viuo id perficiunt, quod calenti foco admotum in fumum grauesq; halitus euanescit. Quod si protenso vestamento fumum

*Argentum
vium auro
afficitur.*

excipias, is rursus in argentum viuum coit ac conglabatur, quemadmodum fumus ex carbonib. in densam crassamque fuliginem. Quantopere autē res ista

*Aurum fico
si salubris.*

metallica auro afficitur, superius à nobis demonstratum est id autem admiratione dignum, q̄ ex morbo Gallico inunctus si aureum anulum ore gesserit, ac

dentibus linguaq; hinc inde voluter, argentū viuū quod corpori ex vnctiōe innarat, in anullū deuoluī, vt sic totū argenteus eximatur, ac non nīli igni ad-

*De argento
vivo prodigi
quiddam
simile.*

motus pritiū nitōri restitatur. Quocirca consulo huiusmodi ceromare delibutis, vt id crebro facient: inhaeret enim iis magni metalli huius copia, adeo vt obseruatū sit, incisa vena aliquot drachmas

profluxisse: atq; hinc est, quod tales tantisper pale-
scent, & tremuli existant, dum aliqua huius metalli portio corpori inhaerescit. Quo mirari subit nonnul-

los serupuli pondere exhibere puerperis, quo clemē-
tius pariant, ancipiti, dubioque experimento, tum pueris etiam ad vermes enecandos: quanquam non

diffitear purum viuūque argentum ceteris esse in-
nocentius, deinde salua alioq; liquore extindum. Siquidem argentum sublimarum ignis vi ex Chal-

cantho, alumine, arsenico, sale, nitro, & ammoniaco extractum perniciosissimū, cui succedit puluis scipio-
ratus rubenti croceoq; colore, quod nonnulli empiri-

ci dimidii serupuli pondere deuorādum hēofis ex-

hibent, non sine faucium ac ginguarū exulceratio-
ne, foris autem vulneribus cōtumacibus adhibetur.

Aqua

Aqua autem fortis qua aurum ab argento separant aurifices, a que noxia. Quanquã non verentur sp. n. se nostrates suauam celsitatem ea moliri, maximo detrimto ac pilorum iactura, siquidem arescentibus capillorum radicib. in tempestiuam atq; indecoram caluitiem consequuntur, nec ullam spem capillitii: sic corroso denti impostum gingiuas excet.

LEVINI LEMNII

MEDICI ZIRIZÆI DE NATURA dignitate & præstantia.

LIBER. TERTIUS.

Quaratione filii ventum probra atq; ignominiam perserracogantur, usq; progenitorum scelera atq; iniquitates impunitentur. adeo ut horum causa, vel fama, vel verum fortuiterum iacturam patiantur, aut aliquo in corpore austruq; damna ac detrimenta concipiant.

C A P. I.



Xstat præclara apud Ezechielem concio *Cap. 18.*

vel potius seuera atq; obiurgatoria Dei expostulatio cum iis qui causam progenitorum in se deriuari queruntur, atq; iniuste posteros plecti parentum nomine. Quid est, inquit Dominus, quod parabolam vertitis in prouerbum, passim decantantes: Patres comederunt yuam acerbam, & dentes posteriorum obstupescunt? Viuo ego, inquit Dominus, ni non erit vobis amplius vsus istius prouerbii. Cumq; omnes meq; sint animæ, tam patris quã filii: anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Itaq; Deus sublaro hoc prouerbio, pronuntiat quẽq; in sua iniquitate exstinctũ iri, nec progenitorũ scelera, aut vllam ignominia in posterita-

tem deriuandam, nisi iisdem vestigijs insistant, eadem graffentur via, parentumque æmulentur vitia. Quisquis enim, vt prolixè toto hoc capite disserit, contempto desertoque Deo paternos auitosque mores imitando confectatur, atque illorum improbitatem ac dedecus exprimit, obiter se rapinis, visuris, calumnijs, adulterijs, fraudibus, fallacijs, captiõibus, idolorum cultu, fœda libidine, alijsq. sceleribus contaminat ac polluit, nec Dei præceptis nec monitis acquiescit, sed salutarem eius doctrinam respuit, eadem, qua progenitores, culpa plectitur, iisdem malis redditur expositus. Itaque non patitur Deus parentum peccata imputare filiis, aut vllam posteritatem

*Pueri non
plectuntur
ob scelerata pa-
rentum.
Peccatum
originale
quam labem
inulit.*

puniti ob maiorum scelera, nisi paria cum illis faciunt, sed vnumquemq. delicti sui reum futurum, vt Cypriano teste, post edomitam legis duritiã, Euangelij coruscatione, diuina iustitia non genus, sed personas iudicat. Quod si quis nobis obieciat peccatum originis quod Adamus nobis inuexit, quo cuiusque mens iacturam facit diuini luminis, voluntate etiam à Deo auersa, facile id dilui potest. Cum n. parens fuerit omnium mortalium, atq. ex hoc trauice vitiosa sit humana natura; hæc labes ac corruptela, naturaque deprauatio propagatione in omnem posteritatem est diffusa: vt assolet in iis, qui ex morbidis parentibus ac vitiosis humoribus, corruptoque sanguine sunt prognati, per omnem siquidem vite decursum, hereditarij mali iis adherescit. Itaque illi peccato potissime sumus obnoxij, nõ aut alterius generis quorũ alia alijs hominibus peculiaria ac propria, quæ actualia dicuntur, adscititia ac consuetudine aut improborum commercio accersita, nõ congenita, insititia, genuina, naturalia, quam magna ex parte ista ex superiore emergant ac pullulent. Ita non semper ea vitia, vel etiam virtutes, quæ parentibus insunt, filiis communiãentur, aut è diuerso. Potest enim pater esse idololatra, deco-

*Exemplum
à vitioso cor-
pore.*

*Peccata
inherita.*

*Alia ali-
quando pare-
rum, alia fi-
liorum con-
ditio.*

tor,

Æor, libidinofus, leno, aleator: cū filius frugi fit atque
 ab huiufcemodi vitiiſ alienus. Vt aut̄ ab Adamo hęc
 labem confequuti ſumus, ita eadem naſcendi prin-
 cipia naſti ſumus maximo emittentiū parturientiūq;
 dolore ac cruciatu, eundem non ſine trepidatione
 finē, vitęq. interitum. Itaq; eodē nos luto inuoluit
 illius p̄creatio, eandemq; aſperūt maculam. Nemo
 autē ex tot millibus non eadē p̄traſſet, ſi talis fuiſ-
 ſet oblata occaſio, ſi Adami loco conſtitut⁹, iis blan-
 dimentis ac poſſicitationib. iis illecebris inſcari cō-
 rigiſſet. ita vt in eundem laqueum nemo noſtrum nō
 inciſiſſet, non eodē haſiſſet luto, ſi ratione eadem ac
 modo, eiſdē artib. ac technis mens noſtra coep̄ta fuiſ-
 ſet oppugnari. Quemadmodum aut̄ preter Reges &
 Principes, magiſtratus ac ciuium præfeſti, q̄ apud
 Belgas iam vulgare eſt. Remp. iuuandi ſtudio are a-
 lieno onerant, ac ſe ſuoſq; ciues ac populares artiſſi-
 me obligant, acceptiſq; ratione, in annuam debiti
 ſolutionem obſtringunt, etiam eos qui primo quoq;
 tempore naſciturū ſunt, adeo vt ſi ſerius aut maligne
 perficiatur ſolutio, apud exterarū nationes detineri
 poſſint ac ſiſti, ita vt nō ſit liberum egredi, aut abſque
 multa ſe ſubducere, niſi aut conſignata pecunia aut
 data fide ac promiſſo vadimonio factaq; ſponſione:
 ita ſimili propemodum ratione Diabolo ſumus ob-
 ſtriſti, ac tanquam oberati Adami culpa grauiffima
 damno impliciti; in eum ſiquidem errorem ac ſcelus
 inexpiable illius transgreſſione ſumus deuoluti, vt
 nullus hominū ex eo eluctari potuiſſet, aut ſe extri-
 care, niſi clementiſſimus Pater deuicta p̄ Ieſum Chri-
 ſtum diaboli tyrannide in liberatē nos aſſeruiſſet,
 deleto atq; obliſterato expunctoq; q̄ aduerſus nos
 erat, vt Paul ait, chirographo, ſiquidem illud ſuſtulit
 è medio, quo nos vrgebat hoſtis, aſſixū cruci, ex ſpolia
 roſq; principatus ac poteſtates, oſtentauit palā triū-
 phans de illis, tanq̄ exutis, deieſtis ac debellatis, con-

Omni homi-
 nis ſimilis uno
 trorsus, & uer-
 ſus.

Simile ab
 a re alieno
 oppreſſo.

Coloſſ. 2.

Peccatum or-
 gina quo-
 modo ei huius
 ratum.

S.

domans simul omnia nobis delicta sic vt nihil sit peccatum. nem postero vlli imputentur prioris vitæ commissa; modo fide stabiles conceptaq. illius fiducia toti tā manifesto Dno inuitantur. Ceterum vt incerta ptequar. contingit aliquo modo filios parentum nomine diuexari, ac detrimenta concipere, suisq. facultatib. exui, cum in hereditatem male partā, atque opes fraudib. ac veritatib. conflatas inciderunt, q. occulte Dei iudicio plerumq. dilabuntur, ac vel incendio, vel naufragio, vel populatione depereunt. Sic vt nō patiatur Dominus iniquis parentum rapinis discernere innoxios, aut diutius huiusmodi bonis frui, q. aliorum iniuria coaceruata ac cōgesta sunt. Simili ratione nonnullos ante diem, ac pperata morte cōfici sustinet, cum progenitores illorum nomine plus satis sibi blandiantur, nec aliud, quā opes, latifundia, honores, dignitates, ambitiosos, fuculosque titulos meditentur, ad quæ illi per fas p nefas aditum patefaciant, nullaq. erecta in Deū cogitatione aut fiducia nihil nō molliuntur, quo amplissimo loco possint collocari, cū plerumq. Deus p mature illos ex hac vitæ statione subducatur, nec patiatur diu subsistere, atq; inanes parentum foes foueri. *Quod* ipsum Sapiens hac sententia testificari possum; Cum Deo placeret dilectus, viuens inter nefarios, translatus est, rap. est, ne malicia immutaret intellectū eius, aut fallacia deciperet animum illius: Apterea properauit illū educere de medio iniquitatum. *Quā* cum homines vident, aut, nō intelligunt, inq. huius facti causam, nec rationē inite possunt mortis tā pperate, atq. accelerati interitus. Ita nonnunq. euenit Dei prouidentia, vt herili filio sublato tota posteritatis spes & expectatio, totiusque familæ columen labascatur ac corruat. Oleas quoq. nonnullos orbari liberis in scelertū vindictam pferretur. Sic enim apud illum Dns minitatur iceleratis: Auolabit, vt volucris, gloria illorum à partu,

Indicium Domini in vitæ cladibus. Quando propter damna con ipsunt ab parentibus.

Præmature interitus unde. Sapient. 4.

Orbitas liberis à Deo.

Cap. 9.

parto, à ventre, & à conceptu: hoc est, in foecundi-
 eunt ac steriles, nec vitos foetus concipient, aut li-
 betos propagabunt, quos si genuerint, eos interimam *Sterilitas &*
 atq; ex hominibus subducam. Proferunt se innume- *orbitas à*
 ra, nulli non a tate, huius rei documenta: cum preci- *Deo.*
 puos heroes, atq; aulæ peeres spectemus non solum
 orbari liberis, sed multum gr̄is alieni contra here. Qū
 autem Dauid orbatu fuerit filio, quem sustulit ex
 Berhsabeæ Vria vxore, magna subest diuini iudicij *1. Reg. 20.*
 ratio. Sequitur enim confestim hanc patrari sceleris
 tragœdiam grauis vitio ac vindicta, ira diuina non
 tam in Dauidē, quam in puerum accensa. Siquidem
 Deus puerum morbo depoiato afflixit, quo septimo
 die, vt acutis morbis afolet, extinctus est. Non e-
 nim passa est exsistere aut superesse illum prouida Dei
 iustitia, qui sic pgnatus esset: tamen si Dauid, referen-
 te scriptura, humili stratus atque effulis lacrymis, vt
 Deus pueri miseresceret, precaretur assidue. Cuius
 rei historia salubre documentum cuiq; exhibet, vt
 quo ad usq; humana fragilitas patitur, ab omni im-
 pudicitia se contineat, tam maxime ab earum come-
 plexu, quæ legitime atque ex Dei institutione matri-
 monio coniuncta sunt. Deinde si quæ orbari contig-
 ar liberis, ne se vexet, excruciet, dilaceret, nec mœ-
 rore, luctu, ac laments conficiat. Quæ enim insania,
 se affligere ob hæc, quæ restitui nequeunt, aut in vi-
 ti posthinc iu reuocari? Quocirca laudem meretur
 Dauidis robur, atque affectuum in tam acerbò luctu
 moderatio. Sublato enim è viuis puero, cum paulo
 ante squalore esset obsitus, puluere ac cineribus, gē-
 tis illius more, obductus, nec ad summum mœrorē in-
 quid esset reliqui: confestim omnē exulsu mœstiti-
 am ac regali splendore accubuit. Quod vero ad re-
 liquam tragœdiæ partem attinet, quæ non minus
 quam prior, funestum ac luctuosum habuit exitum:
 dominus Dauidis offensus facinore, atroces minas as-

*Adulteria
 cauenda.*

*Non nimis
 dolendum
 orbitas si
 berurum.*

*Dauid
 morte pueri
 non contri-
 statur.*

*Adulteria
non impuni-
ta.
2. Reg. 12.*

terrores per Nathan prophetam illi denuntiat; quod expugnato legitimo thoro pudicæ matrona existit; tam fido duce Vria, maledicendi occasione iisdederit, qui alieni erant à Dei religione; ac nō solum illius cultoribus insultant, sed in Deum etiam sunt contumeliosi atq; iniarii. Ceterum vt reliquā argu-menti partem exlequar: contingit nonnunquā liberis parentum culpa aliquam notam infamia vel la-

*Liberi quan-
do seors cogi-
tur parentis
probra.*

guominie inferri, aliquod probum aut dedecus impingi, verbi causa, si mater adulterio contaminata est, si bibacula atq; ebriosa, villaq; infamia insignata, in liberos pars mali deuoluitur. Ita si quis ex incestu atq; illicito concubitu sit, peccatus, aut naturali quidem congressu, sed extra connubii societatem profeminatus (vnde consuetudo inoleuit, vt tales proles naturales vocentur) huiusmodi conditionis hominibus passim insultant populares, ac conuitiis onerant, vt est natura mortalium in lacerando prompta, proca & temeraria quamq; ista criminatio in hominum deprauatis affectibus magna ex parte consistat: cū nulla penes liberos culpa resideat. Nec n. puduit Euangelii scriptores in enumeranda Christi generatione plerosq; recēdere, qui extra cōiugii statum sunt:

*Item. 3. in
Matth.
Nemo in so-
litas proge-
nitore suo ro-
bilisato.*

prognati; q; ipsum studio ac data opera factum interpretatur Chrysostronus, ac pleriq; alii: ne quis intamefeat progenitorū dignitate ac pstantia, nec animū deiciat, si humiles atq; abiectos fornicus est, aut qui nullis virtutibus enituerūt, modo ipsi ad res praclaras aspirent atq; enitātur. Siquidem, ppria ac genuina virtus quemq; nobilitat, nō aliena aut adscinitia, q; ex progenitorū primordiis mutatur. Vt n. igna nūm nec parentū, nec patriæ splendor illustrat. Ita nec virtute praeditum maiorum illa udata vita commaculat.

*Metamor-
phos. lib. 13.*

*Nem genus, & proavis, & qua non fecimus ipsi,
Haud eo nostra uoco.*

Quos spectat illud Saryrici:

Mali

*Malo pater tibi sit Therfites, dummodo tu sis
Aeacida firmitis. Vulcanique arma capeffas,
Quam te Therfite similem producat Achilles.*

*Inuenitis
Satyr. 8.*

Quæ cōmonstrant verā nobilitatem ac decus non tam proauorū stemmate & imaginibus, quam virtute, quā integritate vite, quā morum, p̄bitate metendum: deniq̄ non despiciendos vllos quālibet humili abiectoq̄, loco natos, quantum uis uilibus modicq̄, parentibus ortos, modo frugi sint, atq; ad p̄clarissimā quæq̄, sibi aditum patefaciant. Quod ipsum tota illa apud Ezechielem concionis series, atq; enarratq̄ rei amplificatio commonstrat: quæ, plixē sinistra, in cōsulta, temeraria, improuida, inconsiderata hominum etiā in Deum iudicia, uellicata ac reprehendit.

*Nobilitas
quæ solida.*

*Quare conualescentibus ac morbo defunctis primum omnium
genitalia rursuscant, quæq̄, illis natura insita sunt, nempe
concombendi desiderium perficere tentent: ac huc de re sa-
lubre consilium atque admonitio,*

CAP. II.

Cum ex morbis conualescunt agroti, nō cōfestim vires suas recuperāt, aut subito restituntur: sed exhibitis alimētis, præscriptaq; salubri diætā sensim refocillantur ac reuiuiscunt: tamen si morbus excussus est, ac sopitus febrilis calor, nō nulla tamē adhuc inharrent corpori debilitatis deiectaq; ualitudinis uestigia, ita ut nulla p̄modum pars probe munus suum obeat, suoq; officio perfungatur, ubi ad usus aliquos accommodatur: sola membra procreandis liberis destinata, partesq; genitales primum vires ac robur concipiunt, atq; obeundis perficiendiq; munus suis ualidas se ostendant atq; erectas, tamen ita constitutis operā dare Veneri nimis quam periculosum. Sunt autē certa atq; indubitata recuperate ualitudinis argumenta, nullaq; in corpore morborū reliquias inharere, si quando partes genitales prorsus ac t̄rigine affici incipiunt, tamen si reliquis mō-

*Conualescen-
tibus Venus
noxia.*

Cur conualescentes in Veneream prors,

Sanitatis indicia in pueris.

Erectio genitalium sanitati in dicitur.

Veneris inuentione in valetudine.

bris flaccidis ad perficiendos hymenæos, thorumq. nuptialem adornandum vires delior, nec tantolabori sufficiant. Quod ipsum hinc euenite ominor, quoniã obstruptione venarum discussa ac patefactis meatib. hepar ac renes aliaq. membra distribuendis alimentis destinata primum oblato cibo pferuntur: ac præ ceteris instaurantur: quo fit vt vires concipiunt, ac spiritu cū naturali, tum vitali affatim implicentur, cuius motu atq. agnatione abdite obsecræ que partes turgescunt ac despumant in libidinem, cum remotissima membra, pedes, brachia, armi, suræ, femora, ceruices, genæ sensu à alimento ac vitali succo, perfundantur. Cum itaq. pudenda membra hepatis munere, exquisito ac salubri succo saginentur ac pinguescant: primo omnium conualescunt, ac virile robur concipiunt, sic vt oborta etiam leui tacitaq. cogitatione inguina indecore intumescant, & qua vi imbuta sint, patefaciant. Cuius rei indicia etiam in puberes pferunt, quib. illæ partes, tametsi imbelles sint, & denegata generandi facultas, spiritu tamen distentæ eriguntur, atq. ex decubitu in dorsum rigescunt, salubri sanitatis boniq. habitus argumẽto. Ita licet conualescẽtibus sint infirma fractaq. vires, ac morbo atritæ membra languida, corpus macilentũ ac frigidum: pars tamen illa secretiore loco collocata, quæ Ciceroni mentula dicitur, primũ recuperatæ valetudinis indicia profert. Eo siquidem præ ceteris alimenta deferuntur, propter vicinitatem, & quod p̄cipuis membris ea pars connexa est, atq. ex vna venarũ atq. arteriarum neruorumq. propagine produrta. Quod si morbo defuncti ac conualescentes, maturius quã par est, & quam vires patiantur, se Veneri dedant, exhausto puriore succo ac vitali spiritu, lethaler affliguntur, omniaq. illis vergunt in deterius. Si quidẽ synceriorũ uirorq. alimenti pars ac roscid' humor, quibus membra arida atq. extenuata morboque

boq; exhausta madescunt atq; irrigantur, absorbentur,
 ac velut lactis cremor, emungitur: quo fit vt vires
 quibus non nihil incrementi accesserat, cōcidant ac
 conterantur. De mulierib; vero alia est ratio, q̄ con-
 cubitu min⁹, quam viri defassantur, imo vires ex eo
 cōcipiunt, ita vt nonnullę impendio salaces, huius
 rei causā aliquando morōsi simulent, quo maritos
 ad amplexus inuiter atq; alliciant, adeo vt hinc ena-
 tū sit apud Belgas, puerbitium; Matrona a grota sem-
 per aliquid expolcit: Mulieri valetudinaria semper
 aliquid offerendum: *Meh m et den sek in Vronkens alyt
 vvat hie ten.* Quo designat non semper multum, aut
 alimentum delicatum exhibendum nauseabundis
 mulierculis, sed aliud quiddam, quo illis viri maxi-
 me gratificari, de qua re potissime affici solent ac de-
 liniri, etiam si exquisitissimis donariis illas studeas
 demereri: eoq; factum est vt Salomon os vulgę aut
 veri ostium, velut oris fauces inter ea relecta, quę
 cupiditate existunt insatiabili. Quocirca si orōtime
 sibi consultum capiunt, q̄ matrimonio sicut ago. Nl,
 vbi a morbo sunt eluctari, ac reuiuiscere incipiunt,
 ne se vxoribus festinanter obiciant, atq; emulcen-
 dos prębent, sed voluptati moderentur potius, ac
 frenam intēpestiur libidini iniiciant: nihil n̄ ita cō-
 flitatis adimi potest, vt nec arboribus tebellis, quę
 truncari putariq; reculant. Nam si redintegrari ac
 recrudescere morbum contingat, aut subito morte
 conficiuntur, aut ægerime cōulescunt. Quod si vas
 lidi robustiq; viri ipso primo coniugio agre sub-
 sistunt, vbi res Venerea frequētius peragitur, atque
 vxorum embolā, vt Ciceroniano verbo vtar, sapius
 frequentat, quāto magis vacillat, ac dubia valetu-
 dinis homines deiici cōtingit, ac debilitari, argumē-
 to q̄ vxori, h. e. q̄ coniugi plus satis dediti sunt, atq;
 illi obsequuntur colore cōspiciantur multetino: gil-
 uo, buxco, ex sanguis, plumbeo, mēbris articulisq; ita

*Mulierum
 salacitas.
 Proverbiū
 populæ res
 faminae.*

Prover. 30.

*Exemplum
 a tenellu ar-
 boribus.*

*Veni im-
 modica ves-
 nustatem de
 populatur.*

Etis atq. enervatis: cum alii quib. concubitus p̄ficirur moderate, atq. intra mediocritatem cōsistit discussio atq; dissipato fuliginoso vapore, colore florido, exsiliant ac facie roseo rubentiq. pigmento perfusa. Est quidē cuiq. membro sua vis inlita ac facultas attributa, nempe oculis visus, auditus auribus, naris. olfactus & odoratio, lingua ac palato sapor & gustatus, q. ex sensib. omnib. maxime voluptarius: vesica ciuſque musculi reddēdo lotio, intestina d̄ficiendis excrementis inseruiunt: partes genitales: progignendis liberis, perficiendoq. concubitu sunt destinata: ita alia membra aliis officiis instructa sunt ac dedicata, quorū singulis temperantia moderatioq. adhibēda.

*Cuique par
tisi a vi
sita.*

*Omne nimis
pernitescit
Fabricur
surdus est.
Omnia mē
bra sua offi
ciodisti
nta.*

Si quidē oculi obtuitu eo ntinuo fatigatur, ac caligine offianduntur: aures intēsiore sonitu obſurdescūt, vt omnib. fabricis ferrariis. Sapor immodico vel cibo vel potu aboletur, omniaq. efficiuntur insuauia atq. insipida, sic vt etiā stomachus alimenta respuat atq. auerſetur. Nares odorōsi facultate p̄ditæ, assula p̄tuita, ne fragrantissima quidē percipiūt. Partes quoq. genitales, quib. singula membra inseruiunt, & si forte illæ defecerint, aut exhausta sint, succētūna admimiculantur (nam ex toto corpore humores ac spiritus eo deriuant, ac cōfluunt) si immoderate ac p̄fusa libidine defatigētur, nō tā ipsæ, q. tota moles corporis flaccescit ac collabitur. Quocirca in cōseruandis naturæ virib. in roborando firmādoq; totius corporis habitu omnia moderate ac tēperanter institūtur, quo quisq. mature ac tēpestiue, nullaq; molestia senescat, ne libidinosa adoleſcentia animū morosū ac querulū, corp. effrētū ac flaccidū senectuti tradat.

De aura atq; aeris effectib. tam statū ventorumq; nominibus

natura, ac virib. in excitando morbis ac permouendis humoribus, qui agitati menti damna nonnunquam inferunt.

CAP. III.

Dix sunt res aduentitiæ atq. externæ corporibus nostris

nostris non minus infesta quam salubres, quæ & va-
 lerudinem solciant, & sanitatem non nunquam de-
 moluntur: nempe alimenta, atque aer ipse qui nos
 ambit, ex cuius agitatione & motu ventus emergit
 ac flatus, quibus singulis momentis corpora nostra
 exposita sunt, ac manifestam mutationem suslinet:
 Concipiuntur autem intra corpus nostrum flatus &
 ventosi spiritus, partim ab externo aeris impulsu, par-
 tim ab esculentis & potulentis, quæ assumpta flatus
 pariunt, ac ventrè distendunt, et sunt fabæ, pisa, cru-
 da olera, rapa, radícula: fructus arbores, mustum, zy-
 thus & cereuisia recens, ex quibus orti flatus ventri-
 culo negotium faciunt, atq; cum intestinis, tū hy-
 pochondriis seu pœordiis molesta sunt. Hi vt etiam
 qui inter edendum spiritus subingredi solent, vbi a-

*Aer & ventus va-
 lerudini vel
 efficiunt vel
 presunt.
 Vnde flatus
 in corpore.*

uide & confertim cibum potumq; ingerunt, ructi-
 bus aut emissis postico flatibus discutiuntur. Quod
 si diutius corpori immorantur atq; in hèrescunt, aut
 vili parti infixi dolores inferant, foris calorifica fo-
 menta adhibenda, intus vero quæ discutiendis flati-
 bus sunt idonea: vt sunt cuminum, lauri bacca, anisi,
 fœniculi, cari semen, vinum meracum nempe Cre-
 ticum, quod Maluaticum vocant,

*Auide bibo
 re flatus cor-
 pœ discutiunt.*

*Quæ flatus
 discutiunt.
 Ex. Eneid.*

His si quæ ventu luctantes agmine saclo

Quæ dato porta ruunt, ac errat turbine persolant.

Ceterum cum externi flatus magna ex parte no-
 bis sint infesti, effectusq; penetrabili valerudini offi-
 ciant, de his potissime habebitur sermo, Si quidem il-
 li se modo tacite ac latenter in corpus insinuant, mo-
 do palam ac violenter ingruunt, atq; hominibus, ar-
 mentis, pecoribus, satis messiq; triticeæ herbis, arbo-
 ribus infesti sunt, ac damna inferunt. Promanat autè
 atque effunditur ventus ac aere aëraque concitata ac
 commota, quo fit vt modo placidus sit, blandus ac
 suaui, modo validus atque imperuosus pro ratione
 aeris tranquillæ, vel agitati. Sic vt ventus non aliud

*Ventorum
 origo Ventus
 quis.*

statui possit quam effluxus atq; effusio cōmoti aeris qui vires & alimenta concipiat ex terræ exhalatione & vaporibus. Vel vt Victrunius ait: Ventus est aeris fluens vnde incerta atq; instabili vi incitata, Quod ipsum cum designaret Seruator, Spiritus, inquit: vbi vult, spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde prodeat, & quo se propiciat. Sumta siquidem similitudine ab externo statu Nicodemum instruit, qua vi, & quam arcano effectu Cei spiritus hominum mentes afficiat. Vt n. spiritus aeris non cohibetur, nec cōquiescit vltius arbitrio, sed instabilis est & inquietus suoq; imperu ferrit. atq; hinc inde impellitur: ita vt per omnia diffusus sonitu effectuq; se prodar, non vilia, rebus terrenis nunc salutaris, nunc exitiosus: ita spiritus diuinus tacito atq; ineffabili afflatu humanas mentes pulsat, agitat, impellit, rapit, inflamat, incitat, transformat, atq; homines ex carnalibus spirituales efficit: Vt autē mens atq; humanus animus diuino spiritu subsistit ac fouetur: ita corpus hoc spirabile atque animale externo aere ac salubri aut non minus, quam cibo ac potu recreatur: Est enim aeris ac spiritus, quem haultu intra corporis nostri recessus concipimus, non minus, quam alimentorum vsus necessarius absq; istis enim aliquidque subsistere potest humana natura: nam septenis nouemq; diebus, vt asolet, inedia tabescentibus, absq; vero cura circumfusioq; aere ac statibus, ne tantillo quidem momento perdurare poterit, quin suffocetur. Quo autē is purior sit, ac minus habeat contagii eo corpori salubrior ac magis salutaris. Si enim aer cōtagiosus sit ac pestilens, cibo vitioso ac venenato est nocentior: Siquidem cibus vomitu excuti potest, ac calor naturalis beneficio concoqui, at spiritus autem pestifera non facile domari potest, aut effici: vbi intimos corporis recessus occupauit: nam confestim eor ac spiritus vitales inficit opprimitque. Quocirca

commun.

Iohann 30.

*Locus Euan-
g. lectu ex-
plicatur.*

*Spiritus di-
uinus aere
spir. x. com-
paratur.*

*Inedia quā
do pernitio-
sa quonq;*

*Spiritus vit-
iosus ali-
mento noc-
entior.*

communis hic aer (qui respirationi subseruit, & cuius admiculo spiritum hinc inde recipi ocautem pducimus atq. attrahimus) accurate obseruandus est. Nec minor habenda ratio, in stabilienda sanitate ventorum, q. ab aere promanant ac diffunditur. non solum in libero apertoq. aere, cui subinde nos exponimus, sed etiā in construendis erigendiq. adibus, constituendis porticibus, vestibulis, fenestris, ostiis, omniq. pfectu, per quem in trichonia ac coenacula externi status se ingerunt, q. no salubri aura nos reficiant, non offendant graues atq. insalubres halitus. Quod cum Hippo in peste qua totam Asia depopulabatur, ac Grecia exhausta, studiosè obseruaret multa hominū millia ab illa vindicauit, Marcus quoque Varro cum Coreyra esset, in omnibusq. passim adibus aegroti decumberent, inducto fenestris no uis Aquilone, atque obstructis qua Austum admitterent, ianuaq. permutata, comites ac familiam in eo lumes reduxit. Sic apud Belgas maritimos quoniam multa ciuitates. Austro atque Africo sunt opposita, homines plurima anni parte egrotant, ac pituita fluxionibus sunt obnoxii. Quo spectat illud Vitruii: In Insula Lesbo oppidū est Mytilene magnificenter aedificatum atque eleganter, sed positū non prudenter, in qua ciuitate Auster cum fiat, homines aegrotant, nā is ventus putredinis causam praebet: cū Corus Circo affinis ab occaū solstitiali sptrans, vulgo Noard, uel homines rursuut, cum Septentrio atque Aquilo restituntur in salubritatem. Ex quibus liquido apparet instabilis ventorum impet^{us} humanis corporibus morbos inferre, ac ualentinē deteriorē efficere, quos si euitare atq. excludere liceat, minus morbis quēq. tentari contingat: aut si forte ex causa aliqua contracti fuerint, ubi flatibus noxiis aditum pracluseris, expeditius senescunt ac cōsopientur. Vc teres, quoniam quatuor sunt caeli regiones ac limites,

*Observatio
in constru-
endis ianuis*

*Hippoc. in
peste consi-
derat.
Varronis in
peste consi-
derat.*

Lib. 1: cap. 5.

*Venti Cas-
dinales quor-
tuor.*

totidem constituerunt ventorum discrimina, quos eleganti carmine complexus est Quidius:

*Metam.
lib. 1.*

*Eurus ad auroam Nabathaæque regna recessit,
Perfidaque & radiu iuga subdita matutinis.
Vesper & occiduo qua tutore sole tepescunt,
Proxima sunt zephyros; sybiam sepe meque trions:
Horriser inuasit Boreas; contraria tellus
Nubibus ostendit, pluuieq; madefcit ab austru.*

*Proxi nau-
tica duos &
triginta ven-
tos; statuit.*

Alii quibus visum est exactius omnia dimetiri duos decem dinumerant. Nostra vero a tas nauorum nauigatione edocta ob vastum ac spatiosum Oceani ambitum marisque mediterranei longissimos tractus, duos & triginta statuunt, eosque in versoria ac pyxidecula nautica, vulgo *Compas*, exhibitos, continenter intuentur, atque in tempesta nocte etiam, coeloque nubo ac caliginoso, illius vsu & commoditate cursum dirigunt, portulque destinatos assequuntur. Nec est recens aut nouitium inuentum hæc pyxidecula, cum Plautus etiam huius memnerit:

*Trinum.
Act. 3.
Scen. 3.*

*Quin tu quod peris, perisse ducis?
Cape versoriam, & cepte te ad herum.*

*De aere &
locis.*

Ceterum viris politicis qui à nauigandi consuetudine sunt alieni, non tam ventorum numerus, quam natura effectusque, excutiendi. Quisquis n. ex Hippocratis prescripto valitudini optime consultum velit, quadripartitas anni distinctiones (quatuor tempora nostri vocant) obseruet: denique ventos calidos frigidosque, quibus omnis passim sunt expositi. Habent n. momenti plurimum ad tuendam valitudinẽ, ac morbos propulsandos ventorum concursus & aeris constitutio. Siquidẽ nõ tam corpora, quã animi hominum mutationem subeunt per cœli ac ventorum ratione. ita vt etiã sani aliter affecti sint cœlo nubo ac turbulent, aliter sereno ac placido, aliter spirante Zephyro aut Fauonio, aliter seruiente Austro vel Africo, adeo vt non modo corpora sint agilia, sed mentes

*Animus ab
aere in tem-
perie vitia-
bitur.*

mentes etiam cretiores, expulsaq. omni morositate magis tractabiles. vbi caliam suaui vernantiq; auro, ac vento placido pfunditur. Ceterum quo singula ad amissim exigantur, ventorum nomina doctis ac plebeis visitata, conditiones, vires, effectusque obiter percensebo, quo quisq. declinare possit, quæ nocitura videbuntur, atque iis se tuto obijcere, quæ salutaria fore sperat atq; innoxia. Ab æquinoctiali seu vernali exortu, qui perficitur vbi sol arietem subit, Subsolanus p̄greditur, *Ost.*, Germanis, *Lenante* Italis, ventus magna ex parte salubris, & qui animi mentis que nebulas discutit, antelucano autem subfrigidus est, meridie vergenteq; in austrum sole tepescit ac languidum calorem concipit, nostrates *Lauosi* & el vocant, cum corpora non aëre immo dico infestantur, sed flaccido calore tepescita languescunt ac naueant, Belgæ *vuauustich* vocant: Corn. Celsus atque Ouidius Egelidum, cum inquit:

*Subsolani
venti qui ab
ortu progre-
duntur, esse
sunt.*

Et gelidum Boream, egelidamq. Notum.

Lib. 4.

Æstate autem media, vbi feruescit sol, æstus Subsolanus excitat, ac flauā bilem accendit, ex cuius inflammatione febres ardentes pullulāt. Hyeme vero paulo mitior est, ac minus quā aquilo asper ac rigidus.

Eurus orientali vento affinis, effectusq. proximus, ad austram versus meridiem non nihil declinat, sic dictus, *esse* *est.*

quod ab auris procreandis mouendisque diluculo, orto primū sole, moueri incipiat, vulgo *Ost.*, *7* *7* *7* *Ost.*, nam in illo cæli cardine apeliotæ seu Subsolano adfistit non longo intervallo proximus. Æstiuus autem mensibus feruidus est, vrentesq. febres excitat: & q̄ in Belgicā a me sæpius obseruatū est, grassante morbo aliquo populari, vt illo spirante aëre, carbunculos ac tumores contagiosos in inguine & sub aliis parturit, rubentesq; pustulas atq; exanthemata quæ in extrema cute efflorescunt atq; ebulliunt: cū enim tepidi caloris sit particeps, admixta scilicet nonnulla

*Eurus ali-
quando pestis
caussa est.*

Eurus hy-
eme frigidis-
simus.

Vulturini
natura.

Euronoti
affectus &
status.

Simile à
marinis flus
libus vento
agitata.
Venti etiam
animo in
temperiem
adferunt.

Opportunis
tas captanda

Ex Virg.
desimum
Aeneid.
lib. 4.

humiditatis portione, aliquam putredinis atque inflammationis causam sanguini præbet. Hyberni vero mentibus intentissimum frigus adfert, & plerumque nix subsequi solet, ac rigidissima præterea, adeo ut qui huic vento se exponunt, ægre nares, faciem, oculos, genas à penetrabili ventiq; frigore tueri possint: quæ vis & vultui adscribitur vento violento ac præterocci, quem in eodem ordine nonnulli collocant, tamen paulo ab euro digrediatur. Proximum locum versus meridiem sortitur Euronotus Zuydosit, qui aitate magna ex parte serenus est, tamen nonnunquam non modo æra, sed etiam mentem in nebulis ac caligine offundat: cum enim aliquando turbulenter existat, animo melancholiam adfert, sed quæ facile discutitur. Siquidem non acer est aut acerbus in concitandis humoribus, ut pleriq; alii: Ut autem marini fluctus ventorum violentia intumescunt atque attolluntur: ira quoque in humanis corporibus, eadem vi agitantur humores atq; exaltantur, quorum vapores ac fumi sursum delati, mentem inquietam reddunt, animumq; morosum, difficile, querulum, præfactum, durum, intractabile, adeo ut subsistente illa affectuum intemperie, non facile ab huiusmodi hominibus quicquam impetraveris, aut possis obtinere. præsertim mulierculis auruaris leniculis: qui cum sint suspiciosi, odorantur plebrosq; insidiosa quadam civilitate aliqd venari ac captare, quos indignatione quadam repulso maledictis onerant, nisi forte tempestive atq; in tempore quod omnium primum est ac præcipuum, accesserint. Sunt enim qui dextre sua negotia perficiunt, ac captata occasione, arreptaq; opportunitate.

Pertentant aditus, & que mollissima sandi
Tempera qua rebum dexter modus.

Quocirca cum multa sint, quæ naturæ humanæ conditionem permutare sunt idonea, tum maxime ventorum concursus atq; instabiles motus, quorum impulsu

impulſu non modo corpora, ſed ſpiritus animalis in
 commoda percipit, ipſaq; mens intemperie quadam
 afficitur, adeo vt p̄ aeris ac ſtatum varietate, modo
 nubila exiſtat ac turbida, modo ſerena, placida, ſe-
 data, quanquam vidus vitæq; intemperantia multū
 momenti adferat in conſtituendo corporis habitu,
 fouendisq; affectibus. Inter ventos autem qui ho-
 minibus max. me inſeſti ſunt, ac valetudini offiſiunt,
 Auſtrum refero. *Zuyt*, natura effectūq; calidum ac
 humidum. Eo ſiquidem ſtante terra madefcit imbri-
 bus atq; humore aſſatum perfunditur, quo fit vt cor-
 pora promptiſſime putreſcant, atq; humorum corru-
 ptelas concipiant, catarrhos quoq; excitat ac deſi-
 xus in fauces, vocalem arteriā ac pulmones, hinc co-
 rryza, raucedines, tuſſes, morbi comitiales, vertigi-
 nes, lethargus, apoplexia, hippuradines, ſurditates au-
 riū tinnit⁹, multaq; alia q̄ cumulate ſpirante Auſtro
 emergunt ac ſcaturiunt. Obſeruauit autē ſæpius diu-
 turno eius ſtatu grauidas abortire, ac partum excu-
 tere, obortoq; immodico p̄fluio perichuari. Cum
 n. partes corporis, ligamenta nerui, muſculi, mem-
 brana, anſa, omenta quæ geſtando oneri inſeruiunt,
 ſacceſcere incipiāt, ipſumq; vteri concepto humo-
 re nimio, lubricum fieri ac ſenſim dilatari cōtingat:
 fieri nequit, vt natura onus perſe rat, ac legitimū ge-
 ſtationis tēpus aſſequatur, p̄ſertim vbi poſt ſiccitatē
 ac ſqualores humida tempeſtas incidere, quæ cum
 ſiccis ac bilioſis corporib. nō in cōmoda, tū pituitoſis
 atq; humidis, nēpe pueris ac mulieribus, quiq; pas-
 luſtria atq; vlginoſa loca incolunt cū primis, noxia:
 eoq. fit vt infantes atq; impuberes implacabili tuſſi
 inſeſtentur, *Kindt hooſt* Belgæ vocant, quod ſingulu
 quodā p̄deat, nullis admilſis induciis, aut reſpirandi
 ſpatio. Cum. n. continenter ac laborioſe, nullaq; in-
 terpoſita mora tuſſiunt: irritus tamen eſt conatus,
 nec quicquam p̄ficiunt, adeo vt i n̄terepto oculoſq;

*Auſter in-
 ſtabilis.*

*Auſter quo
 morbos ex-
 citet.*

*Auſtri in-
 commoda ſuo
 excutiendo
 partu.*

*Auſter bi-
 leſiō in-
 commodat.*

*Auſter pos-
 tuſſis nos-
 ritus.*

*Tuſſis à li-
 quido humo-
 re moleſta,
 Tuſſis puer-
 ros ſtrangu-
 lant.*

anhelitu, suffocatio immineat, atq. obturatis spirâ-
 fistulis anima ac spiritus, qui vtro citroque comeat
 ac reciprocatur, postico prodeat erumpatque non si-
 ne maximo vitæ discrimine, nisi natibus vtroque ge-
 nu arcte compressis illum cohibeas ac reprimas, quo
 spiritus qui inuerso ac præpostero tramite sibi viam
 molitur, atq; aliunde erumpere gessit, resiliat, ad fue-
 rasque spirandi fistulas repetat. Contrahitur autem
 hoc rutilus genus ex humore tenui ac fluido, qui non
 conglobatur aut concrefcit, sed in pulmonis conce-
 ptacula effunditur ac dissiluit, adeo vt natura vis ac
 facultas tâ liquidum excrementû nec coarctum aut
 concretû expellere nequeat. Vt enim gutta aquæ aut
 alterius liquoris in tabulâ aut planitie effusa nõ coit,
 sed diffunditur ac dissipatur, ita vt primorib. digitis
 prehendi non queat: ita humoris de capite in fauces
 ac vocali arteriâ, pulmonumq; fibras delapsus sub-
 duci nequit, quanquã natura continenti tussi hunc
 excussisse laborat, sed frustra, quoniam ob tenuitatẽ
 contactum subterfugiat atq. elabatur: crassa quoque
 pituita, quæ tanquã viscus pulmoni inhæret, nõ mi-
 nus, quam tenuis, homines fatigat, sed nullo stran-
 gulandi periculo. Hos itaque morbos ac valetudinis
 incommoda astringitatus corporibus inferunt, mul-
 tisq; aliis causam præbent ac seminarium. Siquidem
 liquefactis diffusisq; vndique humoribus tumores
 articulares, ac dolores podagrici excitantur, quibus
 afflictæ singulæ corporis partes ad omnes functiones
 ac munia redduntur idoneæ. Quod vero ad inter-
 nas vires atque animi munera attinet, mens flante
 auctro, languida est, demissa, stupida, dejecta, somni-
 culosa, & quæ oscitantè omnia aggrediatur. Hæc
 quoque vis in rebus inanimatis se profert ac vires
 exerit. Siquidem obseruamus, spirante Notæ, in ar-
 dibus omnia flaccescere ac madida esse, lintea, lodis-
 ces, tegetriculas, stragula, papyrum, membranas, char-

*Simile à ro-
 liquida &
 fluida.*

*Auster arti-
 culares dolo-
 res mouet.*

*Auster ani-
 mo graui.*

tas geographicas, reliquamq; supellestem: paludes quoq; ac stagna, amnes, flumina, oceanum, turbida spectari atq; umbrosa. Spirante autem Aquilone, omnia pellucida, clara, splendida, defœcata, ita vt fundus sit conspicuus, omniaq; in imo se spectanda proferant. Simile quiddam accidit in sanguine & humoribus, quorū sordes & faces emergunt austrinis flatibus. ac menti caliginē inferunt, recedunt vero se ac subsident, flante vel subsolano vel Zephyro, aliisq; ventis placidis perspiratibus, hinc maxima in animis hominum alacritas, mentisq; erectio, vbi cœlū solis splendore nitescit: maxima contractio, animiq; moeror & deiectio, si quando aura caliginosa est ac nubila, ventiq; turbulenti sauiunt. Simili ratione imminentibus pluuiis, spirantēq; vel Noto, vel Africo, cloacæ, stagna, paludes, foricæ, latrina, aliaque loca proluendis sordibus destinata, graues halitus effundunt, atq; effusa lenta queq; vitiant, ita vt minus diu asseruari possint.

Venti collaterales atq; intermedii, qui à meridie non nihil declinant, ac versus occasum hybernū paululum deflectunt, pares cum Austro & Africo vires obtinēt, inter quos refertur Libonotos atq; Austro-africus *Zuyd, Zuydu est*, ab illa enim cœli plaga protruit ventus turbidus ac nimbosus, nō minus corpori, quam animo mentiq; infestus: habent enim eam vim flatūs impetuosi, vt humores in imis visceribus, velut sentinā in nauibus, commoueant: quorum fumis & vaporibus agitata mens, intemperies concidit, affectibus commouetur, incandescit, tumultuatur, inquieta est, ac non secus, quam oceanus afluat ac feruescit, ita vt spiritus quoq; aerei ac mali genii aliquando se tempestatibus ingerant, ac faces ministrent, mentique humanæ se tacite ac latenter insinuent, eamque vexent, lacerent, exagitent. Vulgare est autem apud Belgas plerosq; emotæ mentis, & quibus sensus diminuti sunt, aut spiritus animalis vitio

Auster omnia obnubilat. Aquilone serenatur

Aer serenatur mentem exhilarat.

Noto spirante paludes olida.

Libonoti & Austro-africi natura.

Genii malis ad inferendam amara praesto.

Mens quibus vacillat ab aere cito offunduntur.

sa aliqua qualitate imburus triduo etiam antequam tempestates ac venti ingruant. tumultuari omnesq; vicos, compita, plateas, angiportus circumire ac concursare modo silentes ac taciturnos, modo clamoros atq; obstrepentes, ita ut vulgus distitare soleat. Suborituram aeris intemperiem, atque, ut fere assolet, imminere tempestates, imbres, procellas, turbines: E contra ubi sudum est cœlum ac tranquillum, ventisq; placidum existit: omnibus se comes præbent, blandos, suaves, affabiles, festivos, lepidos, sic tanquam ut ridiculos subinde mores ac facetos exprinere nõ desinant, ex quibus facile comeduram feceris, quo sint corporis habitu, qua mentis constitutione.

Africi u-
imra.

Ceterum inter ventos, qui in Austri confinio constituti, ab occasu hyberno perstant, nullus Africo, vulgo *Zytmis*, imperuosior, aut procellis faciens dior, nam tonitrua ac fulmina aestiuis mensibus profert, sauasq; tempestates parit, adeo ut culmina conuellat, fata proternat, naues in vada ac scopulos illisas, ad naufragia impellat, aestate tamen, quam hyeme minus diuturnus: ut enim subito exoritur, ac furibundus est, ita confestim desinit, ac consopitur: acuit autem huius iras ventus ille, quem Horatius *Lapix* vocat, *non est Zydmis*, omniaq; exasperat, & sauiora efficit, qui etiam magna anni parte stationem suam constantem tuetur, expulsisq; aliis in eunte hyeme continenter spirat. maximo nauigantium incommodo: aestate autem media magis placidus est, ac minus turbulentus. Qui vero ab æquinoctiali occasu se proferunt, nempe *Zephyri* ac *Fauoni*, *West*, *Italis* *Ponente*, in eunte vere atque hirundine prima placidi sunt, amœni, blandi, suaves, quique omnia fouent ac creant: siquidem moderato Solis calore reperfacti, stirpes ac sterculis eliciunt, omniaque rediuiua præstant, ac renouant, adeo ut etiam sanguinem ac lymphætos humores, qui hyeme delictuerunt, proferunt

Lapix u-
ens,

Fauoni
natura.

discul-

discussaq. mæsticia, atq. animi nebulis, mentem hilaritate ac latitia reficiant. Desinente tamen autumno, annique circuitu in hyemem inclinato, venti occidentales inclementer fauunt, terra; ac maria, turbulenta tempestate concutiunt; in excitandis vero morbis frigidis: ac pituitosis non minus quàm Austrini flatus, noxiū sunt ac perniciosi. Venti autem Occidentales ac Septentrioni confines ac finitimi tres enumerantur, Corus sine Argeetes, *West nordweest*, Circius ab occasu solstitiali *Noord west*, Thracius, *Nordt, Cori & eorū: nordweest*, venti omnes validi, qui marinos fluctus fu- qui illi affi-
renter quatunt, diruptisque ac conuulsis aggeribus nes sunt na-
oceanum in continentem longe lateque deuehunt: *tura.*
duabus autem anni partibus potissimum vigent, des-
clinante autumno, atque aduentante vere: præser-
tim mense Martio, quibus temporibus grandines,
nimbos, procellas, fulmina è sublimi desiciant: ita
vt vno temporis momento, aut per exiguo saltem in-
teruallo tres illi inter se conglomerati, proruant,
magnaq. detrimenta hominibus, satiq. inferant. E-
mergunt autem ex iis ac plerisq. alii repentini, sub-
titiq. flatus, qui in concitatissima aeris intemperie,
ignitos globos, ardentesq. faces eiaculantur, vt Præ- *Alf. 25:*
sier, Ecnephas, ventusq. Typhonicus Paulo Apосто-
lo infestus. Obseruata sunt hæc superioribus seculis,
cum aliis, tum maxime Virgilio, qui ea hisce versibus
complexus est, qua singulis anni temporibus non si-
ne insigni clade atque annonæ iactura nobis eue-
niunt.

*Quid tempestate autumni & sidera dicam?
Atq. ubi iam breuiorq. dies, & melior ætas.
Qui vigilanda viru, v. leum ruit imbriferum ver.
Sæpe ego, cum fluvio missorem induceret aruis.
Agricolæ & fragili iam stringeret ardea culmo.
Omnia vento um concurrere prælia vidi,
Quæ quiddam late seceram abraderebus imûs.*

Georg. lib. 3.

T. 2.

*Sublimis expulsa m'eruerent, ita turbine nigro,
Et pluuia ingenti sata lata, hominum labores
Disiungit.*

Corporibus quoq; quæ non minus, quam culmina conuellunt, multos morbos inferunt. Siquidem vere & autumno, tum præsertim mense Martio, articulis, neruis, musculis, membranis, tendinib. puncturas, rigores, cōtractiōnes, palpitatiōnes, lassitudines vlcerosas accumulāt, ita ut sic affecti, futura tēpestatis prognostica edant, & qualis sit exoritura aeris intemperies, indubitanter denuntient ac præfagiant, nostri *Wœeruy* vocant, hoc est, euentura tempestatis præcios, quales fere sunt valetudinarii, qui que

*Valetudina-
ris aura in-
suri obno-
xii.*

*Aura rigida
satis noxia.*

*Septentrio-
nalis venti
natura.*

morbida ac ficsa cadauera circumferunt. Et quemadmodum huiusmodi venti morbos ac febres, multaq; valetudinis detrimenta adferunt, ac sanitatem vitiant: ita solo foecundo ac fertili, excultisque agris ad sementem atq; vberem messem efficiunt. Terra siquidem non minus vento rigido perflata, quam pluuia tristi atque in suaui madefacta, non salutare herbas, sed lolium, zizania, fentes, carduos, lappas, tribulos, vepres profert, quæ sata strangulant, nisi sedulo extirpentur. His proxime adflit septentrionalis *Noord*, Italis *Tramontano*, nonnullo ad ortum progressu, *Aparctias Noord*, *noord oost*, a quilo seu boreas ab æstiuo ac solstitiali ortu medium locum tueretur, *Noord oost*, Cæcias vero *Oost*, *nordt oost*, ab Aquilone Subsolano seu Apeliota stipatur. Septentrionalis matura effectusq; frigidus & siccus exsistit, magna ex parte ferens, licet aliquando pluuus, mitigat autē Cori ac Circii ferociam: vbi enim plus satis fixitum est, ac iam propemodum sunt defelli, in ventum Septentrionalē fere desinunt, sic vt mox aura mitescat, ac tempestas sopiatur: quocirca vnicē eo transferri cupiunt hos ventos indigenas; nam si versus austrum ferantur, recrudescit intemperies ferocius, ac

xrllus

rursus novas vires concipit; quo fit vt quotānis multa rostrata Inanes, ac vasta hœcades periclitentur, atque in ipso fere portus aditu in breuia & syrtes, vadaque cœca ac latentia illisa dissoluuntur, incredibili mercium iactura ac dispendio. Quocirca ventus Septentrionalis, non solum Coro & Circio salubrior, sed etiam sedatior atq. in concitandis ciendisq. tempestatibus mitior: rametsi hybernis aliquando mensibus rigidus sit, ac violenter spiret, quo fit vt catarrhos excitet, pleuritides, atq. anginas, sed alia, quam aster, ratione. Siquidẽ spirante Noto humores liquefacti, sponte dissoluuntur, atque ex capite in subiectas partes defluunt. Septentrionali vero atq. Aquilonio flatu, quoniã constringi contingat musculos ac membranas, pituita exprimitur, quemadmodum complacatis cõpressisq. in pugnũ digitis, ex sponsia aquam extundimus. Quacunq. autem anni parte hi venti spirant, frigore corpora afficiunt, meatus cõstipant, aeris contagia dissipant, coactiq. intus calore natiuo, concoctioni auxiliantur. Cum autem Auftrini flatus dissoluta corporis compage, membrisq. languore ac veterno affectis, homines somniculosos efficiant, occiscentes, flaccidos, veteranos, nauſeantes, desidens atq. ad obeundas vllas functiones aut exercitationes imperatos. Tum Aquilonii, Hippocrate teste, agiles præstant, viuidos, erectos, alacres, gesticulosos, atq. ad quiduis aptos, præsertim quibus habitus est humidior, iis enim naturæ munera ac functiones melius perficiuntur, omniaq. salubrius procedunt: quemadmodum siccis aridisq. corporibus, humidus cœli status salutaris: eo enim minus frigore rigent, aut vtuntur calore. Cum itaque duo isti venti Auftrini & Aquilo, illisq. vtrinq. affines in tota fere Europa vicissitudines anniuersarias constituant, præ ceteris hos obseruandos censeo: nullus enim ventorum per totum anni circuitum spirat constantius: siquidem

Simile à sponsia compresse.

Lib. 3. Asphoro.

Auster & Aquilo præcipui in morando.

cessante sopitoq; altero alter exortitur, suamque stationem tuetur: tamenli ceteri paulo ante memorati suas vices e iam soltiantur, sed cui celerius conquirent ac desinant. Quocirca horum viriusq; habenda ratio, non solum in tuenda valetudine, profigandisq; que incommodis, sed cum iter ingredimur, aut cum terra mariq; nos aeri committimus. Hoc enim longa obleruatione comperit habeo. Aquilonem noctu exortum non esse diurnum, aut stabilem, nec triduo in ea statione atque iis excubiis consistere: quod, Aristotele teste, etiam Homerus, dum Vlyllis errores prosequitur, indicauit.

*Aquila
quando
minus diu
surnus.*

*Simile ab
insultu fe-
brili.*

*Simile ab
ignis fomite
ac nutri-
mento.*

Tertia lux nunquam nocturno Aquilone laborat:
Quod eo fit, quoniam exhalationes ac materia minus copiosam sit nactus, quibus subsistere possit ac diurniores status perficere. Siquidem motus atq; agitatio aeris qui ventum efficit, ab eoq; vires & incrementa concipit, debilis est, imbecillis, tenuis exiguis, ita vt vires desint, quartu adminiculo progredi possit ac se diutius proferre efficiq; diurnus. Vt enim in morbis ac febris humorum copia ac redundantia omnia grauiora, magisque diurna facit, atq; insultum producit: ita vehemens aeris concitatio, atq; exhalationum vaporumq; qui e terra emanant, creber densusq; concursus ventos exasperant, atque illos cum violentos, tum diurnos efficiunt. Et quemadmodum ignis confestim exstinguitur, vbi arida nutrimenta desiderantur, ac fomites desinunt: ita Aquilo intempesta nocte, vel ipso noctis crepusculo exortus, mox euanescit, ac stationem deserit: eoq; fit vt exercitati nauis non temere Aquiloni fidant ad primum intutum, nec quidquam aggrediantur, nisi triduanus sit: cum Auster primi diei exortu spem falciat nauitis, diurnum fore ac spiriturum constantius: Quod ipsum apud Italos nauicleri ac nauarchi, qui vulgari idiomate

Fluore

Pilotæ & Admiraldi dicuntur, Prouerbio designant,
No't & m'p't & Bo'ias & e't & c.

Cui sententiæ cum esset additus Andreas ab Aurea archibalastus, h. e. Casariana classis apud Geuentenses præfectus, Carolo Imperatori eius nominis Quinto id obseruandum consuluit. Siquidem cum in Africam expeditionem meditaretur, ac Casar ad primū Aquilonis conspectum, Mauros adoriri tentaret, admonuit alter non incitādas tritemes, nec classem mari committendam, nisi Boreas seu ventus Aquilonius triduum substitisset. Austro vero ingruente, euestigio, primaq; luce in altum ducendas naues, ac confestim, nullaq; mora, si omnia adornata sint, suisq; armamentis abunde instructa classis, navigationem instituendam, velaq; exponenda statim non enim metiendum, ne mox desinat, aut minus futurus sit diuturnus: cum fere nebulis densiq; nebibus fultus, ac caligine stipatus, diuturnitatis ac constantiæ spem præbeat.

Cæcias Orientali vento, minimo interuallo à dextra proximus, minus Aquilone violentus est, aut sonorus, nec frigore tam penetrabili flatuq; rigido, q̄ soli sit vicinior: conuoluit autem ac conglomerat nubes, illasq; congloratas ad se allicit, quoniā retorquet aliarum nubium vel montium obiectu resiliat, quo d̄ in fluminibus, atq; omnibus, ipsoq; oceani fluxu sæpius obseruauit, in quibus non continuato cursu, obseruatoq; aluo fertur ac voluitur fluctus, sed vtrinq; circa litoris oras ac ripa extremitates reflectitur ac retorquetur, a uerso scilicet ac deflexo contortoq; dextrorsum ac sinistrorsum cursu, nec aliam huius rei excogitari posse rationem video. Ex huius autem venti natura Prouerbiū manauit in imbos, Mala ad se attrahens, vt Cæcias nubes, vt nunc passim faciunt nocturni oppressores, qui cōglobati in tēpesta nocte ædes subruūt, atq; excruciatō hospite,

T 4

*Pilotæ seu**maulers**ventorum**obseruanti-**ssimi.**Andreas**ab Aurea**exercitatus**navarchus.**Andreas**ab Aurea**quid Carolo**Casari**consuluit.**Cæcias cuius**natura.**Cæcias qua**ratione nu-**bes trahat,**Prouerbiū**in imbos.*

adaestiq; domesticis ad cōmonstrandum thesaurum omnia cōsulant, ac diripiunt: *hæ quolæris* nunc passim appellantur, à violenta q̄ inferunt, ac contorquendis hominum membris. Ceterum vt ex rebus nature salubre aliquod documentū eratur, hoc cuiq; persuasum cupio omnes istos aeris ac naturæ effectus à nutu atq; arbitrio summi opificis pendere, eiusq; vt perfici Siquidem ignis, grando, nix, pruina, glacies, turbines, ac spiritus procellarum obsequiuntur verbo illius. Ipse enim mittit niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit: qui iacit grandinem frustulatum, atq; efficit, vt omnia glacie contrata sint, tanq̄ planities, adeo vt nemo frigore eorum possit subsistere: ipse eadem, incitato statu, liquefacit, ac confestim in pluuiam resoluit. Ipse aufert Eurum, atq; in virtute sua inducit Africum. Ipse dominatur potestati maris, motum autem fluctuum eius compescit ac mitigat. Ipse producit ventum vr̄tem, & arcescere facit germina terræ. Patitur quidem Deus mundum hunc, atque vniuersi naturam ferri, veluiq; suo ordine ac modo, vt in initio constituit, elementa, sidera, oceanum, v̄etorum impetus, veris, æstatis, autumnii, hyemis discriminata tempora, sic tamen vt penes eū horum sit potestas & imperium. Siquidem vbi illi visum est, & expedire videtur, quæ dā in scelere vindictam exasperat, ac fauora efficit, multaq; clades ac damna horum ministerio hominibus infert, quomentes sopore oppressas sopitasq; ac delitiis indormiētes excitet, sic enim religionis desertoribus minatur. Quod si præceptis meis non fueritis obsequuti, p̄sequar vos tæbe, morbis, ac febribus animiq; tædio, ac mœrore: dabo vobis cœlum ferreum, & terram æneam, ita vt nequicquam ac frustra vires consumentibus neq; terra fruges, neq; arbores fructus proferât. Sic apud alios expostulat cum populo suo: Excitavi vobis ventum vr̄entem, quo rubigine atq; vr̄edine.

Psalm. 48.

Psalm. 77.

Psalm. 68.

Agga. 1.

et 2.

Deum ale-
montis vi-
sur ad in-
ferenda
damna.

Leu. 6.

Amos 4.

vredine vos affixi, vestroq; horros, oliueta, vineas, *Agg. 12.*
 sicca contumfit bruchus & cruca, nec tamen ad me
 estis reuersi, dicit Dominus: Quo euenit, teste vate
 alio, vt terra torē. pluuias atq; imbres de neget, omnia
 que fata ardore, rubigine, grandine, infestetur. Quæ
 documento sunt, ac quæq; erudiunt tēpestates, nims
 bos, grandines, tonitrua, fulmina, turbines, ex natus
 raliū quidem caustarum progressū exoriri, sed quæ
 recrudescant, atque homines diuexent atrocius, vbi
 Deus illos castigatos ad frugem reuocat: qui vbi re-
 sipiscente homine factus est placator, ac furor miti-
 gatus defarbuit, calamitates transfert, immutat, con-
 hibet, imminuit, omniaq; feliciora pollicetur, nem-
 pe vberem annonæ prouentum, agros fœcundos ac
 fertiles, tempestiuam pluuiã, messem copiosam, tri- *Dent. 18.*
 turam, vindemiam, greges, armenta, pecora quæ voto
 respondeant, corpus salubre, ac vegetū, vires firmas,
 facultates ac res familiares stabiles, a animū vero im-
 pauidum, tranquillum, securum, quietum, infractū, *Psal. 90.*
 & qui fiducia diuinitatis, vnde mentem hausit ac
 libatam obtinemus, non facile expallefcant metu,
 aut timore concutiatur.

De pyxide nautica, vulgo Compas, quam Plantus Verforiã
vocat, cuius obitu atq; obseruatione naucleris velsificatio
perficitur: Et quæ vs ac ratione continenter Septentrionē
obuertatur.

CAP. IV.

C Vm ventorum paulo ante habita sit ratio, eãque
 fusius explicasse visus sim: restat vt de Verforia
 nonnihil proferã: quandoquidem nautæ vsq; & cõ-
 moditate navigationem instituant, ac longa maris *Verforia*
 spatia, tractusq; Oceani immensos, deniq; locorum *Septentrio-*
 situm ac distantiam demetiuntur, & quantum viã *nũ index*
 peractum sit, & quid restet peragrandū, exactissime *ex vi ma-*
 explorant, omniaq; ad hanc pyxideculam, tanquam *gnetiã.*
 amulum, exigunt: quam vim cõsequitur ex magne-
 tis aut lapidis Lydii attritu, qui singulati vi pollet in
 attrahendo ferro, nisi oleo aut pingui aliqua re obe-

*Oleum mag-
neti vim
attrahendi
eripit.* litus sit, tunc enim id respuit: hic nostratib. *Zoyseer*
vocalur, quod eo cursum naturæ instituant, ac secus
revelificentur. Subest huic pycsideculæ rotula quæ-
dã versatilis, papyracea plana, circumatæ rotunditatis,
tenui ab bipartito ferramento suffultra, in cuius cen-
tro seu medio turricula ænea acuminata (nã ferrum
rei effectum eo loco impediret) affixa est, quæ stylo
aut cuspidi acutissima insistit eoque hinc inde in æ-

*Versoria ex
quibus con-
stit, et u. g.
descriptio.* quilibro voluitur atq; ubi conquiscit, pars illa quæ
filii imagine inscripta est, & in quam ferramentum
magnete confricatum desinit stabiliter Septentri-
oni obuertitur. polumq; arcticum respicit, quocõq;
etiam contorto clauo nauis impellitur: producitur
autem in huius rotulæ circulo à centro ad circum-
ferentiam æquali distantia duæ & triginta lineæ, quæ
& ventos ac cœli cardines designant, terræq; ac mar-
ris spatia portubus distincta cõmonstrant, ac nume-
ratis reuolutis clepsydriis, aut, vt nunc vsus est, deflu-

*Nauta cle-
psydriis u-
suntur.* ente arena, clepsidriis, quantum itineris ementum
sit, & quid emetiendum, quantoq; intervallo à loco
quo properant, absint, exactissime dinumerant ac
metiuntur. Qua autẽ vi magnes in versoria hæc per-
ficiat, qui ex aduerso Septentrioni se opponit, eamq;
cœli partem obtuetur, non facile ratione expediti
potest: quamquam multorum ingenia anixe torserit
huius rei inuestigatio. Sunt qui in mutuũ cõsentam
ac concordiam referant, quæ alter alteri similitudi-
nis ratione qua pñicitur attractio, mirifice afficiatur,
sic vt magnes odoretur ferrum in montibus Septen-
trionalibus, ex quibus erutus est, non secus quã vul-
tures, natura sagacitate, cadauera maxima locorum
distantia, biduo etiam, vt plerique opinantur, ante-
quam cades facta sit. Multa autem effici occulta, ab-
ditaq; facultate, quorum nõ facile ratio iniri potest,
palam est, ita vt effectum rei conspiciamus, causam
vero ignoremus. Sic thabarbarum & scammonium

*Magnet
qua ratio-
ne ferrum
alliat.
Simile à
volucrum
sagacitate.*

fluam bilem expurgant: epithimum, polypodion, sena humorem melancholicum: agaricus pituitam, succinum, Gagates lapis; adamas festucas ac paleas allicit Argentum viuum auro afficitur, eiq. maritani gaudet. Quam vim etiam herbis inesse spectamus, ita vt nonnullæ mutuo complexu ac vicinitate delectentur, aliæ inter se dissideant, ac contactu alteris respuant. Simili quoque effectu & inclinartone magnæ ista perficit in hac pyxide, ac solaris minutis, quibus iter ingressi ad solem horas exploramus, vbi extrema ferri pars expolita, nõ rubigine vitata: hoc lapide conficata est, quæ semper Septentrioni obuersa polum commonstrant, qui Epibatis, hoc est, vitis nauticis *Leye* dicitur, quæ vox à deducendo nomen sortita est, vt *Leye* manductor & comes itineris cuius adminiculo cursum dirigimus veteribus. Cynosura denominata, atque Vrsa minor, longo vsu & experientia obseruata æquor fulcantibus, quoniam fixa est, & immota. Vrsa autem maior Elice vocatur, cuius Cicero in Academicis meminit, huiusmodi p. p. modum verbis. Meas cogitationes dirigo non ad illam paruulam Cynosuram, sed ad Elicen & clarissimos Septentriones. id est, rationes has latiore spatio non ad tenue climatas, eoque sit vt errem & vager latius. Quo indicat fufissima se consecrari ac laxatis velis diuagari latius: tamen si certior cursus sit, ac minus deuius qui in spectra cynosura perficitur: quod ipsum Aratus admonuit:

Hic Ioum alitice Elice, Cynosuraq. fulgent.

Dat Græuis Elice, rursus maioribus astru.

Phœnicæ Cynosuræ regi: sic candida tota

Certior est Cynosura, tamen fulcantibus æquor,

Quippe breui totam silosæ Cardine vertit.

Desumitur aut Ciceroni hic loquendi tropus à nautarum consuetudine, quotum alii qui exactissime omnia studet dimetiri, oculis in minore Vrsam sunt defixi; alii qui minus rigide omnia obseruât, nec in vltis angu-

Vnde herbe purgandi efficiant.

Solarium quod Solem commonstrat.

Epibata, ein boorffman.

Cynosura, vulgo Leye, nautis, Lib. 4.

In Phœnom.

Simile Ciceroni à polo desumptum.

*Ciceronis
locus in
Academi-
cū expli-
catu.*

siis sunt constituti, Vrsam maiorem intuentur. Ita Cicero qui non vult arcta atque adstricta confectari, sed latos ac spatiosos rhetorum campos obambulare elicem seu maiorem vrsam sibi, tanquam scopum designat, ita enim diuagari licet, ac longius progredi, vt qui nullis certis limitibus concluditur: securior vero est velificatio & certior, minusque digreditur extra stationem nauigiū, vbi vrsa minor, (quæ proprie nostratibus, Polus dicitur, populari voce *Lys*, hoc est, ductor in dirigenda cursu) inspicitur. Nostrī vero nauclerī præter polum quem non oscitantur obseruant, pyxidem hanc versatilem cōtinenter intuentur, cuius vsu & commoditate etiam in tempesta nocte ac densissimis tenebris, atraq. caligine, claua affixi nauem dirigunt. An autem hoc instrumentum nauticū superioribus seculis extiterit, an nostro id æuo excogitatum, nō ausim certo pronuntiare: hoc tamen mihi persuadeo, Plautinam illam versoriam aut eandē esse cū hac nostra, aut illi affinem: quanquā vt opinor, hæc pyxidcula nostro iam tempore magis exulta sit, elimata, expolita, omniaque exactius demonstrat. Cum autem Pœni ad Carthaginenses nauigandi periti vltra bis mille annos non solū maris mediterranei portus ac littora frequentarent, sed in Oceanum longius progressi, instructissima classe totum Mauritanix ambitū perlustrarent: verisimile nō est, huius rei vsū illis defuisse: ne cōmemorem Tyrios ac Sidonios, apud quos, Ezechiele teste, maxima olim erat negotiatio ac nauigandi peritia: ac præter hos, Salomonis naucleros qui classe per mare rubrū ac sinum Persicum deducta aditus in Indiā pater (Ophir Iudæis appellatā) immensam auri viam ac simias, pauones, elephantos, gemmas adferrebant, vt nunc Lusitani factitant, q. hunc nauigationis cursum vix anni curriculo perficiunt. Quocirca nō facile cuiquam persuaderi debet illis temporib. ignorata fuisse.

*Versoria
an recens
inuenta.*

*Carthagi-
nensium
nauigandi
periti.*

Cap. 17.

*Regum 3.
cap. 10.*

fuisse hæc velificandi ad miracula: præsertim seculo tam felici, tantisque artificibus industriis, ac solertibus fecundo. Fieri autem potest: vt ob barbarorum incurfiones, vastitates, exædes, incendia, populatio- nes, tam salutare instrumentum interciderit, extinctis etiam oppressisque artificibus: rursus, pacatis rebus, acposito tamultu bellico, cura atque industria hominum (quorum ingenia inuentioni rerum ac commoda) postliminio in vsum sit reuocarum. Ita non desunt, qui asserant multa superioribus annis in vfu fuisse, quæ nobis nunc noua videntur, ac recens excogitata: quod ipsum Salomon constanter asse-

*Multa in
rerum natu-
ra exoleu-
erunt.*

Ecclesi. I.

*Salomoni ni-
hil nouum.*

*Arts impresso-
ria an ve-
tusta.*

*Bombarda
an olim suo-
runt.*

*Æneid.
lib. 5.*

Vidi & crudeles dantem Salamona panna,

*Dum flamma Iouis, & sonitus imitatur Olympi
 Quatuor hinc nectis equis, ac Lampada quassam
 Ter Gratum populus, media q, per Elidia urbem
 Ibat auras, Diuinaq; sibi poscebat honores
 Dement, qui nimbos, & non imitabile fulmen
 Aere & corripedum cursu simulabat equorum.*

Quaquam omnia ista dubia sint, nec certi quid de his statui possit, vt quæ forte aliud quiddam designent. De vertoria vero alia est ratio: cum n. Polus ac Cynosura, oppositis obiectisq; nubibus atq; offusa caligine oculis nauigantiū se subducat, nec semper conspicua, ita vt periculum vndiq; immineat: certo statui potest in taura olim nauigationis frequentia, illi avari non defuisse hæc velitationis adiumenta. Nec me fugit Ph. landrum editis in Vitruuium commentariis cum prius eruditus, in ea esse sententia, vt credat hanc pyxideculam, quæ chalybis ac magne- tis vi polum, velut indice demonstrat, non ita multis retro seculis, in Campania oppido Amalhis fabricatam. Verū ego existimo id instrumentū non inibi, nec eo tempore reperitū, aut nostra memoria excogitatum, sed interpolatū, h. e. renouatione quadam restauratum, illosque artifices effecisse vt exacte atq; ad a nullum, nullaq; sui parte claudicante nutantes perpendiculari seu virgula, verticem cœli, h. e. polum qui duplici cardine se p̄dit, indicaret, quo cursu magis secundo atq; optato successu quaquauerstium nauis dirigatur, omniaq. ex voto atq. animi sententia perficiantur. Quocirca veterib. huius vsum non de- fuisse, atq. illius obseruatione maris spatia consue- uisse dimetiri, Plautus expresse his verbis indicasse visus est, arrepta etiam nauigandi occasione, si quan- do res poscat celerem protectionem.

*In Merc.
 Scen. 5.*

*Si huc ite properes, vti huc properas, si P̄ as vellim.
 Huc secundus venis nunc est, cape mox ves foriam.
 Hic Fauensiu serenus est, istuc Anster imbricū.*

Hic

Lib. 10. cap. 4

*Dionlandri
 epino ae
 ue foria.*

Hic fit tranquilitatem, sine omni fluctu concit.

Ita non est, quod quis ambigat, veteribus eundem fuisse
huncce instrumenti vium ac commoditatem:

*Qui canes agat in rabiem, & quo potissimum anas tempore,
& qua ratione tu me. eni posu.*

C A P V.

CANES fidi hominum custodes, ac familiares do-
mesticique excubitores in rabiem aguntur vel sole
feruido, ac caniculæ ardoribus, vel hybernis mensi-
bus gelu intensissimo, quoniam eo anni tempore
acui atque acerbati atram bilem contingat, ac virus ef-
fundi, quod aspersione contactuque exitiale est ac delecte-
rium: quare quidam peritio ab actu solis sanguine, qui
conceptio contagioso spiritu inficitur: hyeme vero
quod sanguis concretus ac cōglobatus, qui, prope modum
coagulatur ac congelascit: cōputescat, quoniam cor-
pori inclusus non ventilatur: quo fit, ut ab eo gravis
halitus & contagio emanet, quod spiritus vitales vitiant
ac contaminant. Quo circa hanc animantium huius anni tē-
poribus semper aqua offerenda, quam subinde lam-
bant, presertim cum per loca aestuosa, vel nimis gelida
exserta lingua hiantque: oris, se viatori itineris comi-
tes prebent, quo sanguis dilui possit atque irrigari, mi-
nusque ardore torrerit. Columella, quod & Plinius eius
nomine non subicitur, censet catulorum caudas post
diem quadagesimum quæ sunt editi, castrandas, sic
enim tutos fieri à rabie: hoc modo: Nervus est qui
per articulos spinæ perreperit usque ad ultimam caudæ
partem, is mordicus una cum postremo articulo pre-
hensus (quod etiam nostrates factitare video) ali-
quatenus eductus ac protensus abruptitur, quo factum
nec in longitudinem indecorum porrigitur, nec
fecundum & enorme incrementum capeffit, denique
ut plurimum pastores asserunt, rabies arceatur, ab ea que
tuti sunt. Alia etiam est cautio ac prouisio, qua ob-
tineri potest, ne canis unquam efficiatur rabiosus.

*Sub actu &
gelu canes re-
biant.*

*Canes aqua
exposcunt.*

*Lib. 7. c. 12.
Lib. 8. c. 41.*

*Cauda canis
truncata non
rabium.*

*Canis ut à
rabie præser-
uetur.*

*Vermis lin-
gua canis
animisur.*

*Ovis in pedib.
lanuginosa
concretio sub
est.*

*Ovinum natu-
ra in cursu.*

Subest linguæ catellorum nervus vermiculi figura, rotunda teretiq; forma, ut etiam capiti humano, cuius cerebellum definit in speciem quandam, teredini, qui ligno in nascitur, quam simillimam hic vermis linguæ exemitus canes à rabie tutos præstat. Non dissimilis concretio ouillis pedibus anterioribus ac posterioribus in hæret parte, qua terram calcant, vermiculi subrotunda forma, lanuginosa intus ac crinita congerie, qualis est in rosarum spongiolis ac calycibus, quibus semen includitur, molli tenuiq; lanugine implicatum; exemi autem tale quiddam sæpius ex decoctis eius pecudis pedibus, teredini qui vermiculanti ac carioso ligno inesse solet, aut nucibus anellantis profusus affine atque assimilè. Quod si quis aut incuria, aut huius rei ignoratia pedes ouillos edent, quibus illa concretio nõ sit exemit, cõestim nausea ac stomachi dolore afficitur, omnique momento ad ructus ac vomitionem incitatur. Per suasum autem habet promiscua multitudo, venenosum quiddam subesse huic concretioni, quod ut nõ ausim certo asseuerare, aut his assentiri: ita facile crediderim, capillaræ illam cõgeriem, pilosamq; lanuginem quæ bifulcis fissis, ungulis in hæret, concoctioni officere, ac ventriculo negotium facessere. Opiliones autem, pastoresq; ouium ea sunt opinione imbuti, nullum hoc animante in cursu fore velocius, omniac, quadrupedia pernicitate superaturum, nisi tale quiddam articulis, quibus se fulciunt, subesset; qua de re quid statui debeat, nõ ausim exserte pronuntiare: hoc tantum testatus, obseruasse me has pecudes fugitantes, vbi canes ac lupi prædæ inhiates, illas insestantur, celerrimo quidem cursu se subducere, sed non longius aggredi, ac mox respectantes subsistere ea, ut opinor, ratione, præter pauidum animum & meticulosum, aliquid illas remoretur pedibus subditum, & quæ helosæ sint, ac pulmonis vitius obnoxia: quæ indicat arida tussicula, qua sub-

subinde infestantur: quo fit vt longius pducere cursum nequeant. Vt itaq; huic pecori tale quiddam subest, quod illi in cursu morā inijcit: ita sub canina lingua subdelitescit neruosa, atq; vt ita dicā, vermicularis quz dā congeries, quz à vermīs specie atq; effectu quo rabiem infert, *Lyssa* dicitur, quz vox & verumem & rabiem significat: Vnde *αλωσος* herba dicitur, quod rabiem expugnet, ac canū more furiosos ac lymphatos cohibeat, etiā si ab iis demorsos esse contingat. Quod si catellis sectione id eximatur, nunq̄ efficiuntur rabidi, nec quenquam lethali morsu impetunt, minimiq; latratu sunt infesti, inflammatur autem huic animanti, atque incenditur sanguis melancholicus, alijsq; circumfusi humores. Caniculæ porissimū ardoribus, ac concepta ex putredine contagio rabiē furoremq; concitat, adeo vt extumescente lingua ac nerno, qui illi subditus est, os spuma exitiali ac contagiosa saliuā redundet, quz etiam contactu inficiat. Siquidem cum hoc animal nos ignotosq; indiscriminatim adoriatur, si forte vlli parti spuma aut saliuā adhaerit, etiam citra morsum nosam infert ac perniciem: nisi confestim salugine euoluatur. Cum autem venenati huius morsus multa sint excogitata remedia, tum nullum magis presentaneum, quam cuestigio dilatare vulnus, ac scarificata cute, cucurbitulas copiosa flamma affectæ parti affigere, mox cataplasina adhibere ex porro, cœpe, allio, eruca, centauro minori, absinthio, ac butyro salito, melleq; confectum. Vrina quoque impube-
 nis formenti loco applicata, virus elicit, nec non Opopanacum, ruta, sal, ficus, brassica rubenti folio, vena cum melle & butyro pisillo subacta, læso membrum adnota. Nulla autem ratione incidenda vena, rapitur enim intempetiuo illo remedio virus in habitum corporis, ac continuo vitalia corripit, humoresque ac spiritus inficit. Quocirca quz venena-

Lyssa vermicularis sub lingua canis.

Canes quando rabiē concitantur.

Salua canis rabidi nota.

Remedia ad rabiem canis.

Morsus canis vena in capite bitum corporis, ac continuo vitalia corripit, humoresque ac spiritus inficit.

Rabiem qua expugnent.
 tor halitus dissipant ac discutunt, intra corpus exhibenda nempe Theariaca, mithridation, allium, scordium, Laser quæ vulgo Magistrantia & Ostracum dicitur: illiq; affinis Angelica, quæ laſerpito potestate affinis est, radix zedaira, ruta, caltha, melisso-phyllos, Iridis radix exsiccata, inula, ficus, ligni Indici decoctum, ocymum vulgo basilicum, cunula, hyssopus, tymbra, origanum, quorum quodq; vi discutforia pollet, seu diaphoretica, quæ laxatis corporis spiramentis atque excitato sudore virus dispellit ac demolitur, nec patitur in venas dimanare. Nostros qui mari nauitimi sunt, atque Oceani accolæ demorsos à cane rabioso certatim ad mare rapiunt, etiam brutas pecudes, ac septenis vicibus immergunt non

Oceani vi in morsu canis.

Tacent aquam quam rabidi.

superstitione obseruato illo numero, sed vt efficacius virus eluatur: quo & illud consequuntur, vt omnis aquæ metus *ὄρεο ποθῆν* ecant, qua maxime vrgeri solent, prius eximatur. nam sic affecti & aquam appetunt, & expauescunt ob mentis alienationem, & quod ratione destituti sint; quo fit vt nullo rerum delectu ac discrimine salutaria respiciant, atque auersentur, appetant autem ac ferantur ad noxia; siquidem si bibant affatim, sanescunt: quocirca, tanetsi aquam omniaque liquida exhorrescant, ad potum tamen cogendi sunt. quo virus minus ad internas partes propter ac diluatur. Mirandum autem nõ solum venena intus exhibita lethale vulnus infligere, sed morsus ipsiusque venenatos quæ foris inferuntur, sensim tacitoque ac latenti progressu vitalia corripere, atque ad cor vitæ fontem partesque principes aditum sibi patefacere. Sic salua eorum qui elephantiasis, hoc est, vulgari lepra infecti sunt, canis deniq; rabidi spuma cuti inspersa penetrabili vi perniciem adfert, nisi confectum abs tergatur, ac locus sale defricetur, adeo vsi partes neruofas, aut per quas arteriæ deriuantur, laniati mor-

Rabidus potus non deſignandus, Salua noxa

inotusq; vulnerari contingat, vel foeda spumantique
 vlligine inquinari, eordi ac cerebro virus communi-
 cetur ita vt cor vitiatu spiritu vitali, deliquio defectu-
 que animi periclitetur: cerebrum propter affectos
 nervos qui ab ipso producantur, furore atque amens-
 tia mentisq; alienatione ac rabie corripitur. Sive

ro partes carnosas, quæ sanguine ex venis aluntur,
 affici contingat, aut morsu infestari, mortiferum vi-
 rus per venarum riuos ad hepar ac cor, reliquaq; mē-
 bra dimanat, ac quadragesimo die aut paulo serius
 rabie, metuque aquæ ac pauore tentantur. Hoc autē
 meminisse expedit, vt dextre ac felici successu affe-
 ctus huius curatio instituat, ne temere patiaris
 vulnus coalescere, ac cicatrice obduci, quod etiam
 in carbunculis ac bubonibus, alijsq; in peste tumo-
 ribus accurate obseruandum: siquidem si vel scintilla
 contagij inhaerit, in crudefcit malum, omniaque
 efficiuntur fauora. Quocirca sinapismo aut puluere
 præcipitato virus eluendum, id enim vulnus, hian-
 temq; plangā occludi prohibet, atq; efficaciter vene-
 num emungit. Interim per intervalla ac leniter huius
 mores melancholici expurgandi, quo furor vel pro-
 hibetur, vel mitescat, in quem vsum commode ex
 diluto aut decocto exhibentur, Sena, polypodium,
 epythimū, helleborus, phyllitis, asplenium, fumaria,
 buglossus, & psterim ea confectio, quæ Hamech in-
 scribitur, cum syrupo de epythymo ac fumaria, quæ
 in ceterorum etiam animantium morsibus adhibe-
 ri possunt, quorum alij alijs sunt nocentiores.

De auri natura ac viribus, & quo effectu polleat, & quando in
 sanitati vsum ac tutelam corpori humano adhibetur.

C A P. VI.

Inter ea quæ hominum cura atq; industria è terræ
 visceribus eruuntur, nihil auidius expetit huma-
 nus animus, qui non solidis rebus inhiat, sed fragiles

*Virus vi ad
 mirata-
 piatur.*

*Dies quas
 dragessimus
 rabies exro-
 sius de mor-
 si.*

*Vulnus nou
 cito obducē-
 dū in mo: su.
 Sinapismo
 & pulueris
 præcipitati
 vni in more
 su.*

*Homo ca-
 ducū affici-
 tar.*

Auri sacra fluxas, incertas, fugaces, caducas persequitur ac con-
fames. Pecunia sectatur, quam aurum: quo tamen expleri, aut prius
usur satiari nequit, etiam si id assatim ac cumulate sit cō-
secutus, sequitur. Præcipuus autem auri argentiq; vsus in eo
 consistit (nam Respub. pecuniæ cōmoditate, vt cor-
 pus neruis, continetur, eaq; omnis contractus, stipu-
 latio, nundinæ, pacta, conuenta, mercatura, negocia
 tio perficitur) vt necessitati inferuiat, atque illa nobis
 comparemus, quibus subsistit natura mortalium, nec
 vlla in parte carere possit, vt sunt vestes ac domicilia,
 quibus a vento nos auræque iniuria defendimus, res
 familiaris ac domestica, victus frugalis ac moderat-
 us multaq; alia quibus non minus commode, quam
 salubriter vitam transigimus. Reuocat ad hanc ani-
 mi tranquillitatem ac frugales rerum vsus homines

Lib. 1. ser.
Satyræ 1.

Horatius, optimus vitiorum castigator: ac cōmone-
 facit, quid potissimum spectare debeant, quibus fe-
 re auaritiæ vitium necessitatis inuolucris tegitur.

Quid iuuat immensum te argenti pondus & auri

Furtim defossa iuicidum seponere terra?

Nescis quid valeat nummus? quem prabeat usum?

Tanti ematur, elus, vini sentarius: adde

Quæ humana sibi delectat natura negatis.

Quo indicat omnia referenda ad vsus necessarios, ad
 vitæ cōmoditatem, quibus si accedat in cultu nis-
 toreq; corporis decus, ornatus, mundities, & quæ vi-
 ro propria, dignitas, mulieri venustas, non equidem
 repugno, modo ne nimium exquisita sint, nec in lu-
 xum ac delicias deuergât, sed frugalitatis ac tem-
 perantia limitibus concludantur, omniaque honestati
 ac decoro inferniant. Ita enim magna ex parte affe-
 cti sunt homines vt rebus magnificis ac sumtuosis
 delectentur, cum natura facillimis, quæque minimo
 constant, placari possit. Ceterum his omisis, de
 metalli huius natura disserendum, quod multis ma-
 gnisq; viribus imbutum est. Siquidem aurum cum

Frugalitas
in rebus
seruanda.

Natura
medicæ con-
suetudo,

primis efficac præsentissimam vim obtinet in expugnandis sæuissimis morbis, atq. instauranda valetudine, vbi illa collapsa est, ac detrimenta acceperit. Nam qui ex Venereo fœdoq; contractu labæ conceperunt, ac contagione inguinum infecti sunt, eius vsu manifesto subleuatur. Elephantiasin quoq; quæ vulgaris lepra cõsetur, expurgat, aut saltem mitigat. dentes labâtes ac minus stables, putriq; vligine vitiatos firmat, omniaq; oris vlcera ac pustulas compefcit: ita quibus os solidum est, ac graue olementiam exhalat, consulere solitus sum, vt annulos ex puro ac sincero auro confectos, subinde in ore gestent, præsertim qui ex morbo Gallico inuncti labiorum ac gingiuarum vlceribus infestantur. Virus enim eluit, atque eruptiones exsiccat. Quod si laminas, auriq; segmenta ac bractæas carnibus elixas admiscere libeat, atque huius liquamen valetudinanis exhibere: dici vix queat, quanto pere vires ac vitales spiritus erigat. Quocirca macie tabeque confectos, aut immoderata Venere exhaustos ac delassatos huiusmodi decoctis reficio, viresq; instauro: nec vlla sui parte hac ratione aurum sit deterius, aut attenuatum, imminutumq; eximitur, nonnunquam in turbinatum alueum, quem alembicum vocant, calenti foco admotum, conuici iubeo minutatim concisum capum, aut vitulinas carnes, atq. aliquot oui lutea seu vitellos, tribus quatuorve lactis bubuli sextariis perfusa, admixtis vna cum auri purissimi, obrisum vocant, segmentis aut torque aureo, efficacissimis herbis, nẽp radice Iringii, scolymi, sifari, cinatę, carlini, cardui hortenſis, eaq; herba quæ cū muscolo concreto fruticetur, à flauo ac rutilanti colore, aureisq; guttis quæ illi insident, Ros solis dicitur, deniq; palmulis quos daçylos vocat, vuisq; passis, exemptis vinaceis, ac pomis dulcibus. Ex quarum rerum congerie lento plaido que igni, stillicidio quodam liquor extractus,

Aurum in præparat. expurgat.

Auri in cibo vsus.

Aurum decoctione non ascoritur.

Sextarius libram & vncias octo componitur. Ros solis.

*Cardiaci
morbi reme-
dium.*

*Aurum
cor recreat.*

*Auri igniti
effectus.*

*Tart. sul-
phur.*

ac triduum soli exposit^o, in multos usus asseruari pos-
test. Si quidem deliquo defectuq; animi sopitos erig-
git, ac spiritus reuocat; ex sanguines, macilentos, tabi-
dos, extenuatos restitit; in Cardiaco vero affectu, ac
sudore Britannico praesentanea vi pollet, atq; in te-
focillandis cordis viribus cum primis efficax est ac
salutaris, si cochleari mentura, aut plus paulo ita co-
stitutus subinde exhibearur. nec minori commodo
atq; utilitate aurum foris adhibetur, vbi coningru-
ente externa aliqua, vel interna aegritudine periculi-
tatur, nam praeter adspexum aureorum numismat-
um atque annulorum, qui nonnunquam speciosa
atque amabili gemma decorantur, oculosq; pascent
ac recreant, si sinistra manus digit^o qui infimo proxi-
mus est, in cordis affectibus, auro & croci momen-
to defricetur, hominem sibi restituit, etiamsi colla-
pso atq; intercluso animali vitaliq; spiritu ppe-
modum exanimatus obmutescat, nec vllum vitae indi-
cium proferat. Aurum quoq; candens atq; ignitum,
vino immersum, praecipuis membris robur concilia-
t, ac facultates nativas firmat: nam si quid mali
internis partibus adhaerit, abstergit, consumit, ab-
olet, depascitur, partemq; affectam ac morbidam vi-
gore ac vitali spiritu imbuat. Foris quoq; huiusmodi
liquor adhibitus, impetigines seu lichenas, lepram,
mentagram, porriginem, ozanam, polypon, scedissi-
ma nam vitia, morpheam, omnesque vitiliginis
species, quae cutem deformat, compescit ac cohibet:
praesertim si huic liquido pigmento aut plasmati no-
nihil tartari commisceas, quae est ex vino in dolitis
lapidosa concretio. Omnes siquidem quamlibet fax-
das maculas abstergit, naresq; rubicundas ac ver-
rucosas, mentum, genas, faciem, frontem, in- (quibus
partibus impadenter atque indecore, parumque cli-
uiter huiusmodi eruptione se proferunt) coho-
nescat,

De grandine porcorum, aliq. huius animalium morbi ac vitii, qua vulgari lepra seu lazarismo affecta sunt, virgo ab insalubri ac morida corporis habitu Onghans appellatur: Et qua ratione hac contagio expugnari possit etiam in hominibus.

CAP. VII.

Quonia suilla carnes passim etiam apud gentes Quae edulia
 los quosq; eduntur, nec est vlla propemodum ia-
 ex suilla caro
 ne conficiant
 milia, cuius mensis succidia non inferatur, etiam a lon-
 gino petra perna ac petalones. quaeq; ex his co-
 ficiuntur tomacula, tuceta, farcimina: aliquid de his
 ius animantis conditione huic operi inferendum pu-
 tavi. Cum autem porco luto ac fordibus delectetur, co-
 que volubra appetat; in primis curandum, ut cibis
 ac cubile illi mundum offeratur, si ex eo salubre alimen-
 tum consequi velis: nam si siliquis pabulo fordido
 hoc animal saginare pergat, strumas contrahit ac
 serophulas, totoq; corpore glandosum efficitur, sic
 ut caro illius pitus insalubris existat ac vitiosa, to-
 tumq; corpus inficiat. Quae causa fuit praecipua, ut
 Iudaeis eius usus fuerit interdicitus ac porcina degu-
 stasse nefas. Serophulas autem strumas ut plurimum cir-
 collum contrahunt, quoniam voraces sunt & gu-
 losi, ac citra delectum in sterquilinis quaeq; devorant.
 Grandinis autem nomine insignitur is morbus, quo
 tum vndiq; corpus foetissima labe contaminat: quod
 caro parteq; internae passim ramentis cadidis velut
 grandine perfusa sint. Occupant namque singula membra
 eminentiae quaedam subalbidae, hinc inde conspici-
 eius, cuius certissima se indicia in lingua pererunt, quan-
 do porcarum immisso in fauces ferramento illos ex-
 plorant, an tuto caedi ac lanari possunt. Tale quiddam
 elephatiaci sive vulgares leprosi in facie, totoq; cor-
 pore exhibent: nam pustulam, quae in extrema cute erum-
 punt, albescunt ex melancholia in cinerem deusta. Est
 quidem caro istius animalis, quod hoc morbo in-
 fectum est, suavis ac sapida; ac prorsus insalubris ac.

Quae edulia
 ex suilla caro
 ne conficiant
 1117.

Leuit. 11.
 Deut. 14.

Grando per
 corum quatuor
 morbus.

Lepro
 obitu.

lepra affinis, ppter succi melancholici admixtionē.
Cato melan- Sic cato ossib. pxima non prorsus insipida aut pala-
cholici succi to insuavis quod ipsa melancholici succi sit particeps,
particeps fas- nam ossa ex tali succo concreta sunt & coaluerunt.
pida est. Quod aut homini lepra ac morbus Gallicus praestat,
 id huic animanti Grādo ac frumosa collectio; sunt
 enim morbi affines, cognati ac familiares, nomine

Quid Es-

tius de por-

cu morbidū

statuit.

Lex de por-

cu malian-

dū.

tātum discreti, re effe & uq; pares, vt etiam annotauit
 Aetius Medicus capite de Elephantiasi. Quocirca ne
 quid incommodi ex huius animantis esu cōsequan-
 tur homines, salubri Senatusconsulto cautum est a-
 pud nostrates, nequa scropha aut porcus mactetur,
 nisi exerta inspectaq; lingua exploratū sit, an ab eo
 vitio liber sit & immunis: nā si verucosā se in lingua
 ac faucib. proferunt pustulae, ac venae liuescunt, ni-
 groq; colore p̄fusa sunt, indicium est viscera etiam
 praua constitutione teneri; itaq; aut non mactandos
 iudicant, aut si imprudenter mactatos esse cōtingat,
 de fodiendos. Quod si nihil tale appareat, pronuntiant,
 qui huic censuræ destinari sunt, salubre esse por-
 cum, atq; esui idoneum. Quoniā autē huic animan-
 ti plerumq; aliquid vitii subesse solet, quantum vis
 etiā sanum existat, ob id populares nostri primū e-
 necatos accensis stramentis adurunt potius, quā feru-
 menti aqua elixent. Si quid enim subtercurem in ha-
 zreticat labis aut cōtagionis, id ignis elicit absumitq;
 quod nō aequē facile aqua feruida perficere potest,
 omnesque sordes eluere. Curantur vero hoc modo
 inquinatae sues, si stabulum in quod decumbūt, sin-

Porcorum

ferosa curis

aduranda.

Porci in syl-

uis vagantes

salubriores.

gulis diebus conuertras; atq; accurate emundes illas-
 que diuagari patiaris. Quae enim syluas ac nemora
 oberrant, ac glandib. saginantur, magna ex parte in-
 exercitatis ac cubili inclusis sunt salubriores, minul-
 que morbosa aliqua affectio ne expositae. Deinde af-
 fatin vis aqua offerenda, quo se p̄uant, cui nō nihil
 salis admixtū est, interim cibo potentario aut si quid

solidi

solidi cibi illis exhibetur, admisceri debet lauri bac-
 cz contrita. Cochlearum quoq; hoc genus, quo littora
 oraq; maritima apud nos sciantur, mitulos vocant,
 vulgo *Moffelen*, misce illas reficit, si affluentiore li-
 quamine huius decoctum iis obiciatur. Flores etia
 viniq; purgamenta ac faculenta pluuias, q̄ expresso
 vuz succo, ac vinaceis est residua, in expugnãdo hoc
 morbo est presentanea, praesertim si furfur massaq;
 fermentata, vulgo *Mout* appellata, illi commiscea-
 tur. Mesitres autem nec huius animantis, nec homi-
 num quibus porci aliquando edendi sunt, salubrita-
 ti consulunt. Nam Zythi siue Cerenisæ acidam cor-
 ruptamq; fecem, atq; olidam pluuiam, quæ in imo
 doli residet, illi offerunt, cum rancida quæq; nempe
 poma ac pyra quæ cum putruerunt, ac situ obducta
 sunt, quib. non liquefcit aut dissoluitur gandinosa
 illa concretio atque interna lues, sed augetur potius
 ac vires concipit. Siquidem omnia impense acida,
 vt melancholicis affectibus qui hic viget, aduersissima
 ob refrigerandi spissandique vim, & q̄ humores co-
 gant, ac crassiores efficiant, ita biliosis seu cholericis
 cum primis grata ac salutaria. Sic acetum quartanã
 auget, tertianã vero mitigat ac compescit, quoniam
 bilis feruorem reprimit, ac tanquam aqua vinum,
 diluit. Sunt apud Batauos quorum regio piscosa est,
 atque aquatilibus foecunda, qui piscibus illos alunt:
 quibus vt mire pinguescunt, ita lardo carneq; fluida
 ac minus solida existunt. Quanquam enim hoc ali-
 mento porcorum corpora auget, ac procerita-
 tem consequantur: esus tamen horum insalubris,
 atq; sapor alienus ac exoticus. Scio equidem in ho-
 minibus, qui elephantiasi seu lepra inquinati sunt,
 vulgo *Melanch*, frequenti ranarum palustrium vsu
 hunc morbum domari, mitigat enim sanguinis fer-
 uorem ac melancholiz adustionem animalculum
 hoc aquaticum: nam quæ humiliterunt, atque inter

Mituli,
vulgo.
moffelen.

porci salu-
br es.
Flores vins
porci acetum
modi.

Acetum ma-
lancholicis
noxiuiss.

Acida bilio-
sa salubria.
Bataui pi-
scibus porcos
faciant.

Ranarum e-
sus quibus
melanch.

*Bufones
noxii.*

*Cruſtacea
viciuſa ſalu-*

*Fluuiatiles
canceri qui
buſi ſui.*

*Cancrorum
deſcriptio ſer-
uata.*

frutices ac tubos nidulantur, queq; non ſaliunt, ſed lente progrediuntur, venenatæ ſunt, hos *Padden* noſtri vocant. Ranas vero vitidanti tergo, ventre albeſcente, *pyren eſt vorſch-n*, quæ vernis mentib; coaxant, cum tubeta ac buſones reptiles, per exiguum ſonũ edant, Ille itaq; quæ agiles ſunt atq; identidem ſubſiliunt. huiuſmodi morbis accommodæ, quarũ etiã vius ex iure capi heſticis, tabidis maclẽtis, extenuatis cum priuſ vitilis, quemadmodum etiã reſudinũ quæ à pelta ac icuti figura *S. b. la. padden.* vocantur, Cancri quæque vulgo *Crabben*, *Aſaci*, *Squilla*, *Locuſta*, *marina*, *Carabi*, *Gammari*, populari voce *Crefſen*, *Creviſſen*, *Gaerndert*, *Mituli*, *Moffelen*, *Oſtea*, *Oſteri*, *Cochlez*, *Cray-ken*, aliæq; conchyliæ ac cruſtacea, ſeruidos aduſtoſq; humores refrigerant ac diluunt, verum fluuiatiles conchæ ac cæcellis efficacius marinis, quoniam iſtis ſalſuginis aliquid admixtum eſt, quæ quidem appetentiam excitant, ac palato gratificantur, ſed magis exſiccant, quocirca ſanis maritima aptiores. in ualitudine autẽ, affectis amnibus fluuiſque exente ſalubriores. Inter ea autem quæ reſtacea ſunt vel cruſta integuntur, præcipuã laudem merentur Cancri fluuiatiles q nō ſpecie ſed effectu à marinis differunt, doſo elatiore ac ſubrotundo, quatuor ab utroq; latere geniculatis pedibus, qui ſex diſtinſti ſunt articulis ſeu internodiis, ima ſui parte aculeatis, quæ venantium manibus pedibusq; velut cuſpidem inſurgunt flexibili agilitate: nam ſe horum admiculo dextroſum ac ſiniſtroſum præſunt, ubi inſidias ſubodorantur incredibili ſagacitate, q vt opinor, vel mire oculati ſunt, vel auriti. quamlibet enim ſilenti tacitoq; ingreſſu illos infecteris ac venando perſequaris, ſubito præſentiunt, ac conſeſſim ſeluto obruunt oculiſq; hominum ſubducunt. Præter quatuor autem illos pedes aut exporrecta vtrinque brachia, primoræ parte quæ oculi prominent ac colucent,

lucent, duo se proferunt denticulari forcipes quibus
 firmissime obuia quæq; comprehendunt atq; atro-
 ces morsus captatiuum manib; inferunt, ita vt mem-
 bris affixi æge queſi queant. Caeterum cum mita sit
 aquatici huius animi alicuius astutia ac caliditas, tum
 in eo maxime obleruatur solertia, vbi oistreis infidia-
 tur, atq; ex iis escam venatur, siquidem calculos atq; *Cancrorum*
 lapillos parula hiantique testæ ingerit, ita vt occludi
 nequeat, mox dentato forcipe pilulentam carnem
 abradit atq; elicit, illoq; alimeto suauiter ac secrete,
 nulloq; vindictæ metu fruitur, quod etiã polypus
 pifeis faciliat. Hoc genus Cancris tabidis ac macie cõ-
 sectis præsentanea vi auxiliatur, vbi accurate abluti
 in aqua herdei decoquantur, nec min⁹ singulari oc-
 cultaq; virtute pollent in expugnando exitiali canis
 rabidi morsu. Cancris ita in patella deustis ac cõcre- *Cancris rabi-*
 matis, vt comminui atq; in puluerem redigi possint, *dicantur*
 eoq; exhibito cochleari mensura cum Gentianæ ra- *mor sumo*
 dice ac rhuris momento quod antidoton frequen- *curant.*
 tius iterari deber, ac per seſquimensem continenter
 assumi, quo rabies atq; a qua paucor propulsetur. Hæc
 de testaceis & que crusta integuntur, verbosius à me
 sunt enarrata, quo quisq; intelligat, non modo por-
 corum morbos his expugnari, sed hæc aptissime me-
 lancholiã, adultisq; humoribus, atq; aliis pleurisq; af-
 fectibus accommodari. Verum inter caneros, aliosq;
 crustaceos discrimen statui debet, si quidem fluui-
 a tiles extenuatis ac macilentis miriñce adminicu *Ex testaceis*
 lantur, quod humectent, atq; humorem natium, *que sanis,*
 quo corpus nutritur ac subsistit, & quem calor infi- *quam infir-*
 tus habet obsequentem adaugeant, adhibito vino *mi aptiores.*
 dulci ac calorifico, cuius adiumento concoctio perfic-
 citur, omniaq; exacte elaborantur. Marini vero qui
 Oceani vel maris mediterranei litora perreptant ac
 crepidines persequuntur, tum sanis, tum iis qui in- *Cancris ma-*
 salubri sunt corporis habitu ac vitiosis humoribus *rini effectus.*

oppleti, aptiores: nam cum salſugine quadam imbu-
ti ſint, vt edendi auiditatem excitant, ita excremen-
ta ſuperuacua exſiccant, ac putredini humorum ob-
ſiſtunt, quod in carnibus piſcibusq. ſale confectis
obſervari poteſt, quæ diutius aſſervantur, ac ſerius
computreſcunt. Quocirca non inconſulto faciunt
Bataui ac pleriq. Belgæ, tum maxima Germanorum
pars, quæ ad Aquilonios tractus deuegunt, quod ſa-
le & aromatibus, nempe zinzibere, pipere, & quod
granum Paradifi vocât. vulgo *Grœn* caulica vi & ad-
urenti, aliud à Cardamomo aſſatim vtantur. Hac
enim ratione minus pituitoſi efficiuntur, aut excre-
mentis ſcatent, minusq. vt fere conſpici ſolent, opi-
mi atq. monſtroſe obeli, liqueſcit enim ſalius ad-
eps, vt limax inſperſo ſale.

*Cur Belgæ, ubi nec moleſte ac tumuloſe paramq. ex animi
ſententia tranſacta ſit, querentur Ioannis Baptiſta noctem
ſibi obugiſſe.*

CAP. XVIII.

*Luc. 8.
Ioannis Ba-
ptiſta dies
memora-
bilis.*

Natalis dies Ioannis Baptiſtæ, cuius vitæ integri-
tas inſigne elogium à Chriſto promerita eſt; nõ
ſolum Iudæis ac Chriſtianis, ſed Mauris etiam ac
Barbaris, quiq. à noſtra religione alieni ac Mahu-
meto addicti ſunt, celebris eſt & ſacroſanctus, tam-
etsi nonnulli huius noctem ſuperſtitioſo quodam
cultu congeſtis lignorũ aceruis, accenſiq. ignibus,
vt Corybantes ac Cybeles cultores, ſtrepitu ac furio-
ſis clamoribus tranſigant, quin & impuberes conge-
ſtis collisq. ignitis carbonibus bombæ ac crepita-
cula excutiunt. Nonnulli gentili ſuperſtitione ſta-
tuæ prouoluti, ab epilepſia ſe tutos fore confident,
quibus acceſſit ea perſuaſio, vt ſi placide huius Diui
ſtatuum adire poſſint, nec incondite vociferentur,
aut rabioſis clamoribus illi inſultent: toto anno ab
hoc morbo futuros liberos: Sin Diui caput, quod
ſculandum offerunt, dentibus laçerare tentent, ac
male.

maledictis incessere singulis mensibus, quod fere ex lunari decursu euenit, hoc morbo misere diuexandos, quanquam maxime impostura huius rei subesse solent. Et cum hæc gentilitia sacra nocturno tempore perfici solent ex vetusta consuetudine, ne dicam in ueterato errore, enatū est Prouerbiū, ubi nox tumultuose transacta est, nec vlla pars quieti data, Ioannis noctem transigimus, *W. hebben sint Ians nacht gehadt*: Hoc est, tota nox non solum in somniis fuit ac peragilata, sed grauis ac molesta strepitu, tumultu, clamorib. inquieta. Olaus Magnus, qui res Gothicas amplissime, licet minus culte, prosequitur, refert natalem noctem Ioannis Baptista, qui fuit prodromus, hoc est, præcursor, atq; emissarius, aut quoniam vox clamantis sit in deserto, præconis Iesu Christi, mire celebrem esse illi genti atque illustrem, magnaq; præcipua transigi: Omnis enim generis sexusque homines turmatim in publicum concurrunt, extructis que luculentis ignib. atq; accensis facibus, choreis tripodis usq. se exercēt, nonnulli laudes heroū ad lyrā decantant, vitia maritorū tradunt, foeminarū dedecora oppalant, nullos nō scōmate, conuitijs, disterijs, dentatis salib. impetūt, magnaq; licentia obuios quosq. laceffunt, ac liberius persurgunt, vt solent olim in sacris Eleusinis: nam ex Hellenismo sine Græcorum ac gentium vanitate multi errores vel relictū sunt, vel in religionem Christianam irreperunt. Sic proceres aulici & quotquot venationi dediti sunt, Hubertum olim venandi studiosum insanis clamorib. colunt ac venerātur, adeo vt furore percitos credas, dum canum latratus ac rabidos sonos imitantur, obambulante interim patera oppleta vino, aut pposito cornu capacitate sextarij, ex vetusta & Gentili Germanorū consuetudine, teste Casare libro sexto belli Gallici. Sic homines supersticiosi præpostero cultu Dijs blandiuntur, ac se illorum fauorem demerēt

*Prouerbiū
ex tumultu
nocturno de-
sumtum.
Lib. 15. c. 30.*

Matth. 3.

*Præpostero
Diuorum
cultu*

credunt: cum ne horum vitâ imitentur, aut mores
 expriment, nec vlla parte ipsorum vestigiis insistant,
 qui cultus Deo ac Diuis est grauissimus. Non minus
 ridiculos habet cultores Martinas, cuius in paupe-
 res atq; egenos liberalitas non ad frugalitatem ac mu-
 nificentiam, sed ad luxum ad profusas epulas, ad in-
 ceptas cantilenas quosq; inuitat. Quod vero Ioannis
 Baptista sacra tanto tumultu ac superstitione pera-
 gantur, hinc emerisse puto; quoniam historia Eua-
 gelica describit, natalem viri huius diei latum, fau-
 stumq; & plausibilem futurum quam plurimis: quæ
 non designat externos animi motus, cum & inuiter
 & effuse exultat animus, ac gestiendi latitia per-
 fusus est, sed internam ac solidam stabilemque lati-
 tiam, quæ concepitur ex tam salutari Euangelij pro-
 missio, quo Angelus denuntiat iam dudum expectati
 Messia ac Seruatoris, à quo cuiusque salus dependet,
 aduenturum atq; huius pconem futurum Ioannem, qui
 primis baptizandi munus incoarit, q postmodum
 perfecit atq; impleuit Christus, qui baptizat Spiritu
 sancto & igni, cuius vi transformari homines cõtingit,
 atq; ad celestia pducit: conceptaq; salutis fiducia
 per mortis illicium ac resurrectionis mysteriæ, illi inserit
 atq; vniti. Quæ res ob lucem exhibitam, salutemque
 restitutam, non vulgari gaudio omnes afficit, ma-
 gnamque subsiliendi occasionem præbet, non ea ratio-
 ne ac modo quo passim imperita multitudo ac vulg'
 ignobile tam incertos stolidosque ludos exhibent:
 quanquã hæc superstitio quæ multorum animos mens
 tesq; hædenus occupauit, iam exolescere incipiat at-
 que antiquari. Siquidem iam sentire incipiunt homi-
 nes paulo cordatiores ac melius edocti, colendum pla-
 candumq; Deum ad quem per Christum aditus, pietate
 ac religione iustisq; precibus, non contaminata
 superstitione, non gentili vanitate, aut cæsis hostiis,
 aliisque rebus quæ nõ exigit, aut ab eo præscripta sunt.

Nam

*Martinalia
festa.**Luc. 1.**Matth. 3.**Lætitia
solida.**Esa. II.*

Nam superstitio vere religionis imitatrix, atq; ex vi-
tiosa a mulatione, anilis affectio, ex imbecillitate
mentisq; inopia, atq; ignorãtia Diuinitatis emerit: *Superstitis*
quo fit vt cum animus fluctuet ac fit instabilis, vacil- *quid,*
lans, inconstans, varius, lubricus, nec vlla cognitione
aut Dei fiducia imbutus, quæ potissime impleret, quo
se conferat, cui se addicat, suamq; salutem commit-
tat, & à quo successu n, sanitate, mentemq; paca-
tam consequatur, profusus ignoret. Quod eo fit, quon-
iam a scopo sit aberratum, nec illam homines con-
sestantur, qui hæc omnia cumulate præstare & potest
& vult, nempe Pater cœlestis & Iesus Christus, cui *Matt. vii.*
omnis potestas commissã est, & in quem refertur vult
Deus omnes nostras cogitationes, spem, fiduciam, cari-
tatem, & q̄ nobis ad consequendam salutem sunt ne-
cessaria. Nec sustinet Deus, vt Eliaas ait, gloriam suã
ac laudem sibi debitam in alium transferri, aut cui-
quã attribui, nec vllum cultum aut religionem consti-
tui, nisi in ijs rebus, quas Christus ex ore Patris nobis
enarrauit, qua de re innumera extant in Biblijs te-
stimonia, nec minora apud Orthodoxos cū Latinos,
tum Græcos, qua dilucide cõmonstrant, qua ratione
Deus coli atq; adorari debeat, qua Diui ac Christia-
næ professionis assertores ac propugnatores inuidi
venerari, qui nihil non contumeliarum Christi no-
mine perpessi sunt, ac sustinuerunt.

*De salis conficiendi ratione singulari atq; inaudita, eiusq; na-
tura, effectibus, viribus, vsu & differentiis: Obiter herbarum
aliquot maritimarum, qua salisquinosa se combuta sunt,
& ex quibus sal elicitur, consideratio.*

C A P. IX.

Quã de natura Salis, eiusq; vsu necessario, pau-
lo ante disserui: facturus tamen sum opera pre-
riũ, si vberius ac fusius de salubri hoc cõdimẽto, sine
quo oia edulia insipida sunt & insulsa, verba faciam.
Principio hoc cuiq; testarum cupio, præstare quib. fa-

milix onus ac rerū domesticarum cura incumbit, tū
ijs qui ciuitates, castra, arces, propugnacula incurſio-
nibus expoſita, tueri debent ac praſidio munire, et
que comœtu inſtruire. Salem marinū recens co-
ctum atq; à ſordibus nō ita pridē expurgatum aſſer-
uandis carnibus piſcibusq; minus idoneū. Decoquitur
autem atq; apparatur apud Zircacos, cōplureſq;
Zelandix ciuitates, æſtius menſibus cum ſeruēſcit
Sol, cuius vi maxime falſeſcit Oceanus, car doris exi-
mij ſal in frixorijs patiniſq; capaciſſimis aqua mari-
na oppletis, ſubditis accenſisq; glebis bituminofiſ,
noſtri Turſy vocant, quibus ſenſim ac paulō melius or-
mnia perficiuntur in Salinis, quam congeſtis ſub ca-
cabo lignorum ſarmentis, ob flammam ex fornacis
faucib; periculoſe erumpentem. Quod ſi mōx à te-
penteſſimo ſoco, aut poſt dies aliquot in vſum depromat-
ur, cito liqueſcit, atq; in ſaluginofam ſaliuā diſſol-
uitur, ſic vt limofam quandam vtiginem rebus ſalitis
obducat. Ita Sal qui primum ex calenti ſeruidaque
patina aut labro ferreo eximitur, nec vetuſtate in-
duruit, aut concretus eſt, curcitiuſ quam par eſt, in
ſalſuginem liqueſcat, ſecus quam vetuſtus: minus
aptum indicoſaliendis condiendiſq; edulijs. Quo-
circa qui carnes ac ſalāmēta, ſaperdas, aſellos, thim-
nos, phocas, haleca, haringos qui ſunt triſſarum ge-
neris, ſuccidiam, perennare velit, hoc eſt, in ſequen-
tem annum aut multam æſtatem aſſeruare, denique
minus rancida in exteras longeque diſſitas regiones
deuehere, vetus ſal meminit huic negotio accom-
modatius. Maiores noſtri olim ſalem confeſcerunt
vberimo ſane quaſtu, non ex aqua marina Solis
ardore in ſalem concreta atque indurata, quale ex
Hiſpaniis ac Gallijs ad nos perferitur, ſed ex mariti-
mis glebis exuſtis atque in cinerem redactis, quem
in ſula aqua minutatim in ſale reducebant ſplendi-
dum ac nitentem, *Zeloſi, Zil-Zom;* populares atque
indi-

*Saliu habent
dum deleſcit.*

*Oceanus a-
ſtate magis
ſalſeſcit.*

*Sal recens
cito lique-
ſcit, vetuſ-
ſerius.*

*Quo ſale ſal-
ſamenta cō-
ſeruantur.
Triſſa quod
piſcu genus.*

*Salis conſe-
ciendi inau-
ſita ratio.*

indigenæ denominant à glebis salugine imbutis, unde id elicitur. Nec alio salis genere tota Belgica ad nostram vsq; memoriam vsa est. Qui conficiendi salis modus cum inducto externo exoleseret, excogitatus est alius non minus quaestuosus. Siquidem adueto ex Hispaniis atque Aquitanico sinu, rudi ac nigricante sordidoque sale, ex emto limo, excoctisq; sordibus, candidissimum id nostrates efficiunt, rebus asseruandis aptissimum. Utuntur quoque Salinatores nostri alio concoquendi salis modo à superiore non multum diuerso. Nam tertio aut quarto quoque anno contracto foco atque area, den heort vocant, furca cur capacissima sartago ac patina incumbit, subditoque igni incalescit, glebas ac fragmenta, quæ ex persillante salugine ad muria sallo liquamine affatim imbuta sunt, in patinâ coniciunt, ea comminuta saulo macerât atq; elixant, post horas aliquot subsidente limosa face ac sordibus paxillo candidissimum sal eliciunt, id genus *Cleynozout* nominatur, vel *Clinezout*, quod glebæ inter se collisæ propter duritiem, vt hilicæ sonitum clangoremq; edant: Hoc genus salis, vt mensis eleganter inferitur, easque exornat, atque ad multos vsus est efficaciter conseruandis condiendisq; rebus minus aptum. Ob id boum tergora ac tegmina coriacea illo sale, vt etiam marino rudi defricant atq; obruunt. Quocirca senatus consulto cautum est ne quis eius conditionis salem diuendat, nisi interposito iureiurando attestetur, se non pro sincero ac natiuo, qui ex marino eiusq; muria confectus est: sed pro fossili ac factitio venum exponere, ne qua fraus aut impostura subesse possit. Nam cum niuci sit candoris, atq; omnes optimi salis dotes exhibeat, nō facile ab ignatis internosci potest, nec discrimen obseruari nisi ex rebus, quæ illo condiri solent, experimentum sumierint. Citius enim falsamenta atque alia quæq; hoc sale obruta ac confricata sub-

*A salo Sili
& Sold,
unde Solda
ten, Germa
nec.*

*Salem Zelân
di quomodo
condidum
efficiant.*

*Salis ex gle-
bâ confectio.*

*Quid Zelân
du cleyno
zout.*

*Senatus con-
sultum, ne
sal aduiteret,
tar.*

Saltorridus, rancida efficiuntur ac subulida, ubi in multâ astatem
Beliseo, asseruare visum est. Eandem naturâ effectumq; obti-
Braedzout net quod nostrates, quoniâ exigua infusa aqua mati-
na diutius torretur atq; adustur, *Braedzout* vocant,
sal splendidum, lucidum, speciosum, friabile, crusto-
sum, latis squamosisq; ramentis ac laminis stellant
fulgore radiatis, quod mire à Flandris ac Brabantis
expetitur cû assidue, tura maxime in visû domestico,
si quando sumtuosis epulis, magnosq; apparatu men-
sas instruunt. Cû enim splendet ac spectabile ex-
sistat, oculisque etiam à longe gratum sit ac blandia-
tur; regales magnificasq; mensas misisce exornat.
Moribus id rabiosi canis cum melle efficaciter adhi-
betur, scabiem impugnat, tumores cum fermento,
melle, & butyro, atq; adipe futillo perumpit, etiam
illos qui grassante peste in alis atq; inguine se profe-
runt. Ex sale autem cum aqua marina confecta mu-
ria aut falsilago presentanea vi ambustis vim igneam
atque yrenem feruorem extrahit, doloreq; inten-
sissimos placat ac mitigat, vel expulvere bombardis
co, vel oleo pice, aqua feruida, prunisq; accensis, pre-
sertim si tenui peplo falsilagine imbuta perusta par-
tes foueantur. Huiusmodi enim irrigatione ignea vis
eluitur, atq; acerrimi cruciatus consopiantur. Male
autem consulant sic affectis, qui frigida ac reprimen-
tia membris applicant, ita enim referiunt, non ex-
trahunt nec eliciunt ignitum ardorem, eumq; ma-
gis infigi partibus contingit. Quocirca inter initia
nihil falsilagine efficacius, vulgo, *Pexel*, vel recens con-
fecta, vel quæ butyro incumbit, fomenti loco appli-
cata. Cui viribus par Smegma, vulgo Sapo, Belgice
Zeeve, quo vestibus ac linteis sordes eluuntur, con-
fecto ex eo linimento cum melle & butyro. Aqua
quoq; in qua rapæ decocta sunt, tuto adhibetur, quæ
vim magis efficacem concipit, si non nihil calcis vius
in illam dissoluas, ita enim lixiuii modo, adhibita ad
dorem.

Salis affia-
eris in morfu
canis rabidi.

Salsugo am-
bustis utilis.

Ambustia
et frigerantia
non exigunt.

Smegma
ambustis
id. cum.
Colex cum
aqua rapæ
et m. ignitos
dolores: la-
sat.

do rem compeſcit, & abſq; morſu deſiccatur. Ceterum cum aliquot ſalis genera paulo ante recenſuerim de facticio illo diſſerendum, quod in legitimi ſalis inopia, huius uſum nobis praſtare poſſit: vocant hoc genus Arabes Salkali ab herba maſſima, quibus littora noſtra abunde ſcaterent. Enaſcuntur autē apud noſ paſſim aliquot herba ſalfagiноſo ſucco imbuta, ex quibus ſal, ſi alias denegatum ſit, facile elici poteſt, atque in domeſticum uſum depromi, qualis eſt Portulaca marina Halimo affinis, ut etiā admonet Matthioli in eruendis herbis acer & induſtrius. Hanc noſtrates a ſtate deſinente lectam condunt, ac muria aſſeruatam, aut rudi ſale obrutam in hybernos uſus reponunt, ut Hiſpani oliuas, cappares, crithmon, empetron. Excitat enim appetentiā, ac faſtidia nauſeamq; diſcutit, ſi quando ventriculus pituitoſis humoribus oppreſſus, uel etiam biliōſis, cibum reſpuit. Tota autē herba, uſq; ad ſeminis quod minimum eſt, ac racematim dependet, maturitatem, portulacam illam praegrandem hortenſem ac ſatiuā reſert: quam Patricii etiam ſale rudiac ſcabroſo obruant ad excitandam cibi auiditatem. An autē hac Portulaca marina Halimi nomine ſit deſignanda, nondum ſtatui, cum illa famem exciter, iſte arceat. Verum in Alpibus noſtris arenōſis frutex emergit ac uirgultū duorum aut trium cubitorum altitudine olea foliis quae viticis modo longas habet uirgas lentas ac flexibiles fronde [oleam] repraeſentans, ſed folio minore ac ſubrotundo ſuperne uiridi, inferne imaque ſui parte qua terram inſpectat, albeſcente ac cocto, fructu folliculari, nō diſſimili uerticello, ab inſtrumento muliebris ſimilitudine: nam ſpondyli ſeu uerticuli uulgo *Worſt*, ima parte ſulis commodiſ torquendis rotandiſque adhibentur: Qui frutex priorius ad Plinij ac Dioſcoridis Halimum accedit, in reprimenda arcendaque fame praecipui effectus, abolet enim.

X. 2.

*Salkali ſatiū
genus.*

*Matthioli
induſtria.*

*Portulaca
marina con-
ditura.
Halimi
legitimi deſ-
criptio.*

*Verticellus
quid.
Halimus
famem ar-
cet.*

appetentiam vitiosam atque enormē, qua fere mulieres circa tertium à concepta mensē infestari solent, & nonnulli conualescentes, quoniam ventriculus noxiis humoribus atq. acida pituita imbutus fit:

*Picatio moro
huius Cista*

hoc est, edendi aviditati, quasi bouem essent deuoraturi, obnoxii, vt foemine vitio quod Picatio dicitur, qua alitis huius more carbones, testacea, mali Punici putamina, aliaq. esui inepta deglutunt: Quibus vitiiis Halimus frutex commode adhibetur, ab esse. Et nomen sortitus, foliis oleis more, cū pinguiore, nullo sale admixto decoctis, ita enim obtundit subaceros illos humores, qui minus naturalem appetentiam excitant, quod etiam ad morsus ac dentibus tritus praestare creditur, vt nonnulla naribus tantum admota animi deliquium discutiant, ac cor fouent &

*Atriplex
marina.*

inamabili, in aggeribus Zelandicis nusquam non obuia esse, verum non assurgit in vllam altitudinem, sed sessilis est atq. humi decumbit. Brassica autē marina, qua Germana Soldanelle statui debet, quam nostrates indigenz male Portulacæ marine ascribunt voce gentilitia *Zoutenelle*, à saluginoso sapore, Alpius Zelandicis copiose prouenit, halimo, crithmo, empetro, anthyllidi, iringio confinis ac contermina, gaudet etiam ipsa aura maris, sed tamen illo non irrogatur, nec profunditur, vt alga, de qua postea. Herba

*Brassica ma
rina seu Sai
danella.*

*Brassica ma
rina deserts
vno.*

hæc humi serpit longis flagellis leuiter ac vi minolis cauliculis, lacte madidis, foliis rubore perfusis, subrotundis, semine in calycibus subrubentibus nigro, loculis incluso, vt utur ea ad desiciendā aluū, iure pingui clixata, quo ob acrimoniā atq. amarū sal sumque succū stomacho minus sit infesta. Ceterū herba *Kali*

*Herba Ka-
li alia à Tra-
go.*

Arabibus vocata, nulla apud Zelandos, vulgarior: ex ea siquidem olim maiores nostri vna cum celsipitibus ac glebis saluginosis, ac bitumine quodam imbutis

candidissimum salē confecerunt, ea ratione ac modo, quem paulo ante indicavi. Est autē herba in infima maris nostri crepidine, quam Oceanus aluit, totoq; Zelandia tractu copiosissima, quam ego Vermicularem vel Crassulam, vel *Aizoon* vel *Sedum* marinum vocitare soleo, caule palmari, erecto, firmo, tereti, geniculato, atq; internodiis distincto, vtrinque multis agnatis cauliculis rotundis, læviorē perpolitus atq; in se compactis, qui exemptiles videntur, vt equifero seu caudæ equinæ, foliis, qui ex caule singulari emergunt, eoq; stipati sunt carnosus, crassis, succo turgidis, crassitudine arundinis, nobis *Rost* dicta, quæ in ambulantium pedibus moram iniiciunt, ac gressum remorantur, sonitumq; ac fragorem in promouendis pedibus excitant. radice exigua, gracili, tenuiter capillata. Tota herba ab una sui parte ad cacumen vsque eleganti ac pellucido virore perpolita est, quæ ne hybernis quidem mensib. exfolescit aut remoratur, sic vt laqueatibus adiu affixa absq. ascitio villo liquore diutissime vireat: vt Aloe, est n. mire succulenta, atq; nativa humiditate affatim imbuta. Notat frates q; Cancris infecta est atq; impedimento, *Crabbe* vel vocant. Nam cum densius fruticetur, cursum illis remoratur, ac difficilem transitum præbet, ita vt ægre extra hanc te explicare queant, vbi homines illos venantur, atque ad escam expetunt. Herba hæc pecori ouillo gratissimum ac saluberrimum pabulum est. Nam cum hæc pecudes cœli statu humido hydro-pisicac tumoribus struosis obnoxie sint, nostri *den* *Bot* vocant, huius herbæ pastu recreantur ac malum discutunt. Est enim salissima herba, vt quam aduentante Oceani æstu continenter aqua marina irrigari contingat ac madescere. Quo fit, vt subinde conspersa speciosius adolescat ac fruticetur densius. Qui autem hanc in condimenti vsum assuetuere volunt, consulo vt modice decocta aceto minus ac *peruile*,

*Kali seu
Sedi marini
descriptio.*

*Kali herba
cancris re-
moratur.*

*Kali herba
ouibus gra-
tissima.*

*Salsa herba
medentur
moribus eius.*

quam muria aut salugine condiat, aut rudi sale ob-
tuat vt portulaca Cuius vsus pituitosis salubrior atq;
obelus, q̄ bilioſis aut nacilentis. Subest huius herbæ
ſolo, omnibusq; propemodũ agris maritimis: primũ
terra agillacea leuia, tenax & utinoſa, q̄ contrectata
manib; adhæreſcit, nec fatiſcit, aut facile excutitur;

*Georg. 2.
Cley a
verbo Cle-
nen dedu-
ctum quod
inhæreſe
eſt
Bitumen
Zelandicum
Darii ſalis
materia.*

Sed pilcu in marem, ad digitos lentefcit halvudo.
Adeo vt vbi veſtes commaculauit, agre eximi eluiq;
poſſit, *Cley* noſtri vocant, à lentore, Brabant *Lem*;
hanc ſequitur bituminofa q̄dam concretio ac ſub-
terranea congeries, *Darii*, vt alias retuli, vocata, ex
qua, tanq̄ ſodinis; glebas eruunt indigena nigras ac
pinguedine imbutas. q̄ accenſa, vt aridi ceſpites, vrẽ-
tiſſimo, calores excitant. atq; in cineres redacta, ſa-
loq; p̄fuſa materiam ac fomentum olim noſtratib;
præbuerunt conficiendi ſalis. Sed is modus iam in
diſſuetudinẽ venit, ob maximã copiam, quæ ex Gal-
liis atq; Hiſpaniis ad nos conuehitur: qui tamen fa-
cile in vſum reuocari poſſet, ſi externus Sal hoſtili
odio denegeretur, aut ex quatuor alia cauſſa, eius copiã
nobis de eſſe contingat. Quocirca non omnino ope-
ram me luſiſſe puto. qui exoletum, ac iã pridem an-
tiquatum hanc cõficiendi ſalis modum in memoriã
poſſimilio reuocatum: quo aliquando, ſi res poſſet,
inſtauretur. Cæterum cum in maritimarum ſtipitiũ
ac fruticum mentionem inciderim: de Alga non ni-
hil inferendum. Siquidem hanc impenſe à meſſiti
demonſtrari optauit Rembertus Dodonaus Medicus
Mechlinienſis vir in illuſtranda re herbaria, at-
teq; medica exercenda ſagax & induſtrius. Erigun-
tur paſſim locis maritimis moles ac p̄pugnacula flu-
tibus oppoſita in ipſo ſtatiim aditu, primiq; portus
acceſſu, ex trabibus, ſudibusq; rectis ac tranſuerſis,
quæ præter ſaxa immenſi ponderis, ſtabiliendo ope-
ri inieſta, ſalcibus ac longiſſimis cratibusq; inter ſe cõ-
textis atq; implicatis fulciantur: referi autẽ hæc ma-
chidã

*Rembertus
Dodonaus.*

*Artificer lii
promontorii
deſcriptio.*

china eminentis promontorii imaginem, ac nauibus
 fidam tutamq; stationem præbet Caput hanc stru-
 cturam non solum nostrates, sed Itali quoq; & Hi-
 spani vocant, siue arte constet, siue natura: eoq; etiã
 nomine in Cosmographicis descriptionibus desig-
 nat. Huic Alga copiose vndiq; adhærescit, quæ ta-
 etiã vilis sit & abiecta, quod præter prouerbium Vir-
 gilius etiã annotauit:

Horridior rufis, rotella vil or algæ:

aliquem ramen in Medicina vsum habet: siquidem
 dolores podagricos atq; articulares mitigat, expur-
 gato primum corpore, inflammationes discedit infri-
 gidat atq; exsiccat multo efficacius, quam lens seu le-
 ricula palustris, quæ est velut muscosum atq; stagnan-
 tis excrementum, colore viridi, anserib. anseribusque
 gratissimũ pabulum. Alga autem cum plures habeat
 differentias, tam illa quæ nobis vulgaris est, ramosa
 spectatur, lubrica, carnosã, geniculata, bullis atq; ap-
 pendicibus præmidis ac racemosis, quæ primoribus
 digitis compressæ crepitant, ac sonitum edunt, vt so-
 nã follicali. Cum aut Alga hæc membraneo folio
 existat, folliculis turgidis, statq; distentis, lucidis, &
 læuore ppolitis magna parte fluitat atq; ag. super-
 natat, quibus destituta sensilis est, ac fæccit. fat-
 mentisq; ac sudibus seu pedamentis tanq; iners & i-
 gna uua inuabit. Color vero huicherbæ, rufus est,
 obtusus, fulco. rãuus q; constat ex mixtura fusci & ni-
 gri inter casium & flauum, saturatã umbrosãq; viri-
 ditati affinis: sarmentis vero ac palis qui muniendis
 aggeribus in littore adacti sunt, tenaciter adhærescit
 tanq; visco aur glutine (nullo radicis adminiculo il-
 lita atque implicata) ita vt agre auelli queat. Altera
 Algæ species q; marinæ aquæ subest, vt itagnis ac pa-
 ludibus vna eaq; stipata se fulcit, folio foeniculaceo
 est in capillamenti tenuitatem extenuato, colore
 inanabili, muscoso quodam ac viloso cõcreto, nãsta

*M. lei &
 pronantes
 in Capite
 v. canthar.*

*Alga villosa
 S. l. q.
 Lens aqua
 quid.*

*Alga deo
 scripto.*

*Reinueren
 ter qui.*

*Secunda
 Alga species*

tes *uues*, nonnulli *uues* vocant, quæ retibus ac fa-
 genis vna cum gammarris ac minoris pisciculis, aliisq;
 purgamentis subducitur. Phycos vero aut fucus ma-
 rinus Algæ affinis est, illiq; forma atq; effectû par. vt
 Aristoteles sentit, & illo posterior Plinius Mulsus
 autem aliud ab iis statui debet. Quorum vna species
 non solum littoribus, sed etiam rostratis nauib; ad-
 nascitur, vbi ex longa peregrinatione in portu sunt
 delatæ quib; non tam muscus & alga, quam testacea
 quæq; tum Ethineis pisciculis adhærescit, quæ na-
 uigia remorantur, ac cursum retardant: ob id nos-
 trates scopis asperioribus defricant, & ferramentis vni-
 cis atq; incuruis deradunt, quo carina vnctâ ac læ-
 uore ppolita feratur concitatius, totaque velificatio
 perficiatur celerius. Est autē vulgare hoc musci geny
 in Oceano Belgico copiosissimum, colore virescente
 atque herbaceo, quod tamen in flauum aut sublu-
 teum elanguescat, vt æstate desinente vitis pampi-
 ni aut arborum folia, nulla radice fultum aut subni-
 xum, tenacitate tamen quadam solo cui incumbit
 affigitur, vel extremis littorum oris ac marginib;. ex
 paulum, emergente mari attohitur, ac subidente de-
 mittitur. Ceterum muscus maris, qui à Discotide de-
 scribitur, ad hoc prorsus diuersus: siquidem ea herba
 censi debet, aut fruticosa concretio ac villosa con-
 geries, tenuibus festucis, cauliculis exilibus, ima par-
 te lignosis, folliculis capillaceis, crispis ac cirratis, co-
 lore incano ac cinericeo, verustate rubicundo, odo-
 re vt Abrotano, aut Absinthio marino, cu m graui-
 tate iucundo, verminosis, & qui lumbricis infestantur,
 efficax & præsentanea, redacta in puluerē herba,
 eaq; denarii aut drachmæ pondere ex vino exhibi-
 ta; est enim pari effectû cum absinthio Seriphio seu
 marino, illiq; affinis & cognata, vbi primum emergit
 atque emicat, si numerosa folio, ac fruticantes cau-
 liculos, sin cincinnatas cirrataque simbras spectes.

Coral.

Lib. 6. cap.
 33 histor.
 animalium.

Musc
 marinum
 fruticosa
 concretio.

Corallinam circumforanei vocant, quoniã Corallio qui in mari Ligustico. aliisq. littorib. retibus subdu-
 citur, adhæret atq; implicata sit Sunt autem apud
 Zelandos Belgarum extremos, quos Mattiacos Tacitus vocat à sociali concordia, vt paulo post explica-
 bo fufius, longe lateq; expositæ planities atq; ab-
 aggerû descenſu vberriima pecori saginando pascua,
 in quibus se proferunt variae herbarum species Em-
 petrum, Crithmum, Kali seu Sedû mariû, Arriplex,
 Portulaca, Brassica marina, Halimus, Ononis seu res-
 ta bouis, flore purpureo ac ramulculis aculeatis at-
 terendis calculis accommoda, Alga, Corallina fruti-
 culus. Rhamnus vero arenosis dumosisque collibus
 familiaris est tricubitali altitudine. quibusdam locis
 arboreſcens, vt Paliurus, quæ minus fecunda, ramis
 rigidis ac frangi contumacibus, oleæ foliis, sed angu-
 stioribus, superne viridibus. ima sui parte, qua terrâ
 spectat, albicantibus, baccis seu acinis rotunditate ac
 magnitudine myrti aut pisæ Romanensis, in se nus-
 merosa congerie racematim compactis, ac ramis ar-
 dte implicatis affixisq. perexigua petioli appendice,
 colore siquescere ac luteo, maturitate croceato, sapo-
 re acido ac peracerbo, quiq; affatim saliuam elicit, ac
 febricitantib. sitim compescit, vnico intus nucleo aut
 vinaceo non lapidoso, vt corno aut oxycantha. h. e.
 spinæ illi acutæ quæ mense Maio, vbi omnia flore-
 ſcunt, spectabilis est & odorata, aut Crespino, q̄ vul-
 go Berberis dicitur, sed qui dentibus facile atteratur:
 quod vero dumetis atq. arenosis locis peculiaris, Zeo-
 landis *doynbelyen* vocatur: Adornantur autem apud
 nos hoc virgulto cœnacula ac triclinia ineunte au-
 tumno, quo baccæ luteo colore suffundi incipiunt,
 atq; in multam hyemem spectaculo sunt, oculosque
 reſciant, atque acido sapore nauseant ac fastidioso
 palato gratificantur. Meminit huius fructus Dauid,
 qui multis locis appositissimas similitudines ad per-
 suasionem profert in religionis negotio, ex naturæ

*Corallina à
 Corallio am-
 plexa herba.
 Zelandi
 Mattiacos
 dicitur à so-
 cialis con-
 cordia.*

*Rhamni
 descriptio.*

rebus concinne peritas: Antequam spina vestra, inquir adoleuerint, atq; obdurefcant in ramum: coneret ac conuellet vos Dominus, & liquefcere faciet, vt limacem ac partum abortiuum. Quod designat improborum factiones, tyrannidem, minas, potentiam, conatus, molimina irrita fore, atque inualida;

*Davidis
locus ex-
plicatur.*

nec ad inferenda incommoda, vllis viri bus instructa à rhamno desumpta similitudine frutice vbi adoleuit aculeis infesto, nam ineunte vere tener est, mollis, tractabilis, ac minus noxius. Sunt aut in locis hilece maritimis complures herbe ac frutices, quarum nonnulla à littoribus remotiores auram quidem mannam conepiunt, at salo non perfunduntur: alia subinde irrigantur maris aspergine, si quando exundat Oceanus, vt hybernis mensibus asolet Luna vel plena, vel primum incoata: quo fit vt omnes stirpes maritima squalido sint colore, atq; incano, tum minus quam hortenses, floridæ, nec virore tam grato atque ambili: quarum tamē nonnulla translata, ac cultu domitæ, spectatores euadunt, ac frondescent, viretq; speciosius. Simile quiddam perspicimus in cerdombus pistoriis, qui furno adstant, carbonariis, fabris ferrariis, aurificibus q; argentum inaurant, q; argenteo viuo perficitur, vt iis q; stannum, æs, cuprum, plumbum cudunt, qui omnes suo se colore produnt, ac non natuum, sed ex emanantibus vaporibus ac circumfusio aere alienum atq; adscititium exhibet, ita vt pleriq; eorum color e buceo, mustellino, lurido, giluo, fusco, fuliginoso conspiciantur: qui si aliud vitæ gen9 adsciscant, ac deserto plebeio; patricio more viuere inceperint, confestim alius oris decor ac vultu totoq; corporis habitu dignitas elucere incipit, tamēti fere quidam referant veteris opificii vestigia. quibus olim erant assueti, quod ipsum etiam in seruis, ancillis, rusticis obseruamus. qui ad herilem dignitatem emergunt, in quibus fere aliqua elucet ac se profert plebeia conditio,

*Maritima
herba squalida.*

*Simile à
sordidus opificii.*

*Opificia
quodam
colorem ho-
minum im-
mutant.*

LEVINI LEMNII
MEDICI ZIRIZÆI DE N A-
turæ dignitate & præstantia.

LIBER QVARTVS.

De vi effectus, Lunæ, cuius motu impeditur Oceanus, & quid moribunda ac morbis deplorati obuenire soleat, ubi cum morie luctantur, atq; è vita emigrare n̄ spiciunt, ex: esse recessusq; Oceanus ac Liens decursus, cuius vires effi: acies, quæ ceteri, percipiunt atq; experientur maximæ.

CAP. I.

Va vi polleat sidus hoc nocti illustrandæ attributum, familiare nobis ac proximimum, cuius vis animalium corporibus incumbit, atq; humores exagitat, superius demonstratum est. Verum cū miræ sit efficax non solum in concitandis et cōsuetudinibus ac fluctibus marinis, sed etiam in inferendis exasperandisq; morbis, nempe apoplexia, lethargo, stupore, epilepsia, paralyti, hydropisi, catarrhis, ac pituitæ fluxionibus, paulo accuratius de huius naturâ differendum, eoq; magis, quod Belgæ Oceani ac colæ eius vim efficacius percipiunt, quam qui ab illo sunt remotiores cum enim proxime consistant, illoque fidere in Occidentem inclinato, p̄pius illustrentur, nec vlla obstant vel nemora vel montes: manifeste vim Lunæ concipiunt, ac humidis illius radiis affluentius madescunt atq; irrigantur. Nam vt Plinius ait, Luna scemineū ac molle, nocturnūq; sidus, humorē mouet quidem, at vt Sol, non attrahit, eundemq; humisico spiritu inplet, ac turgida efficit, quo fit, vt q̄ regiones humidæ frigidæq; occupant, excrementis ac pituita scateant, ac subinde tussi, raucedini, coryzæ, multis aliis fluxionibus ac catarrhis obnoxii

Genes. 1.

Luna vis
quos morbos
aetat.

Lib. 2. 6.
100.

sint ac infestentur, præsertim otiosi, ignavi, sedentarii, & qui rarius exercitationi aut labori insistant, in quos ppter humorum redundantiam Luna potentius vim suam exerit, ita vt isti præ cæteris eius moribus affectibusque sint expositi, Nam baiuli, nauæ, vectores, agricolæ, compluresq; alii laborib. assueti, qui excitato auctoque calore natiuo excrementa si qua acruata sunt conficiunt, minus huius sideris incommodo afficiuntur, nec magnopere illius vim percipiunt. Ceterum vt quæ longo à me vlt atque experientia obseruata sunt, præferam, quæ vim naturæ parens, qui vrbis nostris omnia accommodat, Lunæ attribuit, præter nocturnam illam faciem ac clarissimam lucē, quæ mutato à sole lumine, mortales illustrat, præter ea quæ conchyliis, ostreis, piscibus, tatis, herbis, arboribus incrementa confert, obiter indicabo. Plinius ex Aristotelis sententia, Nullū animal in Oceano Gallico, nisi aestu eecedente, expirare aut extinguī afferit: cuius sententiā vt non ausim contentiosè improbare aut refellere: ita hoc cuiq; testatum esse volo, non exacte omnia illius opinioni respondere: cum nonnullos deprehenderim, ex decursu ad spectuq; Lunæ, Oceani accessu, atq; aduentante aestu expirare: plerosq; in recessu ac subsideute fluxu optrimi. Siquidem in maritimo Belgicæ regionis tractu, pro humorum redundantia ac defectu, diuersam obseruo emigrandi conditionem ac modum. Alii enim ex Lunæ decursu, cuius impulsu fertur Oceanus intumescere sinctu, alii subsideute, velintereunt, vel conualescunt, humoribus scilicet spiritibusq; motu atq; ad spectu sideris, vel agitantis vel sopitis. Sic in pronuntianda Crisi, hoc est, deferendo iudicio quod vel mortem vel salutē denuntiat oēs, quos morbis tentari obseruo, qui in humorum plenitudine cōsistūt, seu pulmonis inflammatione, pleuritide, angina, apoplexia, lethargo, morbisq; pituitosis.

Otiosi castarii obnoxii.

Otiosi luna affectibus expositi.

Lib. 3. histor. cap. 98.

Obesi aestu maris accedente periclitantur,

toſis atq; intercutaneis, quibus corpus intumeſcit atq; hydrope ſuffocatur. Luna plena atq; orbiculata, æſtuq; exundante exſiſtendum iri, pñuntio, aut ſaltem pleroſq; eorum pro morbi ac corporis cõditione ac natura manifeſtam alterationẽ ſubituros ſubſequentẽ ſubita ſudoris vel ſanguinis eruptione, vel ex quaũ parte aliqua humoris redundantis euacuatione ac pñuntio; Hædicos verõ, hoc eſt, tabe, macore, ſiccitate nutrimenti defectũ obnoxios, denique ſilicernia, decrepitos ac capulares ſenes, ſilentũ Luna, fluctũque ſubſidente interituros denuntio. Et quo plenitudinis aut defectus cauſa maior aut minor in corpore conſiſtit, eo vel ſerius vel citius morte ſopiuntur. Ita qui aqũs diſtenti ſunt, qui corpore opimo exſiſtunt atq; obeſo ſi ancipiti dubioque morbo & qui ex humorum redundantiã contrahitur, corripuntur, ſtatim accedente æſtu ac vergẽte in plenitudinem aut noui lunium ſidere opprimuntur. Nonnulli vbi fluctum iam medium obrinent: alii cum in ſummo conſtiterit Oceanus, vitã ſinem imponunt. E diuerſo qui ſiccõ ſunt aridoque corpore, macilenti, ſtrigofi, ſqualidi, exangues, extenuati, ſubſidente labentq; æſtu, atq; in Occidentem conuerſo ſidere ſenſim placideq; obdormiſcunt. Eorum nonnulli pro viriũ defectũ deſuxu medio: nonnulli extremo, portuq; vacuo. Nec ſolum agrotorum corpora ab externis hiſce cauſis afficiuntur, ſed etiam qui inculpata ſanitate fruuntur, Luna vires effectusque percipiunt. verum quo quiſque magis ab optima temperie deflexerit, eo promtius doloribus infeſtatur, atq. aurã Lunãq; mutationib. fit obnoxius, præſertim vbi huiusmodi corporibus vitioſi putridique humores ſubſunt. Sic Luna vel incoata, primum vel plena, atque in orbem circinata ſtanteque vento rigido, muſculi, membrana, nerui, panniculi, tendines rigefcunt, ac contracti cõtortique doloribus acrius concitantur. Hæc

Siccũ & aridũ in Oceani deſuxu moriuntur.

Sani aque ad agrotũ luna vim percipiunt.

Tellum
quarundam
natura ineri
genda pellis.

dē Lunæ vi atque efficacia, notuq. Oceani nemo, vt
 vana aut anilia figmenta respuat, cum nihil illo cer-
 ritus, nec veritati magis cōsentaneum: siquidem huius
 rei fidem facit experientia, illique ratio suffragatur
 etiam in iis qua inanima sunt & sensus expertia. Nā
 pelles cetose ex vitulo marino seu phoca detractæ ri-
 gescunt ac pili eriguntur accedente maris æstu: rur-
 lus demittuntur ac flaccescunt, eo subsidente, quod
 & Plinius non subtrahit. Tale quiddam etiam in ter-
 restribus quadrupedibus obseruamus, quarum ple-
 rarq. in arboribus victum venantur, nam Sebellinz
 atq. Armelinæ pelles si in imo arca reponantur, illas-
 que vestibus impositis oneres, post triduum plus mi-
 nus in summum emeruisse videbis præsertim Sebel-
 linas, vulgo *Sabel*. Cum enim animal id agile sit &
 inquietum: non dissimilis fere mobilitas tegmini
 detracto inhaeret, præsertim vbi Aquilonio flatu, hy-

Telles quan-
do ammittit
bus detra-
henda.

bernisq; siccitatib. ac gelū rigidū autūsum est: Nam
 si vlli animantium pelles a sstius mensibus detrahe-
 ris, cuniculis pantheris, leopardis lyncibus, hyanis,
 felibus vulpeculis, sciuris, mustelis, & quas Martes,
 vietras vocant & foinas, tum plerisq; aliis, ex qui-
 bus in hybernos vsus tegumenta conficimus. ma-
 gna ex parte pili desuunt, quoniam illorum radices
 non fixe inhaerescunt, hiante scilicet laxaque cute,
 quo fit vt huiusmodi pellib. suffulta vestes, à blatis
 ac tineis citius infestentur, quod intempēstive, nec
 opportuna anni parte a corporibus exemitæ detra-
 ctæq. sint. Quocirca inconsulte faciunt qui a sstius
 mensibus, flateque Austro vel Africo, culcitras, lo-
 diceas, tegeticulas, aulæ ac tapetas, vestesq; cultiores
 in feriarum festorumq. dierum usum repositas, ac
 decorem asseruatas quas nuptiales Matthæus vocat,
 Australi potius auræ, quam Aquilonari ventilandas
 exponunt, aerique humido obiciunt, cum frigore ac
 siccitate coeli obdurescāt tegmina, & indumēta que-
 que

Cap. 21.
Quid vesti-
bus tineas in-
nasce prohib-
eat.

que meliores ant. tali siquidem ratione vermiculos
 teredines, tineas, blattas quæ vestimenta depopulan-
 tur, ac vel corrosione vel attritu vitiant, exarscere
 contingit & aboleri. Frigida siquidē & sicca asseruan-
 dis rebus ac comoda, tum crebra concussio ac con-
 quassatio, q̄ puluerilenta quæ ac situm mucoremq̄
 discedit. Nā que unq; immota arcis ac loculis cōclu-
 dentur, nec psari contingit, aut flabit. agrari, putēt,
 fordescent, olida efficiuntur ac detrimenta cōcipiūt
 atq; indies efficiūtur ceteriora. Nec etiam nocturno
 tempore cubili imponi debent, aut lecto admoueri,
 nā sudor qui ex repente madidoq̄ nocturnam quie-
 tē corpore emanat, atq; expirat, in vestis atq; indu-
 menta, contacta q̄, chlamydes assumitur, sic vt repo-
 re quodam à corporis exhalatione imbujā ac perfu-
 sã, materiam corruptionis cōcipiant. Calida n. & hu-
 mida p̄generandis sordidis animalculis idonea, quo
 fit vt astituis mensibus auræ, subtépida, conclauia,
 ædes, cornacula trichinia, arce, cellæ p̄ntuaria, horti
 limacibus, cochleis, vermiculis, cimicib, muscis, culi-
 cibus, erucis, crabronibus, vespis, scarabeis, corpora
 vero pulicibus, ac pediculis lentibusq̄, seateant, quæ
 hybernis mensibus minus conspiciuntur, aut insecta
 sunt. Omnes itaq; hirsuta illæ cinniq; bestie, tum
 quæ tenera molliq; lanugine contractæ sunt, ex quib-
 sumtuosa pelles ac tegmina conspiciuntur, in frigidis
 potius quam calidis regionibus degunt, eoq̄ mi-
 nus patiuntur pilorum desluuium, quo contractior
 sit cutis, ac condensa adstrictaque frigore pellis: quo
 fit vt pilos tenacius amplectatur: nec citò desluant,
 aut in auras diffusæ euanescent. Sic apud Zealandos in
 ipso propemodum Oceani aditu immedia conspici-
 tur vis cuniculorum, quæ tota Brabantia post solstitiū
 autumnale vsq; ad veris initium alitur: nec leporum
 exiguus numerus magnitudinis inusitata, carne
 non minus salubri quam suauis. & quæ (vt ridiculi
 quidam nugantur) non saltescat. Oberrant autem

*Tempor lecti
 pelles deterio-
 res efficiuntur.*

*Quæ quali-
 tas vermicos-
 us prognat.*

*Æstate au-
 des & corpo-
 ra bestialis
 secatent.*

*Zealandia cu-
 niculo sa-
 cunda.*

in monticulis ac collibus arenosis nonnulla sui parte Septentrioni aut Occidenti solstitiali, nō arte, sed natura oppositis, ita vt ex ætis frigiditate, atq; arenæ siccitate saluberrimi existant, ac mire agiles, multo magis quam in caueis passii ac saginati, præsertim si sanguine humano alantur, vt Chirurgos quosdam fœtasse audio apud p̄teratq; nationes, qui sanguinem quem hominib. nonnunquam morbidis incisa vena adimunt, huiusmodi bestiolis obiciunt: quo quidem mire saginantur & pinguecunt, sed alimento insalubri atq; hominibus noxio. Syluestres itaq; in quieti, exercitati, instabiles, palantes, esui salubriores, quorum etiam pelles ac tegmē densius est, multiq; crinibus fixis inhaerentibus magis obstitum.

De Zelandia insulis, ac gentis huius natura conditione, morib. origine: & quantum commoditati atq; emolumenti huius regionis fundus ac soli vberitas exteris adferat, compendiosa ac dilucida descriptio, in qua obiter reficitur rerum gestarum memoria, mul. æg. naturales causæ explicantur.

C A P. II.

Cum tam multa proferat Zelandiæ regio, quæ exteris etiam ad vitæ usum ac commoditatem conducunt ac sunt necessaria: miror à plerisq; hanc tam abiectam ac despiciatam censerit: Nam præter insignes atque in immentum fastigiatas lauros (vt à telluris beneficio exordiar) perpolitæ maturitate baccis ornatas, quæ Brabandis denegatæ sunt: præter efficaces & salubres herbas, cum medendis morbis, tum esui accommodas; præter salcandidissimum, quod ciuium industria conficitur: præter Rubiam, gatansam Gallis nostris *Mee-seer-appe* nominatam, ad ornandos pannis, ne color deflorescat, eumq; intime concipiant: necessariam: p̄ter triticū quo nusquā gentium candidius aut magis p̄derosum, p̄ter rot salamenta ac vento induratas saperdas: præter in mēsam pisciū copiam q̄ quotidie recens aduicta, in oēs Europæ partes

Cuniculi huiusmodi sanguine passii ac saginati sunt.

Zelandici soli vberitas.

Rubea radix & alumen durabile colore paruos imbuit.

res distribuitur: vrbes exhibet eleganter exstructas, atque in iis adificia splendida, re domestica ac pellectili concinne exornata, ita vt omnia passim nitida conspiciantur. culta, exposita, & vnice nuper admiratus est Illustr. Hispaniarum Rex Philippus Belgis princeps, & quibus stipatus erat, proceres aulici. Accedunt his omnibus portus commodi, fidæq. ac tute nauium stationes, omni nationi expositæ, atque ad frequentandas remotissimas regiones, quocunq; terrarum cursum instituere libeat, aptissimæ, nec illi negotio desunt exercitati nauclerî, ac viri nautici, quibus omnes oceani recessus sunt explorati. Quanta vero soli vbertas, quam pingues ac glutinosa glebæ, quæ feraces ac fecundi agri, quam numerosi armentorû pecudumq; greges, non facile vlli fidæ feceris, nisi pprius illi sint cõspecta, vti etiam vberissima saginando pecori pastua nõ solum intra expoirectos aggeres ac ambitus, sed etiã extra littora in ipsa Oceani crepidine, in quib. oberrât pecudum aliquot myriades maximo negoriorum emolumento, q̃tuq; vberitudo, nõ solum supra vulgare magnitudinẽ sed saporis enim delicati atq; exquisiti soli ac graminû beneficio, q̃ saluberrimum ijs pabulum suppeditat, adeo vt exteri quoq. summopere ijs delectentur, ita vt Virilitigatores, hoc est, qui sectandis litibus dediti sunt, nullis donatiis (modo aurum demas) Aduocatis ac pcuratoribus melius gratificentur, quam si villosas huiusmodi oves ac Zelandicos veneces illorû culina inferant, tum demũ etiam res illis cordi esse incipit, ac causæ insistant, quibus si accedat casus ouillus virore pfusus inusitata magnitudinis, atque immensî ponderis, nihil adferri potest ad rei commendationẽ gratius. Tali siquidem contimento irritari solent ad potum ac repotiã etiam sauisi, ac vino assuentiore paulo ante pfusi. De æris autem Zelandici clemẽtia non ausim multa polliceri, vt

Y.

*Regi H. sp.
Phil. pro
grata Zelan-
torum m. m. m.
dicit.*

*Aduocati
maioribus
afficiuntur.*

*Casus viri-
du appeten-
dium accit.
Aer Zelan-
dicus qualis.*

*Zelandia aer
car ferus in
ficiatur.
Simile ab i-
gnitis rebus.
Aqua in
Zelandia
qualis.*

qui in nonnullis partibus sic paulo asperior, & quam vicinarum gentium minus salubris, praesertim atque te ob paludum & stagnorum graues halitus, & quod regio arboribus minus confita. Hoc tamen habet commodi, quod contagioni ac pestiferis morbis minus sit obnoxius, ac secius inficiatur; at infectus immunitate in hominum corpora grafiatur, nec facile conquescit. Vt n. lignum durum aëre quidem ignescit, ac flammam concipit, at incensum difficile retingitur: ita corpora Aquilonis flatibus ac marina aura indurata minus promte virus concipiunt, peste vero correpta aëre hanc excutiunt. Aqua quoque putealis in insulis non ita pridem ex mari vindicatis, parum sapida est aut salubris, ac vel falsa qualitatis, vel vliginosa fundi, saporisque ingrati particeps. Tamen in cinitate Zitzæa putei existunt, qui ne aquae quidem fluuiatili cedant, aut liquore pluuii sunt inferiores. Regionem hanc maritimam veteribus olim non fuisse incognitam ex Cornelio Tacito colligi potest, non hoc equidem, quo nunc innorescit; nomine, sed ex usu ac vulgata alloquendi consuetudine ac compellatione, qua populares atque indigenae inter se sunt usi: itaque Mattiacorum illos nomine designat, cum inquit: Est in eodem obsequio Mattiacorum gens, Batauis similis, nisi quod ipsi terrae suae solo acrio amantur. Quo indicat, tamen Batauis siue Hollandis à cauitate terrae sic denominatis vicini sint ac finitimi, ita ut inter illos referri debeant, vulgari tantum nominis appellatione discretos, atque Oceano propiores, magisque feroces esse, ut reuera sunt, ac viribus, ingenio, solertia, versutis, calliditate, fallacis, captiui- bus, negotiandi peritia, ac conquirendi industria superiores. Quod autem Mattiaci nominentur, non à loco aut duce aliquo, sed à populari appellatione, atque usitato loquendi more enatus est, nempe à *Maet*, quae vox in quotidiano sermone ac congressu familiarium omnium

*Zitiza a puer
et eos salubres
habet.*

*Zelandia
an vstoribus
cognita.*

*Lib. de mo-
ribus Ger-
manorum.*

*Zelandi cas-
telli & indus-
trii.*

*Unde Zelandi
di Mattiaci
dicitur.*

omnium apud nos actionū, contractū, periculorū,
 ac totius voluntatis, cōsiliū, laboris sociū comitemq;
 sonat, omniumq; rerum, quas inter se exercent, par-
 ticipem ac confortē Ita oēs gregales, venalitiū, con-
 fodales, & quotquot inīta societate, fido firmoque
 animorū consensu facultates, ac copias suas in com-
 mune conferunt emolumētū, ac quæstus spe, ex nau-
 tarum consuetudine, quorum maxima in iis regio-
 nib. copia, *Maer*, voce gentilitia ac vernacula nomi-
 nantur, h. c. coniuncti ac sociati. In magistratu vero,
 aut dignitate aliqua illustri, vel Consulari, vel Sena-
 toria, omniq; munere publico, quæstura, ædilitate,
 pupillarum tutela, testamentorū pcuratore, aliisq;
 functionib. *Veynoti* sese vocant, etiā qui apud nos cō-
 sularu funguntur, q̄ Latinis collegam, sonat Et ve-
 tusta itaq; consuetudine, ac vulgato loquendi more,
 quem inter has gentes obseruabāt Romani, cum in
 ijs regionibus versarentur, illasq; terras sibi vestiga-
 les ac tributarias facerent, aut in societatem ac tute-
 lam Romanæ potentia assumerent, *Mattiacos* voca-
 bant: vt qui apud Germanos *Herzman* nominatur. Ar-
 mintum, atq; apud Casarem in Commentariis, *Am-*
bachi heren, Ambactos. Eo enim nomine designant
 Belgæ illustres aliquot viros, penes quos est summa
 rerum, atq; in eo colonia alicuius seu municipij ami-
 bitu, villoque territorio, dominatus. Nam *Zelandia*
 nomen recens est, ac veteribus incognitum. à terra
 ac mari conflatum, quasi dicas terram ac solum ma-
 ritimum: mari enim vndique cingitur, multisque in-
 sulis distincta est nempe quindecim, tamen si paucis
 abhinc annis magnam cladem huic regioni Ocea-
 nus intulit, cuius sæuitia atque immanitate magna
Zelandiæ pars diuisis ac dispersis funditus aggeri-
 bus, sulo oppressa est, atq; mari æquata submissunt rā-
 men insignes aliquot insulae, quarum tres præcipuæ
 cum Oceani gūtu continenter luctantur, atq; immē-

*Collega qui
 nomine Ze-
 landia dicitur.*

*Lib. 4. belli
 Gallici
 Ambacti
 qui Zelans
 du.*

*Zelandia
 insula sa-
 cunna.*

sis sumptibus (quod non facile Principi, aut qui illius vices obeunt, persuaderi potest) aduersus barbarum hoc atq. indomitum elementū agre se tuentur. Inter has primum ex alto in portum delatis se offert.

Walachria
enle dista.
Walachria
fini.

Walachria, vel ab eius cultore sic denominata, vel vt conijcio, à Gallis qui hanc oram frequenabant, à Belgica voce etiā dicitur *Walab* vocantur, impuberes corū *Waelkens*, aut ab ea Britannia parte, in qua ver-

sus occidentem consistunt Walli apud Anglos præcipua nobilitas viri à Gallis etiam oriundi, quod idioma illorum adhuc indicat. Insula hæc ab ortu Brabantia obuersa est, à meridie Flandria, ab Aquilone Bataua siue Hollandia, ab occasu æquinoctiali Britannia, in qua breuissimus est tractus. Et à qua parte primus in oceanū ingressus. quocumq; terrarū visum sit navigationis cursum dirigere Præbet n. Arpennus.

Arpennus
da portus.

Metelliburgi municipium, tutissimū omnib. portan, fidamq; nauū stationē: nam hic præcipue classis quamlibet numerosa instruitur, in quemcunq; oceanum tractum velificatio p̄ficitur. Cum autem hæc insula præter fundi aliquot appendices tertius illi annexas (*Polders* nostri vocant) octo miliarium ambitum conficiat, vt etiā Scaldia, cui intra centū annos ingressū tria millia auulsa sunt, cultissimis aliquot pagis ac villis distincta sit, tum vnū habet emporiū negotiorū frequentatione celebre cū primis ac illustre Metelliburgum, à Merello præcipua nobilitatis ac Consularis dignitatis apud Romanos viri id nomē vt plerique opinantur, consequutum, cum ego à Burgo, hoc est, munito atque eminente castro, aut arce rupeque inaccessiblei, quæ apud Romanos Sasum Tarpeium, denominatum patrem, quod in insula huius mediantillo, ac velut centro consistat. Quæ loca occupare solent, ac præsidio munire duces præfectiq; regionum, quo ex editiore loco tanquam è sublimi specula, ac velut in excubiis collocati omnia spectarent.

Metelliburgi
emporium.
Quæ Ger-
manus
Burgi.

atq; incursionibus hostium obfisterent. Hinc enim apud Belgas emerfit Burgimagistri, & Burggrauii dignitas, quod penes hos sit summa potestas, & loci illius praefectura. Nec tam en diffiteor, quin ad huius Conditorem referri possit, à quo tali loco hoc oppugnaculū contra hostiles impetus sit erectum. Distat autem à Metelliburgo versus Africum seu occatum hybernū, interuallo sexdecim stadiorū, 1 q̄ bis mille passus conficiunt, aut bina miliaria, vrbecula exigua quidē murorū ambitu, sed arte ac natura munito, qua parte mari obuersa est, qua strennis piscatoriibus, atq; exercitatis naucleris, quos Pilotas vocant, refert à Flissinga nominatur, non Vlissea ab Vlisse, vt quidam nugantur, producta origine, sed ab vreo aut lagena potius, quod poculi genus fictile, superne angusti oris est, ne imprudenter liquor effundi possit: in medio, distento ac capaciore ventrisculo, qui circa imum gracilefcit, ac sensim extenuatur, Belgis *cen Flessche* nominata. Cuius imagine ciuitatis huius vexilla ac manipuli, quos etiā nauū malleis in vertice erectos conspicimus, insigniti sunt: Cū autem loci huius incolæ suauiter se poculis reficiant, nec ab iis etiā abhorreat formina, aliquando in hoc certamine viris robustiores, ab amplexu lagena, qua singulariter afficiuntur, eaq; identidē exhaurire gestant, nomē hoc consequuntur, aut id ipsum sibi à potandi consuetudine adscierunt, quæ quidē inter hos inoleuit, nō vt inebrientur, sed inter se exhalare sciant, atq; animi nebulas discentiant. Sunt n. complures in hac regione retrici, mœsti, superciliosi, melancholici, qui affectus à Brabantis ac Flandris sunt alieni, vt quos non triste Saturni ac Martis, sed Iarū & salutare Iouis & Mercurii sidus informat, eoq. fit vt Zelandi, qui percipiunt excutiendas illas animi molestias, Geniales esse studeant, atq; affluentiore potu has animi carnificinas opprimere. Versus ortū

Flissinga a ciuitate.

Lagena quale poculi genus.

Nomen a re indurum. Flissinga. Zelandi cur poculis adicti.

æ quinoctialem Scaldix opposita abest a Metellibus
 go pari propemodum distantia ac totidem passibus
 Campoueria ciuitas, perangusto in ænium ambitu,
 paucis abhinc annis Scotorum frequentatione celes-
 bris, nomen id à freto obtinet, quod ab ea littonis o-
 ra in vltiorem Campæ ripam ac sinum, qui Noort-
 beuelar dia annexus est, transferri homines soleant
 Primus n. portus, ac nauium cymbarumq; itatio, à
 qua cõsensa nauì aut scapha traicimus *see* Belgis
 dicitur. aliis *Væri*, Latine traiectus & transuectio
 Huic Aquilonem versus, aut ab ortu solstitiali oppo-
 sita est Scaldia à præterlabente Scalde flumine sic
 nominata: quæ cum multis populosis pagis ac coloni-
 nis distincta sit, plurimas exhibeat rusticanas villas,
 pleraq; vrbana atque antiquæ nobilitatis p̄dia ac pa-
 latia, vt Haemstedium & Renisse affinem Moermõ-
 dam, tum præter Brouersauiam nõ ignobile muni-
 cipiũ: ciuitas Zirizæa à conditore nomẽ sortita hanc
 insulam præcipue exornat quæ anno redeanti orbis
 s. 49. imperante Lothario primũ in formam ciuitatis
 ædificari cœpta, ac in ænium ambitu munita, ex pat-
 nis intris in eũ splendore adauctã est. vt nulla claris-
 simarum ciuitatum sit inferior. De qua hoc citra om-
 nem ambitionem, aut immodicum erga patriam
 affectum ausim restari, plurimis illam viris eruditis,
 præclarisq; ingenii fecundam esse ac feracẽ negoti-
 atoribus, puidis ac sagacibus referã, quibus exte-
 frumentaria ac lectissimõ tritico, ex niuei candoris
 sale, ex rubio seu granfa, salsamentorum ac piscium
 copia, armentorum pecudumq; immensa vi quæbus
 accedit vberimus. In re familiari ac domestica, om-
 nia elegancia, nitida, expolita, mensa frugalis ac
 moderata, nec vnq; prodigaliter sumtuosa: in mercatu-
 ra exercenda nemo non ciuium solers atq; indu-
 strius. lucri audus ad rem attentus, in tenuiores tra-
 atq; inquilinos inopia preffos liberalis ac beneficus,
 in.

*Veria ciui-
 tas.*

*Veria ciui-
 tas vnde
 dicta.*

*Scaldia in-
 selo à flu-
 mine sic
 dicta.*

*Zirizæa
 quando pri-
 mum ære-
 dit.*

*Zirizæa li-
 teris offi-
 ciantur.*

in ceteros vero hospitalis, blandus, comis, affabilis, candidus, absque omni simulatione ac fucata specie, nulli non obuius & expositus: in pietate ac Dei cultu religioni quam superstitioni prior. Quod vero ad populares ac loci huius indigenas attinet, nunquam gentium tam dextri, tantaque sagacitate in odorandis explorandisque impostoribus, captiosis, fraudulentis, subdolis, insidiosis assentatoribus: quãlibet scite adulentur, palpent, blandiantur, aures titillent ac scalpruriant, adeo vt non facile horum technis, fucis, fallaciis, versutis decipiantur, sed illas enestigio deprehendant;

Digno cere cauti

Quid silet dum crepet, & plena testoria lingua,

Ne qua suberato mendosum rinniat auro.

Vt assoler iis quib. aliud clausum in pectore aliud in lingua promptum. Ab hac diiudicanda peritia emerunt in Belgas aliquot (exhibita aliquando populari comœdia) hac vulgata dictoria dictante morione, nequis offenderetur Brabantus hilaris, festinus, ridiculus, in scenicis Comicisque moribus immodicus; Flander mulierosus, salax, intemperans, libidinosus, perulcus, Jascius; Hollandus simplex, improvidus, incautus, in facetus, iners, legnis, somniculosus, stolidus, ac minime astutus: Zelandus callidus, vaser, versu pellis, alturus, subdolos, capriosus, veritatus. Qui affectus etiam in grauescente aetate, ac senectute vires cõcipiunt, seseque efficacius pferunt, nisi domita nature ppenfione, atque institutione aliter condocefacta ad meliorem frugem perducat. Si quidẽ in fima plebis ista sunt vitia, ac gentilitii mores non patriciorum aut virorum illustrium, qui liberaliter educantur. Cum aut omni nationi sui adsint affectus ac vitia, mores ppenfiones, studia, h. e. instituta quibus se quisq. applicare solet, tum huic quoque genti a qua nihil humani alienum, non deunt genuini insitui; affectus, ad quos natura inclinat.

Zelandi stori.

*Perfusa
27. 5.*

*Belgarum
inferiorum
aliquot vici
penfiones.*

*Mores gentium
istius; lebi
pecul ares.
Omni nationi
sui is vitia
imbuta.*

*Patriciorū
conditio di-
uerſa à ple-
bea.*

*Infantia à
maioribus
inſtituenda.
Simile à fe-
ris & arbori-
bus Sylve-
ſtribus.*

*Ziriza
pifcatorib.
ſecunda.*

*Naturarum
apud Ziriz
eas vita
ſordida.*

natione feruntur partim ex circumſuſo aere, q manifeste corpore afficit, partim vt alimētia pteream, ex patentum natura ab iſſq. moribus ac vulgari vita conſuetudine, quæ aliquando ita inoleuit ac metri infixæ eſt, vt vix eximi queat: quo fit (ſi patriciorū demas, qui nuſquam non cultu ac doctrina expoliti ſunt) vt gregaria ac promiſcua multitudo paſſim inhumana ſit rudis, agreſtis, ferox, crudelis. in domitia atq. à ciuili vita conſuetudine aliena, quæ ſeuq. etiam natione excutias. Verum quo inueteratus error, ac deprauati mores, qui ab incunabulis ac prima infantia inoleſcere animis noſtris incipiunt, ita vt eos velut cum lacte nutricis ſuſiſſe videamur, eximantur: pgenitorum munus ac officium eſt (quod noſtrate nunc ſedulio pſtare cōtinentur) vt ex ſe prognatiliberaliter inſtituantur, eumq; animo cultū ac fomenta adhibere curent vt exuta natura inſitaq; feritate, ad omnia humanitatis officia inclinentur. Vt enim Sylueſtres arbores cura atq; induſtria hominum imbecſcunt, immanes beluæ officio ac molli tractatione manueſcunt, ac cicurantur: ita quoq; humanus animus non proſus ferreus aut adamantinus ſecti poteſt, atq; ad artes humaniores, ad probitatem, decus, virtutem, pietatem, religionem informari. Quæ res effecit apud nos, vt piſcatores gens rudis ac pelago adueta, quorum apud Ziriza os ſupra quingentos eſſe conſtat, præter hos qui nondum ſatis aduerti, in huius negotii tyrocinito verſantur, paulo poſt in nauas ac veteranos aſſumendi, ea ſint morum ac vita integritate, vt nunquam inter illos vlla contentiones, iurgia, ſimulacra, diſſidia exoriantur, nec vnquã inter ſe lites conſectentur, aut iure cum a qualibus contendant, ita vt magiſtratus nunquã, niſi in vrgentiſſimis cauſis ſe horū controuerſiis interponat, ſed omnes inter ſe conſatis comitiis dirimunt ac cōſolpiunt. Nullum inter ſuos gregales toletat mendicū.

ac probro ducunt, si quis ex confociatis offitium sit-
 pem emendicet aut quid aliud eblandiat, quoniam ipsa
 piscatoria societas, & qui inter illos est primarius.
 quæ Decanum vocant, singulis quibus res domi-
 angusta est & contractior, quam ut familiam alant ac
 sustentent, ex communi arario suum dimensum cõ-
 sistunt, ita vt non desit, quo famem frugaliter ac libe-
 raliter solentur. Cum autem tam numerosa multitu-
 do piscatu se exerceat, ac paulo longius in oceanum
 progressa, victum in mari venerit, si quando parce &
 maligne piscari contingit, nullius vnquam horum
 se vexat aut excruciat, nec cuiquam male precatur, sed
 omnia placide ac sedate perfecti meliorum spe atque
 fiducia. Illa autem animi moderatio in hominibus
 tam incultis, non præscriptis legibus, aut sapientum
 doctrina, mentibus illorum impressa est, sed instin-
 ctu ductuque natura, ac rationis iudicio cõcepta, quo
 discernunt, quæ honestati ac decoro deseruiunt, quæ
 que illi sunt aduersa. Ceterum vtræ Scaldem recur-
 rat oratio, Fluvius hic in Veromanduis vetusto ad-
 huc nomine cognitus geminis fontibus progressus
 per Neruios, nunc Tornacos, per Gandanum urbem
 celeberrimam, quæ mihi prima tyrocinijs rudimenta
 contulit, reliquosq; Flandriæ tractus diffunditur, ac
 mox Antuerpiam delatus, vrbis moenia alluit, por-
 tumq; inibi insignem, ac clarissimam nauium stationem
 exteris exhibet, deinceps paulo longius progressus, bi-
 partito cursu Brabantiam ac Flandriam à Zelandia
 discriminat, siquidem sinistra in Austrum contor-
 tus, ac desensus: Flãdriæ oras ac littora persequitur,
 alioq; nomine insignitus, *de'Honte*, à latratu ac fremitu
 vocatur, quo per Zuylbeulandiam ac Vvalachri-
 am in Oceanum occidentalem patet aditus ac cur-
 sus in has oras accessus, dextra vero relicta Braban-
 tiæ sinibus continuato cursu: seruatoque veteri
 alueo per Scaldia: insulæ littora violento vastoque

*Piscatoriũ
 apud Belgas
 assiduum
 moderatio.
 Dulcis na-
 tura quid
 efficiat.*

*Scaldis flu-
 uii oratio &
 decursus.
 Gandanum
 studiorum
 a lumina.*

*Anne piũ
 Scaldis ex-
 ornat.*

*Scaldis per
 Flãdriam
 decursus: cur-
 de Hõie di-
 citur:*

*Cæsar lib. 5.
Commen.*

gurgite in oceanum deuoluitur, atq; ex vetusta appellatione Scaldis nominatur, Belgis vſitato nomine *Schelt*, Gallice. *L. Elcault*, vnde in ſiſula hæc Scaldia denominata, vulgo *Scheuſſer*. Cuius fluiui præcipuū alueum, profundumq; gurgitem (*Canael* nauæ vocant) quem naues conſectari debent, ne vadis inharereant ac ſiſti contingat, etiam hac tempeſtate indigenæ exactiſſime exploratum habent, ſuoque illum nomine designant commonſtrato loco à quo ante

*Zirizei ex
oritati
naua.*

multos annos Oceani oſtia ſubire ſolet, ac ſtudioſius marinis immergi, ita vt ne intempeſta quidem nocte, noſtrates nauæ ab hoc deſeſtant, aut in diuerſum rapiantur, vt aliquando vſuuenire ſolet veliſcandi imperiis, inſigni mercium ac veſtorum detrimeto. Exaudiuntur autem hiſce locis fragores ac ſtrepitus horrendi vel ſubſidente in imum fluctu, vel vbi ruruſ aſtus aduentare incipit, ac ventorum violentia exaſperatus oceanus fluiuo obniritur, quod ipſum potiſſime vſuuenire ſolet, vbi poſt aquilonem, auſtrini ſtatu ingruunt, ita vt accola percepto pluſ, quam miliaris interuallo oceani ac Scaldæ fremitu, tempeſtatem imminere ante triduum pronuntient. Cum autem anguſtiora olim eſſent Oceani oſtia,

*Scaldæ fre
mitu, quan
do temp. ſta
tem denun
ciat.*

*Simile à gu
boſti, quibus
fauces dila
tantur.*

minuſque vaſti ac patentes in continentem adirus, conſpectus in mare Scaldis ferebatur, ſi quidem in crudelente quorannis aſtu marino, oſtia faucesque dilatari contingat, ac ſimp. laxiores effici, vt guloliſ aſſolet, qui in modico potu ſe proluunt; quo fit vt flumen hoc affluentiori ſalo obruatur, nec facile decuruſ eius, quo in Oceanum effunditur, conſpici queat. Non deſunt, qui nominis aſſimilare decepti, eam ſpeciem aſelli pſcis, qui mihi aliquando Plinivus eſt Callarias, ex hoc fluiui nomen obtinere credant atq; à *Schelt*, *Scheuſſer* denominari, quod in oceani oſtiis, in qua flumen hoc ſe exonerat, vel hamo, vel retibus ſubducatur; cum à ſquamis potius, vulgo

*Schel
uiſch. pſcis,
vnde deno
minatur.*

vulgo *Scells*, (nam *Scellon* testaceis attribuntur, non piscibus) appellatum censetur, quibus densius contextus obductusque est, ac velut lorica munitus: coquitur, ut cum elixandus est (nam toreri recusat) cultro detradi debeat ac, deiquam mari, secus quam *Astellus* vulgo *Cabelliar*, la uore perpolitus, cuteque molli, nec squamosa nec etiam in ipsis Oceanus faucibus, quas influit, capitur, sed in alto longeque remoto mari. Tamen non ignoret pelagios aliquot pisces aliquando fluminis ostia subire, dulcis aqua illecebra, qua mire pinguescunt, ut *Salmones* qui ex Britannico Scoticoque sinu, aduerso amne in Rhenum ac Mosam penetrant, ut etiam *Turra*, *alosa*, *lacioia*, vulgo *Efr*, *mugiles*, *harder*, ac *enser* vel *flurio*, *Anguilla* vero contra quam marini pisces, salis aquam appetunt, qua gustata mire agiles efficiuntur, minusque lubrici, atque esui salubriores, quo fit ut circa catarrhas (*nostri Schafen* vocant à claudendo) qui apertis valuis aqua, qua hybernis mensibus agri opprimuntur, violento impetu in mare profundunt, inasitata magnitudinis anguillæ nassis ac fagenis eximantur, verum de his aliquando vberius, ubi *Conrado Gesnero* viro cum primis erudito paria fecerim, atque hofitimenti loco Compendium de piscium triualibus nomenclaturis illi dedicatum absolvero. Ceterum flumen hoc qua parte Scaldia oras attingat, atque hinc in Oceanum illabitur, Orientales regionis huius insulas ab Occidentalibus discriminat, quarum quar ad Ortum spectant, *Beuversihelt* indigenis vocantur: qua vero Austro ac Flandriae obuertæ sunt, *Brvversihelt*, quasi superiorem ac inferiorem, aut citiorem atque vltiorem dicas, quorum alii cis Scaldam, alii trans Scaldam consistunt. Defignantur autem his nominibus duæ insignes Quæsturae, quibus Prætoria etiam dignitas, ac Dictatura potestas attributa est, sic vtharum præfectus ius;

Astellus
piscis,
Cabelliar.

Anguilla
falsa aqua
dolentatur.

Conradus
Gesnerus
laudatus.

Zelandia
in duas
Quæsturas
diuisa.

ac fas sit tota passim regione (præter ciuitatum mun-
 icipia, quæ consulum turela ac plidio sub sunt (Re-
 gio dom nati facinorosos coercere, vagos ac palan-
 tes corripere, nebulones ac mendicos validos, fici-
 rios, oppressores in vincula conijcere, ac tormentis
 exploratos in iudicio capitis arcescere, quo omnia
 passim quæta sint & pacata, & ne quis iter ingressus,
 aliquid hostile metuat Obiit hoc munus multis
 annis inculpati, eoque præclare ac magna laude fun-
 ctus est nullius offensione Illustr. vir Hier a Serof-
 kerka, Equestris ordinis heros, multumq; aliis nomi-
 nibus suspiciendus. Adauget vero loci decus & am-
 plitudinem pari generis splendore ac nobilitate ma-
 gnificus vir Ludoc9 a Veruia rei agraria in insula no-
 stra ambitu præfectus non sine maxima amplissima-
 rum dignitatum expectatione. Excitauit clapsis a-
 liquot retro seculis fluij hic decursus inter Zelan-
 dos, qui in eodẽ sunt cum Batanis comitatu & Flan-
 dros, acerrimas cõtentiones ac cruetas pugnas Ap-
 pellat autẽ atq; veneratur vtraq; natio suos Princi-
 pes Comitum nomine, adiectis aliquot speciosis titu-
 lis, qui dominatus hinc emerfit, quod præcipua no-
 bilitatis viri Imperatores ac Cæsares in adeundis pe-
 riculis comitarentur, suamque operam sedulo illis
 præstarent, vulgo *Grauen*. Quæ potestas ac nominis
 amplitudo Iustiniani tempore primũ inoleuit eam
 que appellationem consecuta est. Deinde sub Be-
 rengario & Otthone competitorib. ad posteros deri-
 uata, proximum apud Imperatorem concessum ac
 comitatum obrinuit. Anno autem Domini 863. im-
 pante Carolo Caluo apud Batavos, illisque affines
 Zelandos, hic principatus primũ constitui cœpit ac
 Comitatus nomine designari, primusque Comitum
 nomine inauguratus Theodoricus filius Sigisberti
 Principis Aquitania, qui annos octo & triginta in eo
 dominatu versatus, successore Theodoricum secun-
 dum

*Hieron a
 Serosk. rk.
 Inlocu a
 Warusa.*

*Comites un-
 de dicit.*

dum herilem filium constituit, à quo ad nostra vsque tempora: hæc Regia potestas longa heroum serie ad inuictissimum Hispaniarum regem Philippum deuoluta Comitatus nomine censetur, eiusq; prouincia: principes Comites appellantur. Si qui apud Brabantos ac plerosq; alios potestate regia. exhibent, Duces vocantur, à deducendo in hostilem agrum exercitu, vulgo *Hetogen*, quasi dicas, exercitus ductores. Cum autè Flandria Comes Guido Dampetra: profertendæ ditionis effectus audis, ad occupandas aliquot Zelandiæ insulas animum induxit: itaq; primo *Walachria* sibi subicere ac veltigalem facere meditatur, inductoq; in hanc ditionem exercitu (nam facilis erat, traiectus) illam incursionibus, incendio, igni, ferro depopulatur, ac vastat, tandem Metelliburgum obsidet ac perfectalem (*Havant*: nostri vocant) ad deditionem sollicitat: cum in id non admodum paratos, promptosq; sentit civium animos, ad motis arietibus, factosq; vno aut altero insulta civitatem expugnat. Guilielmus Batauorum ac Zelandiæ Comes eius nominis tertius, cum citari subsidium affert, Zirizæis stipatus, quibus maxime fidebat, duob; vno die præliis victus, sanguine madidis vexillis (vnde emerferunt Zirizæ civitatis insignia sanguinolento colore perfusa) Zirizam, qua nulla tunc munitior, aut Principi magis deuota, protere contendit, Guido victoria elatus: relicto in tra Metelliburgum præsidio, in Zirizgos omne belli robur conuertit, quos dum sesquimensem obsidione premit, maximis damnis afficitur. Si quidem oppidani continua eraptione, magnam stragem Flandris intulerunt, multosq; captiuos in civitatem adduxerunt: tandem imperatis vriusque consensu inducijs, concessaque sex hebdomadis belli mora, Guido in Batauos expeditionem molitur. Elapsis inducijs Zirizæ collecto milite, instructaque classe in *Walachriam* confectum

Duces vnde nomen sortiti.

Guido Dampetra Flandria comes.

Metelliburgum expugnauerunt.

Vexilla Zirizæ civitatis.

Zirix et Metelliburgum expugnatum Comiti restituit.
Zirix et vir tute parva privilegia.

traieciunt, cæsisq; ac profligatis, Flandris, ciuitatem in potestatem redigunt, ac per exiguo accepto in modo in sedes suas se recipiunt. Princeps Batavorum ac Zelandorum Guilelmus eius nominis tertius percepta tam insigni victoria, ciuitatem Zirixam maximis honoribus afficit, multisq; priuilegiis, congiarijs, donatiuis muneribus exornat. Guido vero Flandriæ Comes re apud Barauos male gesta, acceptoque vulnere in Zelandiam se cedit, deinde paululum recreatus ad oppugnandos Zirixæos, à quibus ereptum Metelliburgum indignatur, animum intendit. Itaq; coacto numerofo exercitu, tamen vltra sesquimilem bis ab hac esset repulsus, atq; infecta re decedere sit coactus, rursus illos lacessit, atque arctissima obfisione pressos continenter oppugnare non desinit. Cum autem oppidani in extremis essent constituti, atque in summa difficultate: in maxima rerum inopia versarentur, nullis tamen vel blandimentis, vel iniis ad deditiorem impelli potuerunt, tamen iam septimum mensem præter incēdia atque immixtas in ciuitatem faces, omni tormentorum genere ardentibus, catapultis, testudinibus fundis, ballistis, alijsq; machinis, quarum illo seculo frequens vsus, terræ mariq; oppugnarentur. Cum itaq; in angusto res essent constitutz, omnique præsidio destituta ciuitas opportune Rex Galliarum Philippus, cognomento Palcer, nulla interposita cunctatione aut mora Ioannem Payderosum ducem præfectumq; maris, ac Reginerium Grimaldum Genuefem, instructa classe, atq; adornatis aliquot longis nauibus, quæ quod remis frequentius quam velis incitantur, triremes vocantur, Zirixam amandat, vtque obsessis subsidio adsint, ac matùre subueniant cohortatur, illi nihil cunctati Regis mandato obsequuntur, omniaque euestigio persciant: quos vbi in excubijs constituti, è sublimi atque eminente specula à qua in mare la-

Francorum rex Zirixæos subleuat.

Tiramei vultu Galecyen.

Effimus prospectus, aduentare, nec procul abesse
 denunciant, confestim Guilielmus Bataviæ ac Zelan-
 diæ princeps, Regis sororius, inspecta primum na-
 ve prætoria, deinde numerosa longo agmine classe,
 quas ipse in eum usum struxerat naues, illis adiun-
 xit, collatisque copiis atque vna classe Mandros ad-
 oriri atque opprimere statuerunt, oppidanis etiam re-
 imperata in spem victoria erectis, qui redintegratis
 viribus longa obsidione attritis, rursum in hostem
 animantur. Cum autem stat in prociñtu acies ac
 classis omnib. armamentis accurate instructa in ho-
 stem incitanda, è statione moueri incipit Flandri (vt
 nulli defunt astus militares ac stratagemata) na-
 uem quandam sarmentis, faserbus, scandulis, fra-
 gmentis, stipulis, alioque fomite atque aridis nutri-
 mentis, quæ cito flammam concipiunt, constri-
 tam, oleo, pice, sulphure, feno, adipe perfundunt,
 eamque accensam æstu, ac vento secundo, in aduer-
 sam classem dirigunt. Cum autem nauis flammis
 corusca hinc inde hæreret, ac subinde vadis implici-
 ta lente progrediretur, ita vt Oceanus propemodum
 in summo consisteret, ac iam iam refluxum medita-
 retur: ecce de repente (quod singulari Dei prouiden-
 tia factum credi par est) ventus mutata statione in
 Aquilonem impellitur, ac remeante maris fluxu
 flammifera nauis retorta, Flandrorum classem in-
 uadit, omniq; ex parte incendia miscet: complu-
 res, ne flammis absumerentur ac concremarent, in
 mare desiliunt, ac periculum periculo commutant,
 vitamq; natandi periticia redimunt. Turbata hac clas-
 se Flandrorum rebus nostrates remis velisq; in illos
 irruunt. Illo nihil facti segniores, restincto, qua li-
 cet, incendio, reliquas naues flammis intactas, omne-
 que exercitus robur acriter hosti opponunt: Certa-
 tum est initio ancipiti dubioq; Martæ à meridie ad
 emergentem vsq; solem, ita vt ne nox quidē, quæ ea

*Nauale
 prælium.*

*Flandrorum
 virtus.*

parte anni, nempe Idibus Augusti sublustris est prælium arimeret. Nostrates a quo loco constituti, ventosq; ab ijs auerso ac subsidente Oceano, igni, ferro, faculis accensissq; sarmentis ac sudibus hostibus terrorem incutiunt, multosq; ar dentes globos ac faces in hostiū naues ijs comburendis puoluunt. Interim oppidani reueratis portis factaq; eruptione maximā illis cladem inferunt, ac Flандrorum impetus in nostros retundunt ac reprimunt, mulierentis etiam in hostem ita effertis, vt non minus fortiter & animose, quam viti, se illis opponerent. Tantus in eo conspectu fragor strepitus, clamor, vociferatio, viulatus fuisse perhibetur, vt plerique testati sunt, plusquam trium-milliarium intervallo, horrendos illos clamores fuisse exauditos. Quod nemini supra fidē videti debet; cum in mari editus sonus, aut excitatus fremitus incredibili distantia percipiatur, præsertim tanta silenteque nocte. Cum enim nihil obster, vel ne meta, vel montes, aut in cælum erecti scopuli, clangor per æquoris planitiem, veluti parentem atque vndique expositum campum, longe lateq; se diffundit, ac per æra voluitur. Cum autem rota nocte miseranda strages, ac cædes horribilis sit edita: diluculo rebus desperatis, victi fusi que Flандri in hostium potestatem rediguntur. Desiderati in ea pugna Flандrorum octo plus minus millia, capti præter gregarios milites quorum nō facile numerus iniri potest,

*Nocte omnia late exaudiri.
In mari fœnitus longis sine exaudis
147.*

*Quid Flандrorum Comes captus.
Non temere suspiciō dicit bellum.*

Guido Dampetra Flандriæ princeps, ac cum illo innumeris proceres aulici: direpta signa militaria, pelles, tentoria, manubiæ, multa que opima spolia atque exuuia cum Principe ac captiuis in ciuitatem relata sunt. Tota autē classis, quæ illis numerosa erat, suisque armamentis affabre instructa, vel quassata & conuulsa, vel incendio absumta, reliqua in hostium potestatem redacta. Hæc itaque memorabili clade afflictū Flандri de componendis rebus, captiuisque

nisque redimendis consilia ineunt, quæ documento Principibus esse debent, qui alienæ ditionis sunt auidi; ac finitimorum possessioni inhæant, non tentandas bello vicinas regiones, vbi nulla subest legitima causa, aut iusta belli origo: quæ etiã existat; præstat omnia potius experiri, nullasq; non conditiones pacis admittere, quam arma in manus arripere. Ceteram soluta iam ciuitatis Zirtææ obfisione, confectoq; bello, quod euenit Anno Domini 1303. Idibus Augusti, qui dies erat Laurentio sacer, ne parra ex tam atroci ac cruento bello victoria, annorum decursu obliuione obrueretur, aut ciuium animis excideret, decreta sunt solemnnes atque anniuersariæ supplicationes Deo immortalis; easq; Senatus quotannis eodem quo hæc peracta sunt, die, ac periculo exemta ciuitas, in sempiternam rei memoriam continuari voluit, quod à posteris nūquam intermissum est: quin & impuberes, qui scholas publicas frequentant, atque in palæstra literaria versantur, hunc diem festum habent, ac feriuntur permilla iis ludendi licentia: ita rei gesta recordatio posteritati tanquam per manus traditur: quo cuique ciuium innotescat: mentiq; fixius inhæreat, in quanta angustia, vitaq; discrimine versati sint olim progenitores cum pro aris & focis, pro coniuge ac caris liberis acerrime decertant, suoque Principi strenuam fidamque operam præstare conantur. Interim hanc præcipue doctrinam exhibet posteris, eosque commonefacit rei huius annua continuatio, vt rebus afflictis ac desperatis, ad Deum Opt. Max. mentem erigant, atque ab eo salutem, patriam obfisione liberam, prosperos rerum successus, victoriam incrementum summis votis exoptent: quod vnice factitasse legimus Abrahamum, Moïsem, Dauidem, Ezechiam, Iudith, compluresque alios, qui huiusmodi præliis victoriam sunt consequuti. Ceterum cum Scaldia, in eaque

*Non inuas
dendus alio-
rum territo-
rii.*

*Aduerse
qua accide-
runt aliquã-
do animo re-
petenda.*

*Suytheuolonia
insula
vnde dicta.*

sita Ziriza a frequentia ab exteris laeessita sit, ac bel-
lis quassata, tum insularum nulla minus Suytheue-
landia, quæ à solo Austro opposita sic denominata
est: spatio sissimo amoenissimoque versus Flandria ac
Brabantia oras. tractu exporrecta, tamen paucis ab
hinc annis maximam iacturam passa, dimidio iam

*Romerualla
ciuitas.*

sit Angustior. Ab hac auulsa est ciuitas non ignobilis
Romerualla, quam nullis exultam agris, nullis ex-
ornatam pomœriis Oceanus vndique alluit, ita vt
vnica salis negociatione subsistat In Occidentali ve-
ro insula parte ita est Goesa ciuitas, per exiguo qui-
dem murorum ambitu, ac splendide atque affabre
exstructa, ciuibus morum ciuilitate perpolitus. Est

*Tolatum Ze-
landia ciui-
tas.*

præter hanc insula quædam Brabantia contermina,
exiguo tantum freta discreta, in qua consistit Tol-
atum à vectigali & portoritis appellatum, vetustum
oppidulum: à quo non procul à beff Martinianus ag-
ger, Principis Aurasiensis municipium, locus amœ-
nus atq; arboribus vndiq; confitus, in quibus maxi-
ma alitum, præsertim ardearū copia nidulatur. Sunt
præterea minute aliquot insula, minuscule celebres,
vt Duuellandia à columbaris frequentia sic deno-
minata, Gœreda à fide nauium statione, Plaressa,
rum pleraque alie non ita pridem ex mari vindica-
ta, quarum descriptionibus in hæreze superuacaneū
puto, cum edita nuper Zelandiæ Topographia singu-
la exacte exhibeat, quæ spectator curiosus per otium
oculis poterit demetiri. Quod vero ad gentis huius

*Zelandia
apud Danos.
Hafna,
Coopmansha-
uen.*

originem spectat, constans fama est atque indige-
nis per manus tradita, à Gothis ac Danis hanc pro-
fluxisse, præsertim ab illa insula Cimbrica, quæ in
Danis Zelandia nomine inscripta est, in qua spe-
ctatur celeberrimum Emporium Hafnia, vulgari
nomine *Coopmanshaueu*, à portu negotiatoribus fre-
quentata: qui hanc terram cultoribus vacuam, op-
positis erectisque aggerum molibus in insulas rede-
gerunt.

gerunt, atque exstructis primum caſis, minutifq; atque anguſtis tugurijs, ſementi ac paſcujs reddidere idoneam. Erat enim Caſaris ætate, magna terra hu-
Zelandia
 ius pars, quæ non aliud quam Batania appendix eſt, *Batania*
 inculta nec vnquam adiferendi yſum vomere præ-
appendix
 ſciſſa aut foſſione ſubacta, ſed æſtuarijs ac paludibus
 impedita, ita vt etiam nunc Hollandia plurimos va-
 diq; lacus exhibeat, adeo vt pedeftria paſſim itinera-
 illis concifa, cymbis omnia tranſigenda ſint : quod
Æſtuariæ
 ipſum etiam Zelandis yſu venit in æſtuarijs, quæ ni-
quid
 hil aliud ſunt quam loca extra intraq; littora maris
 nis fluctibus expoſita. Siquidem effuſo in ipſa me-
 diterranea ſalo, aquam affluenter concipiunt, ita vt
 hybernjs menſibus omnia in uia ſint, nec niſi ſcapis
 ea loca adire queant. Quod vero ſolum extra agges-
 res ad maris vſque crepidines atque extremas oras
 multis iugeribus longe lateq; exporrigitur, ex allu-
 uione coaceruatam, crebris fluctibus atq; rundi-
 tat, ac non nunquam extumefcente Oceano vt aſſo-
 let luna vel plena, vel plurimum incoata, fluctibus
Æſtuariæ
 obruitur, ſubſidente vero, rurfus emergit, ita vt lo-
in bello Bel-
 paulo editiora, & quæ eminent, ſuſuſſimo pabulo *garum per-*
 pecudes reſciant. In huiusmodi receptacula te os *fugia.*
 lim conferre ſolent impuberes ac mulieres, omniſ-
 que ætas ad bellum inidonea, vbi Romani Belgicam
 incurſionibus infeſtarent: erat enim tutiſſimum ibi
 perſugium: quod aditus acceſſulque eſſe difficilis.
 Sunt enim ea ſola, quæ noſtri *Stellen*, vel potius *Stel-*
lei, hoc eſt, caulas ac pecorum ſtabula vocant, no-
 ſtro etiam tempore multis incurſis voraginibus, ac *Voragines*
 verticillis foſſis, per quas Oceani ætus voluitur (no-
Zelandica
 ſtrates *Oeken* vocant) impedita adeo, vt equi dem *uulgo Cre-*
 armatum, ſi imprudenter atque incaute in illis *ken.*
 incidit abſorberi atque obrui omnino inar; quo
 ſic vt loci habitus via que ignariſſimæ, enertæ reperi-
 tiolam ſit. Sunt autem multis Zelandia locis her-

bidæ plantis ac viridatâ floridâq; prata nullis circumta aggeribus, quarum vltus in iis regionibus nunquam defuturus est: cum quæ à parte vna abradi a uelliq; contingit, alteri alluione adiciantur, ita vt nunquam extruendarum insularum materia huic regioni deesse possit. Horum quædam à virenti gramine ac lata pabulatione *Garsen* indigenæ vocant: quæ vero paucius gramine virefcunt, nec vberem adhuc pabuli copiam suppeditant, à pascendo vcllendiq; *Sorren* vocant. Ex his vbi aliquot iugerum milia conglobari contingit, insulas efficere nostrates tentant, accum vetastâ tum recentiores ope humana ex iis rudimentis coagmentata: sunt ac coaluerunt: multi olim soli huius vbertate, atque agrorum specie illecti, expulsis veteribus colonis atque inquilinis, terram hanc inuasert, eiusq; possessionem armis sibi vendicant. Non desuerunt ataurorum memoria, qui Batavis ac Zelandis in festi has insulas in suam ditionem ac potestatem redigere sunt aggressi, sed duæ istæ nationes inter se consociata, semper hostibus fortiter resisterunt; quo fit vt ad hanc vique aetatem vtraque gens eodem vtatur dominatu, eisdem legibus, eadem iuris æquitate, eodem sit in hostes animo. Fuisse hanc gentem, quæ Zelandiæ nomine insignita est, Batavis confinem ac proximam, eiusq; regionis partem atq; appendicem, ex C. Cæsaræ præter alia, iis verbis colligi potest: Mosa ex monte Voieuo profluit, ac parte quadam Rheno recepta, insulam efficit Batavorum, neq; longius ab eo millibus passuum in oceanum insluit. Rhenus autem ex Lepentis qui Alpes incolunt, oritur ac longo spatio citatus fertur, atque vbi Oceano appropinquat, in plures diffinit partes, multisq; ingentibus insulis effectus in Oceanum insluit, quarum pars magna à feris barbarisq; nationibus incolitur, quæ pteribus & ouis animum viuere existimantur, à quibus Rhenus multis

Batavi Zelandu consociati.

Com. belli G. lib. 4. Mosa origo.

Rhenus origo & decursus.

multis capitibus in Oceanum influit: Quibus verbi^s
 mihi graphice describere videtur Baraui Oceano
 septentrionali viciniore, tū illis conterminos Ma-
 triacos seu Zelandos. quorum insulas & qui in Occi-
 dentali Belgica eadem sunt cū his conditione ac na-
 tura paulo post his verbis designat: Pars in syluas,
 pars in continent s peludes profugit: qui proximi
 Oceano erant, hi in insulas se occultauerunt, quas e-
 stus efficere consueuerunt, q̄ reuera nulle aliæ sunt
 quam Zelandicæ. Quotquot enim sunt in Belgio o-
 ceano circumfusi insula; tali modo conflatae con-
 gestæq; sunt, ita vt primum natura consistant, dein
 de arte maniantur, ac paulatim cultura, atque indu-
 stria hominum infructiferos fundos ac speciosos a-
 gros, cultaq; noualia redigantur. Ea est autem apud
 nos rerum vicissitudo, vt minimo annorū decursu ac
 temporis intervallo magna incrementa hæc regio
 suscipiat, iustus maximam iacturā ac detrimenta pa-
 tiatur, necvlla res vices rerum humanarum, aut va-
 rios instabilesq; motus melius commoñstrat, quam
 Zelandia insula, quarum prosperi successus ac res
 secundæ a stuario fluxu & refluxu nunc huc nunc il-
 luc voluuntur. Nulla est apud vllas nationes anno-
 na, aut res frumentaria etiā lectissimi tritici vberior,
 ita vt bina iugera Zelandica plus emolumentū, cul-
 tori ac colono adferant, quam quatuor Brabantica,
 minus tamen tota fidaq; apud nos huius rei possessio:
 cum singulis momentis, præsertim hybernis mē-
 sibus flante Coro & Circio. ex maris sauitia pericu-
 lum imminet. Vnde enatum prouerbium ab iis, qui
 optime rebus suis consultum cupiunt, atq; iis turō
 frui exoptant, laudari Brabantici aeris clementiam
 ac soli stabilitatem, Zelandici vero fundi reditus at-
 que annonæ prouentum: quod ita cesserunt vulgari
 sermone, *Brabantische lucht, Zeensche renten*. Nostra si-
 quidem & aurore memoria centū plus minus iugis

Com. lib. 6.

*Zelandia
 mutationi
 obnoxia.*

*Prouerbium:
 Belgicum
 de Brabantia
 et Zelandia.*

Z. 3.

rum millia in insula formam redacta, atque aggeribus vndiq. cincta, dissipatis conuulsisque in immensum congelis molibus inundante oceano non sine maximo incolarum interitui solo oppressa sunt. Rursus indigenæ erectis nouis insulis, quod nostrates crebro faciunt, vbi herbedi ac graminosi campis præferunt, sementi accultura sedulo insistent, ita vt paucorum annorum spatio, affluenti omnium rerum copia supra quam credi possit, ditentur. Sic apud Zealandos insulis marinis continenter expositos, nihil stabile, firmum, diuturnum, & cui tuto posses si dere aut inniti. Siquidem loca portuosa, quæ nauibus fidam tutamque stationem olim præbuerunt, vadosa efficiuntur, ac vel arena vel limo oppleta, neminima quidem nauigia admittit. Rursus littora nullis portibus distincta: nullæque nauibus frequentata, facta eluione commodissimos portus consequuntur, facilesque aditus atq. accessus nauibus exhibent quo fit vt negotiatio hominumq. concursus & frequentia non vni loco perpetuo sit addicta, sed aliquando ob portus commoditatem, ac loci situm alio demigret ac transferatur. Sic Zurichæ, nostra etiam memoria, numerosa classe instructa, non solum onerariis nauibus, sed rostratis, & quæ ex Homeri appellatione. Hæcades voce Belgis vtitata nominantur, præter Hispaniarum ac Mauritanie oras, longinquas versus Aquilonem regiones frequentabat: nempe Noruegiam; Daniæ, Riualliam, Rigam, Gedænum, vulgo *Danisc*, Stocholmiam illustrissimi Suediæ Regis Erici auspiciis nunc celebrem, quæ nauigatio, vt sunt vices rerum humanarum, Hamsterodamum modo translata est. Quamquam ciuitas Zurichæ rebus omnibus ad commoditatem atq. vsum vitæ necessariis, cumulare fruitur, non minus assuetenter, quæ cum exteris negotiatoribus esset celebris, ac comitantibus vitro citroq. multitudine frequen-

tata

*Magna ac
pud Zelan-
dos rerum
vicijsitudo.*

*Hæcades genus
nauigii va-
stū vulgo
hælc.
Holma
Bucis
regio.*

tata; siquidem exterorum hominū concursus, nundinatio, mercatus, locorum celebritas, aliquando improviso dilabuntur ac concidunt, vel exorto hostili externoque bello, vel concitato populari tumultu aut ciuium seditione: cōfestim enim quotquot alieni sunt ab eo loco, se subducunt, atq. incolamitati suae consulunt. At ea negotiario, quae excludo omni fenore inter ciues & domesticos p̄ficiuntur factō etiam ab exteris vel inquilinis compendio quaestusq. liberali diabilis est, firma, solida, minusq. inuidiae exposita. Quod si aliunde calamitas ingruat, cum ciues & domestici, intrepide infractoque animo subsistunt, nec facile patrias sedes, aras, focos, conjugem, carosq. liberos desertos patiuntur, aut suis sinibus egressi, se suaque alienis credunt. Videntur autem Zirizæ in tanta rerum humanarum mutatione, atq. ex alia in aliam vicissitudine, quae diuina prouidentia perficitur, commodis suis solerter consuluisse, atque incerta certis commutasse. Cum enim populares velificandi sint periculis, ubi non satis succederet negotiatio illa nautica, quae transmarinis mercibus perficitur, mutata nauigandi ratione, piscatu se exercere coeperunt, vberissimo quaestu ac nemini damnofo, ad de nullo prorsus naufragii metu, nulla rei familiaris iactura, nullaq. fenoris aut vitæ infamia. Reliquo vero ciues compendia quaestusque honestos ac minime inuidiosos sectantur, ex iis quae terra in vsum hominum cumulate atque affluenter effundit, quibus illi neuiquā defraudato Genio, liberaliter fruantur, ac praefer laudabilem institutionem, amplissimam liberts hereditatem, paternique nominis ac memoria patrimonium relinquunt. Caterum vt exteris innotescat qua terra coeliqu. parte constituta sit ciuitas Zirizæ, & quantum ab eleuatione poli digrediatur, dimensum polum Arcticum, siue Borealem supra Zirizæ horizonta extolli, vno &

*Mo. hie
eu. hie
indianis.*

*Proutem
na. hie
om. na. hie
n. hie.*

quinguaaginta gradibus & quadraginta septē minutis, in eamque altitudinem verticem illum produci; longitudinem vero perfecti viginti quinque gradibus: quo efficitur, vt cum sol non adeo auersus sit, nec longius ab insula digrediarur, sed duobus & quinquaginta ac totidem solstitiis illam moderate illustrat, indigenæ solis beneficio minus stupida, obtusaq; ingenia sortiantur, verū facera, vrbana, festiua, pleraq; ex auro marinae afflatu falsa ac vitiosa quadam dicitate contaminata, qua de re sua uiter nuper philosophatus sum eum Hiob. o. Nicolaide viro sagaci atq; industrio, qui cum strenue Reip. functionib. incumbit, illamque summa ope fulcire nititur, integros incorruptosque ciuium mores exoptat. Et si quid viti ex Oceani halitu & saluaginosa vicina contraxerint, institutionis industria corrigere.

Qui sit vt senes ac promeriti avari homines, cum minus robustos, tum satricos plerumq; liberos progenerent, vultuque tristat q; inamano, & qui rariu exultatescant.

CAP. III.

Qui inclinata vergenteque ætate, vbi iuuenilis ardor deseruit, matrimonio se addicunt, magna ex parte liberos procreant mœstos, morosos, tetricos, tristes, inamabiles, taciturnos, vultuq; toruo ac facie minus blanda: quod non eadem ratione in venerem incalcescant, eamq; operam impendant procreandis liberis, quam iuuenes succulenti ac vegeti. Siquidem ætas feruida ad peragendam huiusmodi comœdiam instructior. Cum n̄ flaccidæ sint senibus vires, spiritus exiles, corpus humoribus sanguineis exhaustum, facultates naturales languidæ, eaque vis quæ ab illis promanat, ac diffunditur in excitandæ prolis vsum, inefficax atq; inualida, modicisq; viribus imbuta: fit vt minus viriliter connubiali officio perfungantur, ac multa in iis, quos progenerant, desiderantur: quod indicatur in ea disceptatione, quæ cum

Esdra.

*Iuuentus
succulenta.
Senes aridi.*

Esdra Genus habuisse describitur. Interroga, *inqt.* genitricem vt tibi expediat, cur quos non parit, non sunt eis pares, qui ante nati sunt, sed statura minores, & dicit illa tibi, alios *vigente* aetate conceptos editosq; esse, alios deficiente vterio: quo fit vt qui senectutis tempore produuntur, graciles existant, tenelli, imbecilles, inuulgi, improceri, & qui minus virium, minusq; roboris obtineant, quod natura vires senio collapsa sint, ac naturales vitalesq; spiritus imminuti: quo etiã euenit vt animus demissus existat & deiectus, mens minus agilis, viuida, alacris erecta. quoniam omnia parcius contractiusque sunt consecuti, nisi forte genitores blandi atque hilares, ac moderate vino concalesciti progenerandis liberis operam impendant. Vili sunt enim seniculi aliquando inter se iuuenari ac lasciuire, suaque habere blandimenta, ac vernis mensibus in amplexu ruerre. Stquidem ea pars anni equis etiam effœtis (vt habet prouerbium) hinnitum extorquet, quo Belgæ indicant, neminem tam deæxæ ætatis esse, quin amcenissima illa anni parte, qua se omnes natura vires exserunt, aliqua erectioris animi indicia proferat, quo efficitur, vt si in congressu Geniali mulierem conceptu impleri contigerit, exactis nouem mensibus infantem edat blandum, elegantem, suauem, floridum, generosum, viuacem, agilem, gettulosum. Quod si progenitores etiam in ætate iuuenili, mente nubila, minusque placida (vt plerique morosi fastitant) procreandis liberis operam impendant, omnia in deterius deuergunt, omnesque affectus, & qui inter coniugatos exoriri solent tumultus & intemperies, in fœtum deuoluuntur, ita vt conceptus, gestatio, partus nutritio non decenter, nec natura ordine perficiantur, ac pueri multa corporis vitia, mentisque errores ex perturbatis animi motibus cõtrahant, quorum omnis culpa in patres.

Esdra 6.

Cur nonnulli minus validi.

Cur nonnulli deiecti mente.

Prouerbium ab equis effœtis. Vt spiritus etiam effœtor erigit. Affectus parentum in fœtum transfert.

*Puerorum
malitia pa-
rentibus
imputanda.*

*Affectus
in seipsum
transiunt.
Naturales
pudici, quas
vulgi vo-
cat.*

*Cui filii
naturales,
quos vocant
alioere-
ticos.*

*Amor pas-
sentium in
filios, & e-
diferis, un-
de emergat.*

transferenda, qui huic naturæ prauitati causam pre-
bent ac seminarium. Quocirca qui liberorum suorum
in columitati optime consultum cupiunt, atque illos
tractabiles esse exoptant moribusq; placidis ac feda-
tis; hoc imprimis efficere curent, vt in coniugii socie-
tate, & amplexu maritali, omnia moderate transi-
gantur, ne quid incidat, aut soboriatur, quod vllas
intemperies, turbas, tumultus, nebulas excitet. O-
mnia enim in pullulantem foetum recidunt, atq; in-
fantem ad similes mores infotmant, parvumq; no-
tas ac vestigia imprimunt. In similes causas refero, &
proles (vt vocant) naturales, hoc est, qui extra legitimum
ac connubiale thorum sunt, precati, diuersa
existant ab aliis natura, conditione, moribus: quo-
rum qui ab generosis parentibus ac patriciis desce-
xerunt, animo vero excello conspicitur ac sublimi,
multilque ac magnis dotibus excolti, mira ingenii
sagacitate, prudentia singulari, iudicio exacto, pietati
quibus parentes subsidio sunt, atque ad libera-
lem institutionem adiumento, sic vt aliquando co-
lumen familie in his consistat, atq; omnibus qui il-
lis, vel sanguine, vel affinitate coniuncti sunt, decori
atq; ornamento. Cui rei ea ratio mihi subesse vide-
tur, & omnia large atque effulse ex paternis lumbis
ac visceribus sunt consequuti, nec in fartiuo illo ac clau-
destino concubitu, pare, ieiune, tenaciter, sed afflu-
enter naturæ munera illis infusa sunt. Cum enim v-
terq; auide se explere libidine gessiat, ac prodigaliter
in amplexus atq; oscula proruat, totisque viribus ac
profuse in propaganda sobole incumbat, sic vt om-
nia, quæ in conceptu necessaria sunt, cumulate
perficiantur, nec quidquam in hoc negotio deside-
retur, eoque euenit, vt cum nati parentum indolem
exprimunt, ac multa ab his sunt consequuti, incredi-
bilis sit vtrobiq; amor ac propensio, ac singulariter
erga se in mutuo afficiantur. Ex qua vi etiam emergit
in hæc

In hac sobole alicritas mentisque erectio, tum generosus quidam affectus animi, quo tales indignantur extra decus limitetq. matrimonii se esse prognatos, ac deesse sibi aliquid præ cæteris, quod ad honores ac dignitates, publicasq. functiones attinet. Quæ res efficiunt, vt se modis omnibus extra contentum vindicare nitantur, atq. illam notam, quam imprudenter quidem impingunt, quibus aliquando foedior, atq. adulterio contaminata propagatio, probitate vitæ ac morum integritate aboleant: qui vero huius status ac conditionis homines plebeis modicisque parentibus orti, educationis subsidio destituti sunt, rei familiaris inopia non facile ad præclara eluctari possunt, atque humo se atollere. Siquidem, vt is ait:

*Non facile emergunt, quarum virtutibus obstat
Res angusta domi.*

*Iuuenalis
Sat. 3.*

Tametli enim paupertas sapientiam sortita sit, vt habet proverbium, multarumq. artium inuentrix existat, clarissimis tamen ingeniis obest, quo minus ad summa prouehantur.

*Paupertas
sapientiam
sortita.*

Qui sita vltima, quam nonnulli Zelandia denegatam afferunt, nulli quam huc regioni spectiosior existat, & quæ ratione esse oritur, ut contra gelum & hybernæ frigoris in uisum intaëta subsistat, nec emoriatur.

CAP. IV.

Miranantur plerique in maritimis oris eaque parte Zelandiæ, quæ à præterlabente fluuio Scaldia denominatur, tam speciosas immensasque lauros frondescere: cum regio frigida sit, atque ipsa arbor argentes frigidolq; tractus respuat. Cui naturæ miraculo eo magis obstupescunt, quod non solum omnium hortiis lætæant, ac perenni virore perpetuaq; fronte in maximam proceritatem assurgant, sed baccas etiam proferant, oblongas, colore nigro perpolitas, non minus efficaces ac salubres in dilcens

*Laurus
quibus nas
ralitudo de
lectur.*

tiendis flatibus ac dissipandis humorum collectio-
nibus, quam quæ à calidis regionibus hæc afferunt.
Sentit quidem laurus aliquando eam iniuriam, atque
hybernis mensibus tub aspero intenoque gelu, frigore
periclitatur, sic ut folia, caudex, rami aliquando o-
rescant atque emortuantur: at radix nihil sentitur
commodi. Quocirca laurus superne emortua, radi-
cus extirpari, etrique non debet, sed detruncata,
nam incunte vere, ac paulo etiam maturius rursus
reurescit. Quod autem in eam altitudinem ac fasti-
gium in hæc regione assurgat, efficit terra vbertas,
atque incredibilis soli fecunditas, densique ac compa-
cti fundi natura: quæ ex pingui tenacique gleba con-
stat adeo ut ob telluris soliditatem, frigus per gelu
dia ad radicem penetrare nequeat. Nihil autem frus-
tibus nocentius, aut magis deleterium, quam
aut glacies liquefacta, si quando soluto gelu, eor-
um stillicidio radices perfundantur, præsertim ubi
defluente humore, rursus frigus exasperari, fluidumque
liquorem congelari: ac congelascere contingat. Sic
enim terra relaxata algidissimum humorem combi-
bit, quo radix imbuta marcescit, atque emoritur. Ne
autem huiusmodi incommodo stirpes afficiantur,
nec frigoris iniuriis sint obnoxie, superficies solum
quo consistit sunt, stramentis inspersisque cineribus
muniendæ; fouent enim insita caliditate terram ci-
neres ac gelu rigidum penetrare prohibent. Siqui-
dem ut acetum & fel vini: ita carbones ac cineres
igneæ qualitatibus sunt participes. Ceterum quod Bra-
bantis reliquisque Belgis laurus vel denegata sit, vel
parcius apud hos fructetur: non aeri, cuius mira cle-
mentia ac salubritas, sed solo adscribendum, quod
aridum est, sabulosum leue, inane, ita, ut facillime fr-
gus admittat, nec arbori solidum alimentum, quo
pinguefcit, conserat, eoque efficitur, ut in iis regio-
bus laurus humilis sit & improcera, tum bacis de-
stituat.

*Laurus frigi-
ge in his
cum, præ-
sertim ra-
dicit.*

*Laurus den-
sum solum
arigit.*

*Nix liques-
cens in fir-
mibus noxia.*

*Cineres her-
bus a gelu
inueniuntur.
Aceti &
felis cum ci-
neribus com-
paratio.
Laurus cum
Brabantis
negata.*

fitura: cum in ciuitate Ziriza a telluris beneficio in
eam proceritatem allurgat, vt duarum decempeda-
rum altitudinem superet, densa circa radicem tron-
de, multisque emergentibus stolonibus seu fructi-
bus, quibus stipata a frigore se tuetur ac munit. Quo-
circa illa fructificatio, & quæ ab radice fronde sit ra-
mosa propago, adimi aut refecari non debet, illo si-
quidem munimento sulca, non facile frigus concipit;
nam foliorum iactura ineunte vere instauratur,
modo radix illa se persistat, ac frigore geluque in-
tracta.

*Stolonos,
Waters
ichoten.*

*De corpore neutro, hoc est, quod nec sarum, nec agratum statui
possit, sed vacillanti dubiæ, valetudine existat, atque in-
ter vtrumq; fluctuet.*

C A P. V.

Medendi artem olim à veteribus in tres partes
fuisse diuisam, in confesso est. Primo in eâ qua
presentem sanitatem fouet ac tuetur, omniaque ad-
uersæ valetudinis incommoda sedulo propulsat. Ses-
cundo, in eam quæ rationem complectitur, qua pre-
muni ac preseruari corpus possit, nec facile in mor-
bos collabatur. Postremo in illam quæ morbos cor-
pori infestos, ac quibus vrgetur ac premitur, discu-
tit: Tres quoq; statui in humanis corporibus consti-
tutiones: quamquam superuacaneæ his de rebus in-
ter medicos contentiones: vnam valetudinis secun-
dæ, cum corpus inculpate degit, atq; inoffensa vale-
tudine fruatur: illiq; nihil vitii subest, aut vllū morbi
vestigium, alteram valetudinis aduersæ: atque incli-
nata: quum discutiendis morbis remedia sunt adhi-
benda. Tertiam quæ anceps & ambigua, in qua
species quidem sani hominis se profert, vt improbis
fucata vitæ integritas, sed cui affectio qua-dam sub-
est, ac delitescit. quæ proliuem facit propensumq;
ad decumbendum. Cuius habitus duas obseruo con-
ditiones inter se diuersas: vnam eius qui iam mor-

*Medicina
tres partes.*

*Tres condi-
tiones corpo-
ris humani.*

*Simile ab hy
poerisi.*

Valerudinarius ad Luto affixi alitino ambulante.

Simile à via te omninere oppresso.

Luc. 10.

Thera. 7.

Natura cuiusq; aduandanda.

bum discussit, ab eoque eluctatus est, sed tamen debilis existit, inualidius, exhaustus, gracilis, extenuatus, eneruatus fractisque membris: quæ valetudinis incommoda neglectis medicamentis, somno, atque appetitis alimentis instaurari postulat. Simile enim quidam huic euenit, quod viatori qui è latronum manibus elapsus adhuc palpitat ac contremiscit, nec prorsus ex tanto metu ac vitæ discrimine, in quo paulo ante versatus est, restitutus sit, aut ad se rediit, quod Christus eleganti similitudine expressit, sed amicorum solatio recreatus, sensim reuiuiscere incipit, ac pauorem pedetentim menti excutere: ita agrotus tamesi depulso morbo, expatiari incipit, omniaque mitiora existant, tamen nonnulla morbi vestigia adhuc corpori inhaerent, nec quæ comitari solent accidentia, penitus eximita, sopitaque sunt. Altera huic affinis constructio, paulo est deterior, qua quidem in speciem, primaque fronte homo sanus apparet, nec omnino valetudinarius, sed qui corpus circumferat vitiosis sordisque humoribus oppletum. Quocirca Galenus victum statuit eorum, qui sunt sani, qui agroti, ac qui reualescere incipiunt. Est enim conualescentium victus ratio media inter eam quæ sanorum & proptia, & agrotantium, siquidem diæta seu victus ratio prescribitur tenuis, parca frugalis, moderata, ita ut temperantia limites non excedat, cum ne leuissimum quidem errorem proferat; secus quam validi ac robusti, qui ne masius quidem offenduntur. Sic infantibus ac imberbus alimenta quidem admittuntur, sed non ea ratione ac modo, quo adultis ac prouectioribus, qui succedunt ac bonam, solidamque cibos non solum, ut aras tenent, cui vermiculus corpori, caldei pedibus, ita pro corpore indulo, victus & medicamento ac omnimodum, et quocumque receptiores quidam in re Medica non solum, quæ

quam nonnulli in religione superstiosi, corpus neu-
 trum iustulerunt, nec id ita ui patiuntur: aliquid ta-
 men de hoc commentari vltimū est. Siquidem tale
 quiddam natura rerum, quotidianis vitæ vltus &
 consuetudo, congressuque familiaris, atque amico-
 rum colloquia designant. Hinc enim emerferunt
 fœdaliū ista ac congeronum voces, si quando sci-
 scitantur, qua quis sit valetudine, qua fruatur sani-
 tate, vt corpus constitutum est, quo loco, ita, con-
 ditione res nostra consistant, quem habent sacces-
 sum fatin' omnia salua, prospera, felicia? Quibus
 totidem verbis responsa dari solent. Vt eumque, Sic
 satis, Minus commode, Valetudo vacillans est, in-
 clinata, ambigua, fluctuans, parum firma: Non satis
 pro voto, aut animi sententia: Alias rectius, Spero
 meliora, vt possumus, quando vt volumus, non licet.
 Quibus loquendi formulis lingula nationes vltro
 citroque se compellare solent, si quando de rebus am-
 micorum solliciti, qua sint valetudine aut successu,
 percontantur. Tametsi autem horum plerique
 morbo sunt defuncti, alii, quibus hic inminet,
 nondum culcitra puviniſque affixi, non tamen vel
 inter sanos vel agrotos referri censeri que debent,
 sed cum vtriusque sint participes, in neutrum, hoc
 est, duorum extremorum, medium: vt fuscus
 color, qui ex albi nigique mixtura constat: vt pu-
 bertas inter puerilem ac virilem ætatem media.
 Cum enim sani homines more, natura munera, ac
 functiones minus cumulare obeant, nec ex agroti-
 rum consuetudine lecto incumbant, membrorum
 vltu ac ministerio destituti, non possunt vel sani ho-
 minis, vel agroti nomen promereri, sed ex popula-
 ri ac vulgata consuetudine. Neutri appellatione
 designati: profertur in eis nonnulla natura fa-
 cultates ac munera, sed languide, oscitante, remissa
 se. Incedunt enim atque inambulabant, sed tarde

*Corpus neu-
 trum admittit nonnulli.*

*Formula per-
 consandi de
 valetudine.*

*Simile à colo-
 ribus et pu-
 bertate.*

gressuq; subinde labante atq; inclinato, ita vt obui-
sum imbecillitatem vel seipioni sit inquitendum, vel
vilius humeris incumbendum, vt iis, qui cum lat
natandi imperiti corticis aut fuberis subsidio veni-
tur. Pari modo de somno ciboq; ratiocinandum, si-
quidem accumbunt, ac se appoitis ferculis refici-
unt, ac non ea appetentia atq; edendi aviditate qua
validi, quibus optimum condimentum fames: dor-
miunt ac somno resocillantur, verum minus placido,
profundo, diuturno, vt sani, qui exercitatione
defatigati, totam noctem quiete transigunt. Est au-
tem eorum conditio, qui a morbis reuiuiscunt, at-
que humorib. noxiis sunt liberi, potior atque opta-
bilio, illorum quibus aliquid latentis occultique
vitii subest, ac corpus vel ex Veneris contagio, vel a-
lia vitæ intemperie, intus & foris fœdis ficosisque
tumoribus contaminatum, qui in speciem, primaq;
fronte sani apparent, ac pro iis se ostendunt, cum hu-
moribus vndique prauis seateant, atque omni ex
parte morbidi sint. Quin isti in seipos crudeles
atque in alios iniurii, morbum dissimulant ac diffi-
rentur, ita vt omnibus se lymphosis ac sodalitiis inge-
rant, atque aliorum poculis labra rancida admoue-
re non vereantur, suaque nulli non obrudere, ac
ebibenda offerre; hac opinor, ratione pernoti, vti
omnes eodem succo perfusos esse contingat, eadem
seabie inquinatos: nemo ab illorum consuetudine
ac familiaritate abhorreat. Huiusmodi homines
morbosos, qui simulata sicæque sanitatis specie
obuiis imponunt, his versibus Persius perstrin-
git:

Satyr. 7.

— Ilia subter

Cacum vultus habes, quod la'o balteus auro

Protegit vt manu, da vna, & accipe neruos.

Rursus alia Satyra assumta Medici persona, hinc no-
tat qui morbū dissimulat, nec sustinet inter valentu-
diu.

dinarios referri, sed cum medicò rixatur atque illius consilium non sine contumelia respuit, illiq; tanquã deteriori morbo implicito insultat:

Heu bone tu pallei, mihi est, videas tamen istud

Satyr. 3.

Quidquid id est, surgit tacite tibi litesa pillu.

At tu deterius pallei, ne sis mihi tutor,

Tam pridem hinc sepeli, tu refusa perge, tacebo.

Turgidus hic epula, atq; elbo ventre lasatur,

Gutturè sulfureas lenis exhalante meybites,

Sed tremor inter vina subit, calidumq; trientem

Excuti è manibus: dentes crepuere otocli.

Vnã a cadum laxis hinc pulmentaria labris:

Cuius conditionis homines hac nostra ætate nusquã nõ obuij sunt, quibus enim in facie, vultu, oculis totoq; habitu se morbi proferant, illos medendi peritis nõ detegunt, sed magno valetudinis dispendio, fouent ac nutriunt: qui cum alie radices egerunt, ac penitus infixi sunt, agri exsiccantur. Quocirca salubriter vnumquemq; commonefacit Sapiens, vt mature remedia morbis adhibeat; Satius enim principis mederi, quam fini Quo spectat illud Persij:

Eccles. 12.

Helieborum frustra cum iam entis ægra timebit,

Satyr. 3.

Principio

obsidenda.

Pescentes videas: Veniens occurrit morbo.

Quod is sedulo inculcari debet, qui cum nutanti atque inclinãte valetudini tarditate quadam supina, ac damnosa procrastinatione non prospiciunt, eamque fulcire negligunt, deploratis morbis implicantur. Quamobrem qui in confinio morbose affectionis constituti, non prorsus integra sanitate fruntur, sed corpus neutrum, hoc est, nec prorsus salubre nec insalubre consequuntur sunt, sed inter sanitatẽ & morbum medium, accurate in cõmunitati suã inuigilent: facillimus enim ad deteriora lapsus. Ceterum quæ de corpore neutro differuntur, præter alia etiam ad aeris ac cœli conditionẽ referri possunt. Aura enim aliquando salubris, petilens, mediocritis: cœlum mo-

AA

do serenum modo nubilum & tempestuosum, modo tolerabile atque inter utrumque constitutum: quod etiam in ventis marinisq; fluctibus spectari potest. In affectibus quoque humanis, atq; animi motibus tale quiddam obseruare licet. Sunt enim illi moderati, vehementes, turbulentis, concitati, mediocres, remissi, sedati; ita ut non omnia semper vno cursu atq; eodem tenore volui versariq; contingat.

De videndi ratione atq; oculorum acie, & cur nonnulli remotissima quæ, acuta cernant, cum ad proxima cæcitant, atque haud inuentur: alii propius admota ex æde videant etiam minutissima, longius vero sita etiam eminentes moles agere perspicant. Et cui oculus dexter magna ex parte sine strebususior, minusq; lucidus, obiter de coloribus scilicet, ac pleurisy, alii, quæ animi argumenta profertunt, obiter habilescentis usus remedia.

CAP. VI.

Mentis præstantia. Inter multa magnaq; naturæ munera ac dotes amplissimas, quibus homo à Deo opt. max. cumulatus exornatus est, nihil mentis præstantius ac magis diuinum, cui cum oēs sensus inferuiant ac famulentur, tum præcipue loquendi videndiq; ministerio vitur, ubi vires suas explicare visum sit. Hoc enim potissime feris præstamus, quod sensus dicendo exprimere, ac consilia verbis explicare liceat; ita in oculis non profus sita cernendi vis, sed duæ sunt velut fenestæ: animi, à sede mentis ad oculos perforatæ, quarum intentione ac remissione, mobilitate ac constantia, animi motus, mentisque conceptus ac cogitata indicantur. Consistit quidem videndi facultas in oculo seu pellucido humore illo crystallino, qui ut abaqueo liquore irrigatur, quem albugineum ab ovis albo vocant, ita vitreo innatat atq; insertus est, ipsamque pupillam, hoc est, aciem qua cernimus, radiati fugate illudrat non secus, quam insignis ac lucida gemma annulum. Itaq; oculis visio attribuitur, non ut loco prima

primario, sed vt instrumento atq; organo: nam cere-
brum per neruos visorios illis spiritus infundit, qui
bus videndi facultas perficitur. Lato enim affecto-
que cerebro (nullo etiam consistente in oculis in-
commodo) hebescit visus, atque acumen oculorum
obfuscatur: quod ebrijs, deliris, febricitantibus pe-
culiare est. Hac itaque ratione oculis quæ ex tribus
humoribus, quatuor membranis constant ac con-
stiti sunt, videndi functio adscribitur. Siquidem
illi cerebro ac menti penes quas summa potestas,
obsequantur, ab ijs enim diminant ac profluunt per
neruos opticos seu visorios, spiritus lucidi, puri des-
secati, tenues, splendidi: quibus, modo ne officiat
aer caliginosus, ac deprauata oculorum constitutio,
exactissima visio perficitur. Quod si illi imminuti
sint, obicuri, turbidi, exiles, obruta efficitur, minus
que acuta oculorum acies: emergunt autem ex ho-
rum temperie varij videndi modi ac rationes. Si-
quidem cui spiritus copiosus est, & ad amissum pu-
rus, tersus, nitidus, atque vt speculum, perpolitus, is
ea quæ minus consistunt, perspicue videt ac discer-
nit. Vbi enim is humor exacte elaboratus est, renuis
syncerusque ex hoc halitus, seu lucidus spiritus e-
manat, quo potissime visio perficitur, ac distantis-
sima perspicue videntur. Siquidem cum multus sit &
copiosus animalis spiritus, subtilis, renuis, ætherius:
longissime producit oculorum aciem, omniaque
acute cernit, nec facile obtutu continuo, aut fixa
intentione defatigatur, qua vi pollet calidus & hu-
midus, vulgo sanguineus. Cui vero paucus subest
spiritus, sed tamen purus nec nebulis obductus, is
res quidem propius sitas, clare videt & dijudicat,
certumque delectum habet, ac distantes pauloq; re-
motius constitutas minus dilucide perspicit: paucus
enim modicusq; spiritus facile dissoluitur atq; eua-
nescit, nec in longinquum spectum, pducere potest,

*Caput latissimum
visus officit.*

*Cerebro ve-
sta potestata*

*Visus cui ex
copiosus animalis spiritus, subtilis, renuis, ætherius:
aërysimus.*

*Sanguineus
fortis visus,*

Quo fit, vt quibus videndi organa lucido quidem, sed modico spiritu imbutum est, minutissimos etiã literarum apices inoffense obseruent, ac paulo remotius distitas moles, aut eminentes è mari scopulos minus exacte perspiciant, quod calido & sicco corpori seu bilioso euenit. Quod vero nonnulli propius admota tenuiter vident, remota vero nihil proflus, ex spiritu inopia & crassitie prouenit. Vbi autem spiritus copiosus exsistit, & crassus, pauloque densior, diu quidem homo intendit oculorum aciem, atque absque vlla fatigatione fixe & inconuenienter res obuias oculis defigit, easq. primo obruta cernit quidem, sed nõ ad vnguem ac distincte discernit: nõ crassities acuta visioni officit, quõd in frigido & humido habitu, seu pituitoso obseruari potest. Cui vero humidus est & modicus spiritus animalis, qui videndi instrumento inseruit, is nec exacte propria, nec prorsus remotiora videre potest, nam pauci spiritus cito euanescent, & dissipantur: crassi vero videndi functionem impediunt, cum radij qui ab oculorum lumine promanant, in obiecta non deferantur, nec species rerum, quæ foris in oculum insuunt, ab eo concipiuntur. Rarus autem spiritus, tenuis, exilis, tenebrosus, qualis est seniculis exhaustis, ac morbo extenuatis, debilem visum efficit, aut prope nullum. Quocirca consulte facinat, quod conspicillis hebescentes visui opiculantur, ijs enim omnia maiora apparent, ac spiritus visorii instaurantur, atq. in vnum collecti minus euanescent aut dissipant: verum non consulo vt viri plus satis mature illis assuescant, si quidem illis desituti, prorsus caecutiunt. Quæ enim hic caligant ac crecentiunt, ex spirituum inopia ac defectu euenit. Quocirca & specula visum reflectiunt, quoniam reflecti ac retorqueri radios contingit, ac spiritus robur concipere, nonis subinde à cerebro eo se conferentibus. Sunt autem præterquam

Bili si crassus visus.

Spiritus crassus quæ visum efficit.

Spiritus humidus & modicus qualem visum efficit.

Spiritus rarus & tenuis visui efficit. Conspicilla quando visus.

Specula visui opitius inantur.

enume.

enumerata complura alia, quæ caliginem oculis of- *Quam multo*
fundunt, ac visionem vel vitiant vel impediunt, *ta visus offi-*
nam si pupillam à sua sede dimoueri contingat, *ciunt.*

aut plus latis dilatari, contorqueri, contrahi, im-
minui, vel ex illata plaga, inflictoque vulnere, casu
vel contusione, tumor atque inflammatio oboria-
tur, videndi facultas insigniter afficitur: oculi quo-
que emilittii ac prominentes, quique immoderate
protuberant, vel denique vbi profundius, confitus-
ti sunt, nonnullam visioni iacturam inferunt; nam *Oculi promi-*
prominentiores ab externo lumine afficiuntur, ita *nentes, & re-*
vt in lucido aere & solis splendore minus exacte ob- *conditi calis*
iecta conspiciant; immodica enim luce offendun- *gantur.*

tur: sublustri vero cœlo, aut nubibus obducto me-
llus iis visus perficitur; trahit vt quæ cominus posita
sunt, perfecte videant; eminus autem sra. obscure:
iis vero quibus profundi sunt oculi ac delite-
scunt, minusque extra palpebras se proferunt oculos
rum orbis contraria obueniunt: illi enim propius *Reconditæ*
admota minus perspicue: distantia vero, inoffense *& protuber-*
cerunt: quo fit, vt vbi remotiora oculis dimeriri vi- *rant, et oculi*
sum sit, coniuuentibus ac semioclusis oculis id ratione di-
perficiamus; ita enim coacti ac conglobati spiritus *uersa vi-*
longissime radios suos diffundunt. Hinc vsuuenit, *dent.*

vt clauso compressoque oculorum altero, ac pro- *Ex sagitta-*
tenso velamento quod splendorem areet, atque *tenso*
aerem opacum efficit, intentius ac fixius aciem *in rastro et ita.*
obiecta dirigamus, quod in tractandis balistis, sclo-
petis, arcibus obseruare licet. Siquidem occlu-
so sinistro oculo, spiritus affluentius in dextrum
confluunt, visumque efficiunt intentiorem, ita vt
hæc ratione sagittarii colliment, & quem intuentur
scopum, assequantur ac configant. Quo spectat illa
Perkironia:

Sett' endere versam

Non secus ac si cœlo rubricam dirigit vno.

AA 3

Sal. I.

*Cur gemina
videntur.*

Quod autem nonnulli gemina conspiciantur, efficit oculorum in varias partes distractio. Cum enim oculorum radii non ad idem rei objectum punctum se dirigant, sed in diuersa rapiantur, ac spiritus qui temere rerum species concipit, inordinato vagoque motu hinc inde fluctet, dupli exhiberi videntur: fenestrata autē diuisa, dissecta rimosa conspici videntur, vbi pupilla pars suffuso concreto humore obfuscat, densi quoque vapores ac fuligines è ventriculo in cerebrum delata, varias imagines ac species rerū visui inferunt, ita vt aliquando omnia in pyram flecti, voluque ac rotari videantur: nonnulli festucas, culices, muscas, scarabeos, araneas, lemmures, striges, spectra, obuersari oculis imagineantur, quos affectus parit crapula, ingluuies, temulentia, humor melancholicus, quæ densissimis fumis cerebrum obnubilant. Ceterum quod dexter oculus sinistro sit obtusior, in se quisque experiri potest. Id efficit in adulta ætate crassior densiorque spiritus; & quod fere ex dextri lateris incubitu vapores nocturni eo deridentur ac confluant, in senectute vero magis siccescit oculus dexter, ac calor hepatis humores qui visioni adminiculantur, depopulatur; sinister autem humidior est, nec in eo facile vel spiritus extenuantur, aut humores arescunt. Cum autem cor vitæ fons primum an mari incipiat, aut vitale efficitur postremo moritur, ac diu etiam corpori exemptum animantibus palpitat: Oculi vero qui postremo perfici creduntur: primo adempta mobilitate, mortis argumenta profertunt, atque præ ceteris emoriuntur, quod spiritus ingruente morte exstinguantur atque euanescent, vel ab oculis ad cerebrum mouendi videndique principium resiliant ac retrahantur. Ceterum de causis colorum, quibus oculis se pferunt, non nihil huic argumento inserendum. Emergunt ii ex circumfusis humoribus, quorū

*Cur diuisa
spectantur.*

*Oculi cur
absurda ob
uidentur.
Oculus dex
ter sinistro
obtusior.*

*Cur primū
vires, vlt
imum mo
riuntur.*

*Quid pri
mum mor
iuntur.*

*Coloru ocul
lorum diuers
itas unde
emergeat.*

qualitas, copia, defectus, tenuitas, crassities, mixtura, varias diuersaq; in oculis oculorū species, ac diversamina pariunt, nempe nigricantes, cœruleos, cœcios, glaucos seu caprinos, rufos, flauos, fuluos, pallidos, puniceos, lateos, virides, rubicundos, igneos, flammantes, sanguineos, purpurascentes, croceos, aureos, lacteos, albescentes. Proveniunt autem nigro colore perfusi oculi (quorum aspectus gratiosam venustatem modo supercilia pari pigmento tineta sint, homini conciliant) si quando spiritus visibilis debilis est, humor vero copiosus, densus, subobscurus, umbrosus, ita ut altantis aciem ob humoris abundantiam ac profunditatem nos transmittat, aut penetrare patiatur, nihil enim luminis, quod ex oculis nostris emanat, in illius visum, qui nobis ex aduerso consistit, infertur, sed radii velut reperculli ac reflecti.

Sic in fontibus ac cisternis atque ac profundis puteis, aqua nigricanti colore apparet, ac speculi visu praestat retorta ob aquae densitatem oculorum acie, & in se zensus deflexa; repellit enim visum nostrum, eumque nobis remittit. Sunt autem nigricantes oculi eius conditionis & naturae, ut interdum acutecernant, quoniam meridiana lux subobscuris atque umbrosis oculis se ingerit, ac spiritus agitat, illisq; lumine perfundit. Nocturno vero obtuse minusque acute videndi munere funguntur; quia extrolumine destituti sunt, quo humores ac spiritus moveri debet, ut visus acuat. Quibus vero humor qui oculis subest, transparentis quidem est, & pellucidus, sed vna cum spiritu paucus, exilis, debilis, iis cassis oculi seu glauci conspiciuntur, hoc est, ex caeruleo & albo temperati, quali colore sunt laminae cornearum translucida, ex quibus laterarum conspiciuntur, tum nocturna & quorundam animalium oculi. Qui autem huiusmodi colore oculos habent insignitos, interdum debilitate & confulse cernunt, quia.

AA 4.

*Unde nigri
oculi ensor-
gant.*

*Aqua est
nigra in
fontibus.*

*Oculi nigri
qua videndi
faciliat.*

*Oculi cæsi
unde & qua
sunt, one
videndi. La-
mosna cornea
glaucos
colore.*

*Dei oculi
nocturni
scintillant.*

diurna lux ac solis splendor, spiritus vitiosos minus firmos dissolvit ac dissipat: nocturno vero, quoniam videndi organa genuina infraque luce illultrantur, coacto ac conglobato spiritu obuia quaque dilucide vident. Scintillant enim in tenebris huiusmodi oculi, ac collucent, tum velut astra micantia, radiis corrufcant: ita ut præter homines multa animalia, non tantum venandi sagacitate, quam videndi facultate instructa, ex nocturnis tenebris nihil sentiant incommodi, aut vlla sui parte afficiantur, cum diurna lux illis officiat, ac visionem obtuset, quod in nocturnis, nyctiorace, vel pertitione, felibus, foricibus, muribus, gliribus observari potest, quibus lux meridiana videndi functionem labefaciat, nocturnæ tenebræ exacuunt, argumento quod si faces, candelas ac funalia illis nocturno obicias, obsecantur. Quocirca in aut nocturnis navigationibus, non adeo intensum Lunæ splendorẽ exoptant, sed sublustre cœlum, modicisq; ac raris nubibus obductũ. Sic enim longius se porrigit oculorum acies, ac radia luminoso obiecto minus dissipantur aut evanescent. Caruleus vero in oculis color ex albo & viridi confusus, ceteris humilior est, sed minus nitidus, tersus, perpolitus. Quo fit, ut ob crassiorem humiditatẽ, qua perfusus est, atque exiguos spiritus, minus acuta visione sic affecti polleant, in aere præsertim lucido, quo cum primis offenduntur. Quod si humor & spiritus temperie quadam inter se moderata existant, color inter albedinem & nigrorem clarius elucet, quo exactissime videndi munus perficitur. Variantur autem pro ætatis ratione oculorum colores, pro humorum ac spirituum crassitie, tenuitate, copia, defectu, quod ipsum etiam in stirpium foliis perspicuum est, quæ ubi primum emergunt, flavescunt: deinde maturatione vitorem concipiunt: rufus senescente stirpe in cauleum ac luteum demutantur. Sic infantibus

*Animalia
nocturno
oculata.*

*Caruleus
oculorum
color quem
visum facit.*

*Oculi & visus
moderate
confusus
tur.*

*Oculorum
color & acies
quaratione
variantur.*

Similis à spiritibus in oculorum coloribus.

in cauleum ac luteum demutantur. Sic infantibus

bus in lucem primum editis exsunt oculi, glauci, cerulei, virecentes, etatis accessu ad nigredinem deurgunt, senectute vero ut crines, albescunt, vel ad subglaucum de generant, Medicamentis etiã diuersos colores oculis induci, Dioscorides ex aliorũ sententia prodidit. Vitis enim auellanarum putamina atq; in cineris speciem redacta, castorum oculorum pupillas infantibus denigrant, ex olino syncipiti infusa atq; inuncta. Ventus quoq; aeris auræq; cõpãtutio, regio, morbi, affectus ac perturbationes animi, immoderata Venus, inedia, somnus & vigilia immodica, crapula, oculorũ cum colores, tum spiritũ atq; humorum qualitates immutant. Quocirca moderata victus viresq; ratio instituenda, ne videndi organum (quo nihil nobis ab opifice attributum præstantius) aliquo incommodo afficiatur. Quod si ex humorum defectu atq; ariditate caligare oculos ac cœcutire contingat, vel spiritus visorii inedia, motore animi, fletu vigilia, lassitudine, senio, immodico concubitu, in tẽpestiua lucubratione, exhausti sint & attenuati, quæ vires instaurant atq; oculis fomenta ministrant, adhibenda: vt sunt ova recentia, vina dulcisa, vuz passæ, amygdala dulces, istacea, castanea vel elixata, vel molliter tosta, rapa, quatum vis ob flatu copiam in cerebrum assurgit, ac mirifice spiritus visorios euanidos reficit, quod ipsum etiã præstant alitũ cerebella, quæ se volatu exercent, vt sunt passeruli, miharia, frigili. Inconsculte faciunt, qui citra deletũ, nulloq; adhibito discrimine, Rutam, Chelidonium vulturum, miluorum, accipitrum fel, quæ mordaci sunt & adurenti facultate, oculis adhibent: depopulantur siquidem ac depascunt spiritus & humores, quibus vitio perficitur: cum ista non incommodè adiuuari possint, quibus ex humorum redundantia oculi caligine sunt offusi, tum quibus suffusiones & glaucomata visum eripiunt atque

Lib. 1. cap. 1.
Oculor. m.
e. lues. medi.
cemento sru.
mutant.

Conflum
in oculu in
staurando.

Plentido
aut manito
obseruanda
in oculis op
uenda.
Oculos ex
haustione
fovent.

Ruta oculis
aliquando
noxia.

Ruta & Chelidonia quando oculis salutaria. Raphanus & rapa oculis grata. Allium & quæ viscosa sunt oculis inimica.

Viridia oculis fouent. Smaragdi virosi, vulgo amovantur oculis grati.

Oculi animi indices.

oculos deformant. Dissolunt enim concretos crassosque humores, qui spiritus à cerebro eo defecti prohibent: ita omnia quæ abstergunt atque extenuant, huic rei perficiendæ accommodata: ut sunt raphanus seu vulgaris radícula quæ appetentiâ acuit: fœniculi semen, & folia radix, eustragia, stœchas, & quæcunq; cerebrum à crassis vaporibus expurgant. Quocirca studiosi, qui oculorum adminiculo suassu cubrationes perficiunt, allium, cœpe, porrum, & quæcunq; graui odore imbuta sunt, atque halitu viroso obuios ferunt, atq; infesta sunt, sedulo evitent. Officiunt enim hæc oculis ac memoria, omnibusque sensibus detrimenta adferunt. Cui verolaboribus indutescunt atque exercitationi sedulo insistant, nihil horum illis incommodat. Foris autem quæ oculis recreant, aspectuq; grata sunt, obiciantur, ut sunt viridia quæque, quorum innumeras species & discrimina campi, sylva, horti, nemora supeditant: Ex lapidibus vero Smaragdi virosi insatiabilis, & quo oculi exstatuti nequeant, tum Prasius, Topasius, Iaspis, Cyanus seu caeruleus, Eranos, vulgo Torcosis & Lazorium, quibus colliguntur non easnesunt spiritus visorij atq; arcumen oculorum exauctant. Ceterum quod ex oculorum obtutu, nonnulli animi propensionem, mentisque indicia eliciunt non equidem improbo. Sicut enim horum indices, inter eosq; affectus, cogitata conceptus, etiam si lingua cesset ministerium, foris proferunt: ita nonnullis comitas, modestia, mansuetudo, placabilitas, clementia, probitas in oculis vultuq; elucet multaque alia placida ac sedata mentis argumenta se offerunt. Aliis fastus, arrogantia, superbia, ferocia, calliditas, versutia, iracundia, invidentia, odium, ira, indignatio, formido, timor, elatio, latitia, gaudium, moror, desperatio, ex oculorum obtutu perspicitur. Medici quoque in morbis studiose oculorum constitutus.

fitutiones contemplantur. Si enim rubore perfusi sunt, aut sanguineis filamentis striati, ex cerebri inflammatione furorem ac phrenesin indicant. Quod si liuescant, aut plumbeo nigroque colore perfusi sint, caloris nativi extinctionem vitæ que interitum denuntiant. Instabiles autem, pernicitantes mobiles, inquieti, inconstantes, mentis alienationem & delirium designant. Languidi, humentes, flaccidi, lacrymis perfusi, tenebrosi, tremuli rigidi, vibrantes, tumidi, caui, conditi, obruti, cõnuentes, præter diversos animi affectus, in sanis, tum in ægrotis non sine vitæ pernicie, cerebri intemperiem ex humorum copia vel defectu, caliditate aut frigiditate committunt. Lucei vero, pati, strabones, & qui obliquo videre, limisq. oculis obtuentur, præter contortos atque in diuersum conuulsos musculos, huius naturæ errorem consecuti sunt. Quod vitium quoniam circa cerebrum mentis domicilium vel potius regiã consistit, vt foris non nihil oculus deformat, ita animum quoq; quibusdam viciosis affectibus imbuit. Sunt enim horum plerique quibus deest educatio, versipelles, vasti, subdoli, captiosi, lubrici, ad circumueniendum abuti, ac miris strophis instructi. Sic Belgæ, si quando vllum designant, qui iis notis insignitus est. *Een stem ghesch. Een Luia and: Isti b. Schelle Een boos vruch* vocant hoc est, obliquum, disterrum, veteratorem hospitem, cui non tuto possis fidere, vt qui technis, delis fallacis, captiõibus, præstigijs, imposturis, fucis omnia tua negotia perficiat, alterius dispendio ac detrimento suo vero luculento commodo. Cuius conditionis ac naturæ sunt particivæ quotquot ex præcipua ac primaria corporis parte aliquo vitio sunt implicari, nempe capite, corde, hepate: de quibus in Physiognomia vberius tractatum est libri secundidi, cap. 36.

Argumenta animi ex oculis. Oculorum variorum dispositio.

Lucei quæ animi conditione

Preverbiis ex oculorum obitu: u. in nefartos.

Ratio cur nonnulli mutili & unicusque ac decurtati membra nascantur aliis geminis, quoque redundat ac superuacante sunt, nec ulli usui inferunt.

CAP. VII.

*Ubertas ma-
teria gemi-
nata pro-
fert. Partiu
depruati
vnde.*

Nasci quosdam geminis agnatisque membris, nepe digitorum, pedum, brachiorum, capitum, appēdicibus articularim nonnunquam distinctis, quotidiana exempla demonstrant. At autem deformes ac monstruosa species ex vitioso corruptoque semine, atque utriusque constitutione promanat, a tris etiam in huiusmodi partus vires suas conferentibus: ita ex humorum redundantia ac feminalis excrementi copia duplicatae corporis partes producuntur, gignentis imaginatione in tale quiddam elaborando occupata. Si quando enim is fetus qui leuissimis affectibus concipitur, eoque infanti imprimis, aliis quid animo menteque concipit, aut dupla oculis obseruati imaginantur, ex humorum concursu ac confluuiio, qui in eas partes circa quas versatur, imaginū particulas, aut alterius speciei emollitur ac conficit. Ista etiam absurda imaginationes in animantibus obseruantur. Sic nuper ouicula prodiit, capite phœce seu vituli marini conspecta marina bellua. Sic anno superiore ouis, & vitulus gemino capite conspecti sunt, & ego gallinam vidi & contrectauit quatuor pedibus & totidem alis. Cum autem feminis in cōceptu, totoque gestationis decursu varia species ac rerum simulacra animo concipi soleant, ac nonnunquam dupla se offerre ex suffusis crassis vaporibus, aut cum distractis diuulsisque spiritibus, qui in pupilla punctum dirigi debent, diffindi ac dissecati cernendi aciem contingat, omnis affectio in pullulantes fortum deuoluntur, ac nonnullis partibus affabre elaboratis, secundarias ac superuacuas affigit. Tā efficacis enim est imaginandi vis, ut si quando mulier

*Dupla quā-
do obseruan-
tur,*

*Imaginatio
in molere
quid efficiat.*

oculos

oculos ac cogitationes in rem quampiā defigat: tota natura factus, eaq; vis, quae formationi fortis infit, concūrit: in quibus vndique humoribus, quos habet oblegentes, eo confluit, atque operi perficiendo sedulo est intenta, quo euenit, vt nonnunquam diuersas insolitasq; formas, membra duplicata, particulas, atq; appendices superuacaneas emoliat, in suetaq; membra corpori affigat. Ex defectu vero humorum atq; alimenti fomenti quae penuria, aut vbi naturales facultates in elaborandis articulis sunt inuvalidae, suisque viribus minus instructe imminutis, inutilisque membris produci homines contingit, aut quarundam partium vtu ac ministerio destitutos. Et quamquam natura vberem nonnunquam propaganda sobolis materiam sit naeta suisque viribus ac facultatibus affatim existat instructa, illam tamen subinde impedire contingit, quo minus omnis exōte perficiat, ac venustam corporis formam decentesq; articulos exprimat atque effingat, ita vt infans aliquando in lucem prodeat parte aliqua trunca atque inelaborata: fit enim plerumq; vt vterum consequatur angustum, splenem induratum ac callosum, coxindices eminentes, atq; introrsus reuortas, aliasque obices & obstacula, quae infantem adolefcere prohibent, atq; omnibus suis numeris absoluta, tenere siquidem corporis partes ob tantas difficultates atq; impedimenta dilatare se ac diffundere nequeunt, oblatoque alimento frui: sed sicut contingit & conhiberi, quo minus in speciosam, atque vtilem articulorum formam excrecant ac proferantur. Simile enim quiddam huic rei obuenire mente cōcipio, quod arboribus, quae in saxoso solo consistunt, ita vt radices se vndiq; diffundere nequeant, sed obstaculo impedita reuertentur, atque incuruescunt, repulsaq; resiliunt. Sic in corpore humano cum infans effingitur, vel loci angustia, vel alimenti inopia, aut calli cuiusdam

*Ve. de mem-
brorum des-
fectus.*

*Manus as-
pexis unde
trunca &
mutila.*

*Simile ab
arboribus in
saxoso loco.*

consistit.

*Regesta
narratio.*

obiectum obstat, quo minus membra articulata
distincte que efformari queant. Sic puellam vidi non
iguobilem trunca ac tuberosa manu, quam cum cō-
tractandam mihi exhibuissent parentes, deprehendi
digitorum contactu articulos qui naturā munere e-
rupturi erant, intus conuolutos, atque in se retonos,
ita vt nullam digitorum effigiem exhiberent, siquidē
omnes membri huius partes, tam ossiculorum series
& connexus quibus manus complicari vel expandi
solet, intro deliquisse comperti sunt; *Stompea* nobis
vocat. Ita errorem hunc ac naturā vitium inde con-
tractum pronuntiat quod ea vis ac facultas quæ for-
mationi fretus insillit, omnibusque suis partibus cō-
summare hominē nititur, aliquo impedimento pro-
hibita sit, quo minus articulos potuerit perficere: at-
que in speciosam decentemque manus formam p-
ducere: cum enim mater splenis duritiei esset obno-
xia, ac famella in id latus, nempe sinistrum, declinēt,
ex affectu eius viticris cui partes illa tanquam fœ-
pulo ac cautibus illis incubuerunt, informem atq;
indecoram speciem sunt consecuta.

*An indusia, vulgo camisa, teumenta, lintea febricitantibus
mutanda. Et an statim a morbo conualescentibus barbam
radere, aut capillos adimere expediat. Tum in quibus mor-
bis pedes a luere consilium sit.*

CAP. VIII.

SI quando in morbis contagiosis ac pestilentibus
carbunculi & bubones aliaque, vt affolet, pustu-
larum eruptiones in extima corporis parte se profes-
zunt, nunc eminentes ac verrucosa, nunc plana ac
sessiles pro humorum crassitudine ac tenuitate: colore
modo plumbeo lurido, nigro, luteo, vitidante,
verficolo, quæ deteriores: modo rubicundo, flori-
do, albescente, quæ securiores, quarū omnes species
ac differentia, in morbillis ac variolis, Belgis *Paken*

Et *Maezelin*, denominatis, perspicimus: in ijs, in quibus omnibus popularum generib. lintea, culcitras, puluinaria, tegeticulas, indusia, tegumenta subinde mutanda consulo, ac recentia substituenda, sordidasque corpori exemitas vestes vento atque aura flatibus identidem exponendas, quo contagio & gratis halitus, quibus ex infesto corpore tegumenta imbui contingit & contaminari, disenciantur. Siquidem cum multi tetri ac perniciosi vapores seu fuligines ex huiusmodi corporibus emanant, quæ vestimenta quibus ægrotus integitur ac touetur, concipiunt; sit vt decumbentes circumfutum vndiq; aerem hauriant, imbibantque, ac lingulis momentis nona recentiq; contagione ac labe inficiantur; volutantur enim in fordibus tanquam serosa aut lutulentus sus in volutabro cœni. Quod ipsum eatenus obseruari velimus, quatenus morbi lauitia misceatur ac sopiatur, ipsaq; concoctio ac crisis perfecta sit, h. e. certa atque indubitata se salutis indicia proferant, quæ commanstrat vires corporis morbo superiores, ac perexigias intus residere morbi reliquias: tunc enim lintea atq; indusia soli aut luculento igni exposita, valetudinarijs subijci iubeo, aut ea vni ex domesticis salubri corpore biduo induenda præcipio, aut cubili eius insters nenda, quo concalescant, nec ab humani corporis calore sint aliena, ipsaq; in nouatio aliquid incommodi ægroti adferat, aut vlla sui parte morbum exasperet: hac enim ratione aut errore potius efficitur, vt illa quæ consanuisse videbantur, recudescant. Quocirca cum istis, tum alijs qui mitioribus etiã obnoxij sunt, instanter præcipio, quo confestim affectus ad flatu pperet, ac primo quoq; tempore insul' sopiatur, ne inquieti sint, in stabendi, instabiles, tumultuosi, nec aeri locoq; frigido se identidẽ exponat, vt sunt qui in incipiti ac periculoso morbo expãsis brachijs, diuaticatis expotrestiq; curibus hinc inde se

*Pustula
vnde variu
coloru.*

*In morbi au
mento nihil
innostrandu.*

*Motu &
iactatio cor
poru ægrote
noxia.*

deuolunt, ac sudorem, pustulas, apostemata, vomica, abscessus, tumores, reliquaq; humorum collectiones, quæ erupturæ sunt, repellunt ac referunt: Siquidè frigidus aer corpori circumfusus fluxiones sistit ac reprimi, easq; maturescere prohibet: Calor vero ac fomenta calidissima, meatus ac spiramenta recludunt ac relaxant, ut quæ se fuligines vapores proferant ac discutiantur, efficiunt. Quo mihi non inconsulto facere videntur, qui contracta primû morbi contagione, ac pestifero halitu; corpus luculentum igni exponunt, vt vndique sudore madescant ac distant citra tamen virium defectum, aut animi resolutionem ac deliquium, sic vt eodem momento expurgato inferne corpore, deiectaq; aluo, ea intro sumant, quæ conceptam, intra viscera contagionè distillant ac discutiant, antequam radices agat, pentusque virus infixum esse contingat, atque ipsum totum partes præcipuas occupet, eo enim malum confestim proferat; vt illi qui vrbè obsidione premunt, arces ac propugnacula, ac duces exercitus primum inuadunt, reliqua enim eueffigio cedunt ac dant manus. Cum itaq; corpus periculoso incipitiq; morbo tentari occipit, si res venæ incisionem, si purgationem exposcat, mature illa adhibenda sunt, sic vt primum atque inter initia alui purgatio præcedat, mox subsequatur venæ sectio, deinde ea adhibenda quæ cor propugnent: ac muniant, vt sunt Theriaca, & Mithridation ex vino aut syrupo de fumaria, epithymo violaceo, aut alio quodam diluto, vt naturæ conditio exposcit, aut exercitatio Medico expedire visum sit, in quo mire illum oculatum esse par est, nec à scopo aberrare. Ex decocto vero præstantia sunt, Scordium quod alij odorem refert, Zelandis copiosum, Caltha quæ sudorem elicit, melissophylos, seu melissa, ficus, cepe rubicundum, Spondyli radix, quæ angelicæ ac laferpitio siue ostentio, viribus

*Ignis sudorè
& contagia
elicit.*

*Sim vrbè
vrbè obsidionis.*

*Purgatio,
venæ inci-
sionem præ-
cedat.*

ac facultate par: inter que principatum obtinet Ze-
doatig radix, non cariola, calfa, euania, inodora, mo-
do cum vis passis, & quas Corinthiacas vocamus,
tum memento glycyrrhizę dentibus attrita deglutia-
tur. Hac enim ratione etiam se munire possunt, atq.

illosos prestare, qui morbo pestilenti infectos adire
coguntur, illosq. in spem meliorem erigere, ac me-
appressu ad-
tum animis eximere, tum fiduciam mentibus illo-
esse cogun-
rum inferere, quales sunt ministri Ecclesie, medici,
tur,
chirurgi, obstetrices. In huiusmodi autem tamo-
In contagio-
rum eruptionibus, quas expedit maturius profertur,
sive morbu
non consultum arbitror inter initia pauimenta fron-
dor elicien-
tibus ac vitium pampinis aut capreolis, carycibus,
du.

rosis, myrto, salice, populo, virentique gramine con-
sternere, aut aceto aquaque perfundere, nisi ex im-
modico sudore virium sit defectio: talia enim hu-
mores resillire cogunt, ac cutem meatusque corporis
dentant atque obstitant, qui referandi potius sunt,
naucula fron-
quo halitus contagiosi expirent ac dissipantur quod
de adornan-
ipsum calida potius fomenta, quam frigida prestant,
da.

nonnunquam naribus admouenda, que spiritus res-
creant animamq; calore immodico languidam ins-
staurant, vt sunt rose, violę, caryophylli, caphura,
vinum, buglossus, borago, nymphaea, succinum,
mala citria, cotonea, quorum pleraque etiam intro
Odores spiri-
exhiberi possunt vino incocta, vel Saccharo perfu-
tus instau-
sa, aut in aliam condimenti formam redacta, adie-
rant.

cto croci ac cinnamomi memento, quo illa odore
sapoteque cordi ac palato magis gratificentur, & spi-
ritus collapsos efficacius erigant. Quanquam enim
Medici autē
quando agro-
medici non temere quidquam circa agrotos, inno-
tius gratifi-
uare soleant, ac nelatum quidem vnguem a ratione
canditur.
discedere, in nonnullis tamen iis obsequuntur, vbi
crisis perfecta est, hoc est, certa se salutis argumenta
proferunt, magnaue humorum pars vel sudore
excussa est, vel sanguinis aut alui profluvio com-

Sudor quando maturus assumptus.

mode exhausta: tunc enim aliquando illis vel vna, aqua frigida portionem haud grauate admittimus, tunc stragula, lectulos, tegumenta, conclaue, triclinium mutari sinimus, quæ ante statum ac vigorem morbi, antecrisim ac concoctionem concessa, præsentaneam vitæ perniciem erant allatura. Siquidem leuiter tepor, & quæ corpori adhibeantur fomenta, febrem calidorem maturius euocant atque eliciunt, tum denique ad sudoris ac pustularum eruptionem sunt adiumento, ita ut viscera quæ intus fumis ac densis vaporibus erant oppressa, relaxata per caliditatem cute ac spiraculis, subleuentur ac respirent; hæc enim ratione expedite putredinè discuti, oppilationem amoliti, febrem conuiescere ac sopiri, omniaque mitiora effici cõtingit. Ut enim in cœnaculo aut triclinio fumo oppleto, coniuua suffocari videntur, atq. oculorum iacturam perpeti, nisi reseratis ostiis, ac patefactis fenestris, fumus ac fuliginosi vapores dissipentur, atq. in auras diffusi eualescant: ita quoque in humano corpore cor strangulari videtur ex densis nebulis & humorum caligine, nisi laxatis meatibus ac spiramentis, fuligo & vaporosi spiritus erumpant & foras promaneant. Et quemadmodum in elixandis carnibus sordes & quæ ebulliant strigmentum

Simile à sudoribus adhibere.

Simile à dispumandi carnis.

(*Broem* nostri vocant) adimi debent, omniaque accurate dispumari, ne edulia contaminari contingat, atq. inquinamentis quibusdam seu eluante pollutitia inter iuitia per sudorem, vomitum, venæ incisionem, alui profluuium, congesti in corpore humores expurgari debent, antequam se per venas diffundant, arteriisque penitus in hærescant ac sint infixi: Tunc enim ut macula quæ diu vestibus in hæserunt, agre elui possunt, nec ita facile extra sua conceptacula, in quibus insederunt, exturbari. De barba vero apparatus nam in eo viti decor & ornamentum cõstitit, & qui in capite capilli frutificantur, quibus quoque

Simile à macula sine dicitur.

quod.

quoddam virile inesse restatus est Samson, nec non omnibus seculis plerique alii, qui assatum criniti hirsuti que sunt, hoc commonitos quosq. volo, ne etiam sani sapiens barbam accapillos ad viuam cutem de radi sibi partiantur, aut caput lotione defatigati. Depopularur enim nimius rei vsus vires, atque homines effeminatos mollesque præstat: quin & spiritus ac calorem narium resoluit atq. extenuat, maximamq. audaciæ ac confidentiæ parrem in zdeuntis periculis cordi detrahit, quanquam subinde caput defricati, asperorudique velamine barbam demulcire ac liquamine aliquo absterforio macerare oculis claritatem cõciliat, mentemq. reddit erectiorem, valetudinarius quoque, aut qui paululum modo conuuluerunt non consultum arbitror, statim à recuperata sanitate, nouaculam custrûq. consorium admittere; siquidem humorum fluxiones irritat, & si qua forte in corpore morborum reliquia residues ant, illas mouet atq. agit, recentemque febrem vrincedium sopitum exulcerat; ex huius enim reinnouatione, non minus morbi recudescunt, aut febres residua postliminio excitantur, quam ex cibi potusq. nonnulla intemperantia, aut subuculatum indusiorumq. mutatione.

Eadem ratione in morborum initiis pedes non abluendos censeo præsertim in decocto herbarum que vi attractoria pollent, vt sunt artemisia, pulegiû, caltha, parthenium, vulgo manicularia, tanacetum: lauri folia. Nec balnea quoque adhibenda, nisi expurgato corpore morbi tutor mixta, ac concoctio nis signa appareant, ipsiq. humores fluantes exere tione sint idonei. Alioquin in partes aliquas principes irrumpunt, atq. in strobili motu hinc inde fluctuant. Quocirca quando pedes abluete expediat, obseruandum, aut ab hoc negotio desistendum: in quo impetrita multitudo magno suo periculo peccat, cû nullo

*Barba rasu-
na aliquando
noxia.*

*Frisatio capio-
tu ocula cono-
fert.*

*Pedum lotio
quando adhi-
benda.*
*Balnea
quando adhi-
benda.*

Pedum lotio discrimine id facit, atque in ipso statim mori: in-
quando no-
na.

sultu lotioni pedum insillat. Nam si morbi supra fe-
ptum transuertum consistant, aut fluxiones e capite
in pectus distillent, pedum lotio malum exasperat.
Ita si quem pleuritis infestat, pulmonis inflamma-
tio, angina, tussis, dolor lateralis, coryza, branchos,
raucedo, catharrus, à pedum lotione prorsus desi-
stendum, nec vlla ratione hoc remedium tentare
expedit, aut consultum est, desluit enim in subiectas
partes humor, omniaq; exasperat ac feruora efficit.
In morbis vero qui ab infernis partibus procedunt,
quas diaphragma determinat, nempe stomacho,
ventriculo, splene, hepate, vtero, vesica, renibus, in-
testinis: tuto magnoq; commodo id tentari potest.

Frictiones & ligatura quibus
visis.

præsertim si exiis partibus vel animi defectus & de-
liquium, vel alius quiuus affectus suboritur, in qui-
bus etiam fricationes ac ligatura adhiberi possunt,
tum coxendicibus cucurbitula affigi, aut si res vene-
sectionem exposcat, in pedis pollice, aut circa mal-
leolum, aut popliteum sanguis adimi. Hac enim ra-
tione, vt in ouillo pecore

Georg. 3.

*Profuit intensos abus auertere, & inter
Ima serire pedu sal entem sanguine venam.*

Manus quæ In tremore autem cordis ac palpitatione, in cardia-
do vellican-
da.

ca syncope, in anhelitus constrictione, ac pectoris
angustia, in gutturis ac faucium tumoribus, manus
vellicari debent, ac digiti conficari, præsertim is
qui infimo proximus est, atque anro vinciri solet,
vena media in brachio incidenda ea parte qua dolor
se porrigit, cucurbitula scapulis ac brachiis affigen-
da, cute etiam profundius scarificata atque incisa,
modo corpus sanguine & humoribus redundat at-
que oppletum est, nam macilenti, exhausti, exte-
nuari, fomentis, vino, somno, odoribus, recreari
debent ac refici, vt quibus nihil adimi possit aut
decidi.

*Macilentis
vibit ad
uerendum.*

Quod

Quod miratur a vi atq; incredibili efficacia singula herba
singula propriis, membris ac corporis partibus auxiliatur,
atq; alia in aliam, vires suas peculiari effectu referant.

CAP. IX.

Quo quisque magis erga Opificem, qui singulari *Mirabili*
quodam ratione in vsum atq; vilitatem homi- *Deus in ce-*
num omnia produxit, afficiatur, naturęq; solertiam, *perib. suis,*
quam ab illo consequens est, admiretur ac suspiciat,
commonstrandum duxi, quam commode & apposi-
te, quamq; salutari effectu herba, quarum alię me-
dicamenti alię alimenti, quędam vtriusque vsum ob-
tinent, singulis membris ascriptę sint & assignata,
ita vt illarum vires, ad eas corporis partes deferantur,
quibus natura sunt accommodatę. Itaq; stirpes hoc
insitum habent, eaq; vi sunt imbutę, vt natia facul-
tate nonnullis membris subueniant arque admini- *Herba sin-*
culentur, sic vt preteritis aliis, ad illa se conferant, *gula mem-*
quibus sunt destinatę, ipsaęque membra auidenon *bris cor se-*
solum nutrimentum, sed medicamentum etiam fi- *crata.*
bi salutare & proprium alliciant, eoq; fruuntur. Sic
alię lateri, septo transuerso, pectori, vocali arterię, fi-
quando aliquo illa affectu oppressa sit, adhibentur.
Alię spleni, iecori, renibus, intestinis, vtero, vesicę,
capiti, cerebro, oculis, paribus, auribus, applicantur,
ac medelam conferunt. Nonnullarum herbarum
effectus ac vires in nervos, ossa, medullas, mucleos, *Membran-*
lacertos, chordas, membranas penetrant ac defertur, *is saluta-*
tur, eximia quadam vi, eaq; cuiq; membro peculia- *ria alliciende.*
ri ac propria, qua iuuantis firmandisq; aut expurgan-
dis ab excremento iis partibus sunt imbutę, ita non-
nullę herbe certa membra respectant, illiq; subue-
nandis dedicatę sunt & attributę. Siquidem affecto
iecori Eupatorium, agrimonia vulgo vocata, Cicho-
rium atq; feridis species, inter quas vulgaris Scariola
refertur, Sonchos, cicerbina, oxalis, hircium, vbi cas-
ida intemperies nosā infert, mirifice auxiliatur, & bā

*Epatis qua
conferunt.*

vero frigida affectio huic visceri subest, anisum, ab-
sinthium Ponticum & vulgare, castura: Felli, rhabar-
barum, chelidonia, scammonium, qua flavam bilem
deorsum, ac partem ad intestina, partem ad vesicam
propellunt: Spleni qui velitibus ac cutforibus motâ
iniicit, vbi intumescit hemionitis, asplenium, phyl-
litis, hoc est, vulgatis scolopendria, polypodium seu
filicula, capparus, tamarice amygdala amara, nuclei
perficorum, in expurgandis excrementis, ac coacsi-
vando huic visceri robore adminiculantur. Stoma-
cho ac ventriculo, mentha, macer, mastiche, zinz-
ber, quicquid ex his possit confici. Cerebro rosmani-
ni flos, acorus germana, Virgiliana amaracus sam-
pluchus, vulgo maiorana, & beronica, Stræchadis vi-
traque species, nux muscata, Prænox bacca & radix,
fruticulus qui viscus dicitur. Pectori ac pulmōni hy-
sopus, sarureia, thymbrta, marrubium, tuisslagio, sca-
biofa vel psora, glycyrrhiza, hordei decoctum, vnz
passæ. Cordi crocus, cinnamomum, margarita seu
vniōnes, rose rubentes, citria mala, corallum, hya-
cinthus, aurum, caryophylli, ceratini cordis os. panis
recentis etiam odor, vinum generosum & meracum,
quo cor exhibere sicut ac recreatur Renibus, saxifra-
gia, empetrum, crithmon, litholperma, vulgo milium

*Cerebro
qua consu-
niunt.*

*Pectori
amica.*

*Cordi qua
accommoda*

*Renibus
qua consu-
niunt.*

*Vitro qua
apia.*

*Nervis qua
auxilian ur*

Solis, vesicaria, solani species acino in cerati speciem
rubenti atque orbiculato, daucus, apium horten-
se. Vtero vero parthenium, vulgo matricaria; quod vul-
vam extergat à sordibus. sabina, castamentum, pule-
gium; cunila, thymbra gallicum, vulgo *Seeley*. Sic
quædam in remotissimas intimaq; partes penetrât,
atque ad nervos deferuntur: vti hermodactylus, veri-
bascus odoratus, vulgo herba paralytica, erythroda-
num seu rubea, que ossa pecudum sandicino ruben-
riq; colore imbat, si quando herbam virentem de-
pacti sunt, intacta etiam radice que rutila existit:
quod etiam in elixis decoctisque eius pecoris carni-
bus

bus perspicui potest, & in ouis quæ rubicundo colore *Succinum*
 radices huius decocto vocatur. vt glasto, vulgo *Wael*, *marinum*,
 exruleo: carthamo, croco & ochra luteo. Sic quod
 succinum marinum vocant, aut sperma coeti, vulgo
Walscot ossa fracta, rimosa, fissa, hiantia ferruminat
 seu consolidat cui medicamento eam vini inesse ex-
 pector, vt solidas etiam pyxide: quibus asseruatur, *Mumia*
 penetret ac rosido quodam madore aut sudoriferis *fracturæ*
 guttis irriget. Sic pissasphaltum factitium, quod *apta*.
 Arabes mumiam vocant, ad casus, plagas, ruinas, ad
 loca ruita, contusa, contracta, diuulsa preelare adhi-
 betur: si quidem resinata illa cum carnibus ossibusq.
 humanis concretio obstacles, myrrina: aloes, croci,
 aliorumq. aromatum mixturam, qua obrui ac con-
 diti heroum & aduera solent quod in Christi corpore
 factitatum legimus: solidandi abstringendiq. vini *Quæ viti-*
 conseruitur. Sic ediuersis quædam diaphoretica, hoc *num no-*
 est, discussoria vi numorem resolunt ac sudorem *luntur.*
 prouocant. Nonnulla genuina insitaque facilitate
 vrinam molinunt, ac calculos atterunt, vt petro-
 selinum seu apium domesticum vel hortense, dau-
 cum, fefeli ammi, lapis iudaicus, sanguis hitci, ligusti
 cum compluraque alia. Quædam oculis visum acue-
 unt, vt euphrasia, sceniculus, chelidonium, ruta. *Quæ viti-*
 Alia præsentanea vi venenis obstitunt, vt zedoari *na depel-*
 tum Iasserpitium, scordium, allium, theriaca, mithri- *lent.*
 daticum: tum alia quædam Galeno miris encomiis *Ad Pisonæ*
 decantata. Quædam vi specifica seu occulta pro- *Quæ bilis*
 prietate, non elementari qualitate succum sibi fa- *expurgant.*
 miliarem expurgant. Sic radix Pontica, vulgo rha- *Melancho-*
 barbarum, & scammonium sauam Iuteamque bi- *lia incom-*
 leui educit. Sena polypodium epithymus, hellebo- *modo.*
 rum atram & succum melancholicum, Cuiicos, vulgo *Quæ pituit-*
 Tithymali species pituitam & aquosos humores. *tam ex-*
 Fumaria, cassia, cylindracia, vulgo fistularis viola, *turbant.*
Sanguinem
defecantia.

*Simplicium
libro 3.*

*Alie qua-
litatis in
herbis affe-
ctus, alius
substantia.*

*Semile simili
gaudet.*

*Ratio &
experientia
exiguntur
in arribus.*

pruna Damascena, buglossus sanguinem à focculèta cluue expurgant: Omnia autem medicamenta; quæ purgandi vi pollent, similitudine totius substantiæ, vt Galenus testatur, atque occulta proprietate formaque specifica, hæc ipsa perficiunt. Non enim virtus elementaris, quæ consistit in calidi, frigidi, siccitatis & humidi temperamento efficit, quod medicamentum vomitum excitat, ac vel hunc vel illum humorem educit: sed similitudo totius substantiæ, quæ caloris impulsu ac cœlesti vi incitata humorem sibi familiarem & affinem ad excretionem impellit. Sic Galenus attractionem, substantiæ similitudine fieri asserit, qua indicat similitudinem quandam ac congnationem inesse vtriusque substantiis & eius quod purgat, & quod purgatur: porro cum quod purgatur: pituita sit; id quod expurgat, pituitosum sit necessesse est: quo indicat inter humorem ac medicamentum similitudinem esse ac conuenientiam, naturæque cõsensum, qui qualitatibus primis non asseribat, sed substantiæ. Alia itaque ratione herbarum vires exploranda sunt, quæ qualitatibus vi, hoc est, caliditatis, frigiditatis, aut humiditatis ac siccitatis; ratione aliq̃ efficiunt, & quæ totius substantiæ proprietate, effectusque cœlesti, seu influxu siderum suam vim in corpus exserunt. Illæ enim quæ corporis qualitatem immutant, ratione ac iudicio exploranda: illæ vero quæ quantitatem atque exuberantiam humorem expurgant, experientia atque vsu quotidiano eruenda. Ita in prioribus iudicium & delectus: in posterioribus experimentum exigitur: quorum alterum, vt Hippocrates ait, difficile, alterum fallax & periculosum. Sic purgantia medicamenta & quæ humores è corporibus exturbant, aut denique venenata, quæ corpori perniciofa sunt & infesta, quibus non nullæ gentes, vt alia ferro, in corpora illorum, quos extinctos cupiunt, grassantur, vsu & experientia explorantur.

ploranda sunt, non enim caliditatis ratione id efficiunt; alioqui piper, cardamomum tale quiddam præstarent, sed insita vi ac genuina proprietate. Cui sententia Hippocrates assentiri videtur, cum inquit, Pharmacum cum in corpus ingressum est, primum id quod omnium sibi maxime secundum naturam familiaritate, cognatum, simile, affine est, attrahit atque educit, deinde reliquos etiam humores agitat, eosque ad excretionem impellit. Vt enim stirpes quæ sibi maxime naturali propinquitate coniuncta sunt, alliciunt, eoque succo fruuntur, atque in alimentum transmutant; ita quoque medicamenta quæ expurgandis humoribus sunt destinata ad similia deferuntur, eaque vel per infernas vel supernas partes exturbant. Quocirca nemo ut anile ac ridiculum respuat, quod allegerimus, suo cuique membro peculiâres herbas esse consecratas atque addictas, cum Cantharides quibus est natura exulceratrix, si foris cuti admoneantur, nullas partes internas, Galeno teste præter vesicam exulcerent, adeo ut per stomachum & ventriculum inoffense ac citra lationem deferantur, per hepatis meatus ad vesicam penetrant, nec ulli parti, præterquam vesicæ exulcerante vi infesti sint. Sic succus papaveris nigri, & cicuta cordi ac cerebro: Lupus marinus pulmôni perniciosum adfert: quanquam omnia venena, nisi vomitu excutiantur, aut antidotis, retundi atque hebescere contingat, sensim ad cor penetrant etiam foris admota, quod rabidi canis morsus & salua, quæ vulneri inhaerit, cõmonstrant; nam penetrabili vi, erosa primum cute, ad præcipuas partes vires deuehitur, ac rabiem concitat. In similes causas referri debet, quod magnes, ferrum gages & succinum festucas & quisquilias, aliaque venti ludibria allicit. Siderum quoque influxus in res sublunares infernaeque viam suam efficaciter exserit, Sic Mars fluam bilem concitat. Sa.

Lib. de natura humana.

Simile à terra & fumine.

Cantharis des exulcerant.
Ad Pisonem.

Venena etiam foris admota concitant.

Siderum viis humoribus incurrunt.

tutus melancholiam exasperat, Luna pituita inere-
minto est, Sol & Iupiter sanguini dominatur. Pla-
netarum quoq. vis metallis, lapidibus, gemis, herbis
ac stirpibus omnibusq. subterraneis incumbit, auro,
argento, æri, ferro, plumbo, stanno, & quicquid e
terra latebris, vel in vsum & commoditatem, vel in
luxum & delicias erui solet; quorum quoq. vires &
incrementa à peculiari altro consequitur.

Sexum inesse stirpibus, atq. alias alia affici.

CAP. X.

*Amicitia
Et inimicitia
inter omnia.*

VT homines non eodem sunt erga omnes affectu
atq. animi propensione. tametsi id naturæ ordo
ac communis vitæ conditio exigat, sympathia qua-
dam hoc est, mutuo consensu erga plerosq. afficiun-
tur, illosq. habent deuinctiores ab aliis vero latent
tacitaq. atq. arcana discordia dissident, ac diuellun-
tur, nec sultinent in vllam vel amicitia, vel familia-
ritatis partem adflicti: Sic stirpes & inanimata qua-
dam, insita occultaque naturæ inclinatione non
nulla fauent & amplexantur, alia hostili odio auer-
santur ac refugunt. Vt enim ex innumeris pauca
referam: Argentum viuum auro ita afficitur, seseq.
illi sic circumuoluit, vt nullus eius metalli color ap-
pareat, adeo, vt nisi igne atque aqua forti eximi ex-
terique non possit, ac pristino nitore restitui. Magnes
ferrum rapide ad se allicit, nisi oleo oblitus sit, nam
tunc ob leuorem respuit, nec eius vis in ferrum per-
netrat. Succinum, gagate, adamas attrahendis pa-
leis ac festacis delectantur. omnia, præter ocymum,
vulgo basilicum, ad se rapiunt. In animantibus Del-
phinus piscis incredibili erga homines, atque præci-
pue impuberes, est affectu, illisque colludere gessit,
ac miris blandimentis gratificari. Lacerta, vulgo
Eti esse, viridanti ac procero tergo, conspecto homi-
ne mire gesticulosa est, caudæque agilitate, ac cre-
bro motu & canis animal domesticum, pueriliter
blans

*Argentum
viuum auro
afficitur.*

*Magneti
naturæ.*

*Succini
naturæ.
Delphini
in hominem
amor.*

*Lacerta er-
ga hominem
Audsum,*

blanditur, atque à latitante in herba serpente tue-
 tur. Elephanti hominis consuetudine vnicè frui ex-
 optat, illiq; in omnibus (modo blandius compelle-
 tur, nec acrius infes) obsequitur, atque ad quidvis
 paratus est, alias calcitrosus & retrogradus. Eduer-
 lupus cum homini, tum omnibus animantibus in-
 hiat, Crocodilus, de quo prouerbi-um, Crocodili la-
 crymæ, homini insidias fruit, ac de oratum decer-
 ptamque deplorat. Hiæna qua inuidiosa calliditate
 atq; astutia vocem hominis imitatur, eumq; dilace-
 rat. Gerastes corniculis armata bellua tribui Dan ad-
 scripta, draco, hydra, diplis, cuius morsus, siti atq; iu-
 explebili bibendi auditate hominem excruciat,
 Coluber aspis, viperæ, scorpius; multa alia nocentes
 bestia homini potissime insidiantur, atque venena-
 tos morsus ac lethiferos aculeos infigunt. Vitur au-
 tem plerumq; Deus horum ministerio ad castiganda
 hominum scelera, cum illius verbo ac voluntati
 minus obsequuntur. Cuius rei multa exstant docu-
 menta in Bibliorum historiis. Cæterum herbis quo-
 que consensum inesse ac naturæ cognationem, de
 niq; dissidium ac discordiam plurimæ demonstrant,
 Siquidem cucumeres aquam appetunt, eaq; affluen-
 tius irrigari postulant, adeo ut si paulo remotius ab
 hac absint, eo repant atque emittantur. Econtra o-
 leū respiciunt atq; auersantur, eoq; pfusi gracilescunt
 atque emoriuntur. Vitis vero in oleæ confinio con-
 stituta gaudet, atq; eius insitionem admittit, illiq; ma-
 ricari exoptat. Quercus veto & olea inrer se aduersa
 sissima, tanto & tam pertinacis odii dissident, ut si
 altera alterius ramos attingat, incuruescant ac re-
 torti resiliant alioq; se inclinent. Sic vitis à lauri vi-
 cinitate abhorret, quoniam hæc umbrosa sit, suaque
 calliditate illius incremento officiat; pari est affectu
 erga Brassicam, quæ Caulis nomine vulgo innot-
 scit, quod succum terræ depopulerit, quo destituta

Elephantus
in hominem
obsequium.

Crocodili
lacrime
prouerbiu.

Gen. 47.

Deuota-
ziti lesio
homines
verat.

Num. 27.

Dent. 8.

Ezech. 5.

Herbi co-
gnatio &
affinitas.

Cucumeru
natura.

Vitis oleæ
amica.

Quercus
oleæ aduersa.

olæ aduersa
satur.

Laurus
viti inimica.

Brassica
viti inimica.

Brassica
viti inimica.

Brassica
viti inimica.

Brassica
viti inimica.

Brassica
viti inimica.

Brassica
viti inimica.

Brassica
viti inimica.

Brassica
viti inimica.

vitis arefcit, vtraque enim ftirps humoris eft prævalida. Ita ftirpes aliæ aliarum affinitate & cognatione delectantur; mutuoq; ramorum aut coliculorū amplexu recreantur; aliæ aërfa fe subducunt, nec vlla ratione vitri fultinent: Sic refinata quædam & quæ pingui fubftantia conftât, inter fe conftentunt; hinc pix oleo eluitur, etiamfi veftes ferica, holofERICA feu villofa, quæ flueta vulgo vocantur, deniq; coccina, oftrina, vermiculate; quæque purpura ac murice tinctæ funt, ex ea nauos ac maculas contraxerint. Omnia enim huiufmodi inquinamenta ac fordes butyrum ac oleum tam nitide eximunt, atque emaculant, vt ne veftigiū quidem vllius lituræ appareat. Sic SmeGMA & qui Sapo vulgo vocatur, quo lintea confricata lotionem nitescunt, ex oleo, pingui fuligine, butyro rancido, cineribus picæ arboris conficiuntur. Atqui qui inter tot ftirpium genera tantus eft confenfus & confpiratio, vt inuicem fe amplexari ac tetigiffe geftiant: ita inter eiuſdem ſpeciei herbas, ſexus diſcrimen deprehenditur. Eſt enim inter has coniunctio, & quaſi quædam coniugii ſocietas & communicatio, ſic vt plantæ in alterius cui afficiuntur, confinio conſtitutæ ſpecioſius adoleſcant, ac ſint cum fructu, tam frondium pompa ſpectatiores: languſcant vero & contrahantur, ac non nunquam intereidât, cum ab iſis diuulſæ ſunt, ac diſſociatæ. Atq; hinc emerſit, quod herba quædam, aliæ maris, aliæ forminx nomine deſignentur: forminx quidem quæ minus habent virium ac roboris, frigidaque atque infœcunda humiditate imbutæ ſunt; quo fit vt illo tempore floreſcant quidem, ſed propter caloris inopiam aut debilitatem fructu baccis, acinis, ſemine deſtitutæ ſunt; ita quæ poſt floſculorum deſtitiuita nihil tale exhibent: ſed exile quoddam atque inane fructus rudimentum, quod ob caloris penuriam, ac naturæ impotentiam non perficitur.

Pix oleo eluitur.

Butyrum & oleum fordes eximunt. Sapo vnde conficitur.

Sexus in ſtirpibus.

Quæ herba forminx, quæ maris.

Fragi perda ſtirpei.

mineum sexum referuntur: Maris vero nomine inscribuntur, quæ magis spectabiles sunt ac speciosæ, pompaq; atq; apparatu foliorum ac frondium luxuriant, tum spectatissime adoleſcunt, ipsaq; maturitate fructum ac semen proferunt, quo propagari possint, ac reuiuiscere, quod ipsum alteri sexui denegatum est, nisi forte maris vicinitate blandoq; amplexu fecunditatem adſciſcat, illiq; maritata in semen & fructum protuberet atq; intumescat, quod in palma perſici Plinius reſtatur. Siquidem fœmina afflatu halituq; promanante à masculo concipit, ac fertilis fœcundaq; efficitur: nutante ac prona blandioribus comis, in marem fœmina, qua sterileſcit mascula arbore exciſa: itaq; non sine maribus gignere fœminas Arabes confirmant, concepto flore ac lanugine, aut aliquando puluere inſperſo fœminis. Simile enim quiddam huiusmodi stirpibus euenit, quod galinis, quæ oua quidem absque galli opera edunt, sed quæ animari formatique in pullos nequeant, quantum uis gallinæ incubitu foueantur atque incaleſcât. Nec diſpar eſt ratio in mulieribus, in quarum uteri conceptaculis ex sanguine ac feminali excrementi conſluuio maſſas quafdam conglobari ac concipi contingit citra uiri ministerium aut adminiculum, sed quoniam uirile adiuumentum deſideratur, ac cauſſa efficiens quæ formam ac uitam miniſtrat, ſpirabilemque vim confert, abest, tota illa concretio ac congeries informis eſt atque inanimata. Quoſ circa herbæ vegetante vi præditæ non minus, quam animantes, quæ lubrico udoque ſemine ſe propagant, generandi vim ac uitalem ſpiritum aliæ in alias transfundunt, mutuoque complexu ac concubitu fruuntur, adque idiplum tacito quodam naturæ conſenſu, ac latenti occultaque inſpiratione quam ab aeris ſoliſq; calore cōſequuntur, ac genitali mundi ſpiritu, quo ſtirpes uireſcunt, fouentur, ger-

In herbis affluens ueneris.

Lib. 3. c. 4.

Palma nathinas Arabes confirmant, concepto flore ac lanugine, aut aliquando puluere inſperſo fœminis.

Simile à galinis uis femina quibus mas deest.

Fœmina inſpirabilemque vim confert, abest, tota illa concretio ac congeries informis eſt atque inanimata.

Spiritus mū minant, animantur, florent ac semina fructusque
di omnia concipiunt & proferunt, qua vis toti mundo, omni-
fecunda pra bulq. eius partibus infusa est, qua cuncta continuo
fluit. ta perenneque serie subsistunt. Scite itaque Theo-
Lib. 3. cap. 9 phrastus, tum alii rei herbaria indagatores in ma-
 rem ac fœminam stirpes discernunt, ratione qui
 semine fructuque fœcunda sunt aut effœta & steri-
 les. Sic Paonia maris nomine insignita dehiscenti-
 bus sensim corniculatis folliculis ac siliquis, hic bet-
Peonia semē cis atro colore perpolitus, illic rubentibus ac coco-
spicari si neis spectabilis est, atq; oculos reficit non sine p̄sen-
mam. tanea expurganda epilepsia efficacia: quo blandi-
 mento fœmina destituta est. Mandragora quoq; fe-
Cartic. 7. mina vel sterilis est vel fructu exili. Mascula vero
 mabile blandumq. atq. odoratum pomum profert,
 gallinacei oui vitello assimile. cuius auaritate atque
 illecebra Rachel passa est Liã Jacobi Patriarche con-
Ge. ef. 30. cubitu potiri, quo vt Ecclesiastici quidam scriptores
Augustinus opinantur, fœcunda effici posset & conceptu imple-
in Genesin. ri. Cui rei nulla mihi naturalis ratio subesse videtur,
Manarago- nec verisimile est Mandragoram sterilitatem expu-
ra au corce gnare cum insigniter refrigeret, nisi forte calido at-
plum persi que affluanti, torridoque utero, quem conceptui in-
ciat. idoneū, vt etiam impense humidam testatur Hippo-
 crates, p̄desse statuas illiq; ad temperiem reducere,
 vel etiam quod somnificã vi ac soporata, retinendi
 seminis vim vulua conferat. Huiusmodi etiam se-
 xus discrimen in lauro, palma, corneo, olea, viola lu-
 tea, quercu, multisq. aliis obseruari potest, quarum
 quæ maris nomine designantur, floribus, fructu se-
 mine fœcunda sunt: quæ vero fœminæ sterile fecunt,
 atq. effœta conspiciuntur. Inter syluestres quoq. &
 vrbanas seu hortentes cura atque industria homi-
 num excultas nullquam non tale discrimen specta-
 tur, sic tamē vt syluestres & quæ hoste emergunt, cul-
 tu edomita in vrbanas ac domesticas transeant. Vt
 enim.

enim rusticus quamlibet impolitus & rudis, si in aulam transferatur, cultusq. veltibus adornetur, ac vultus delicato assuescat, diutino vtu & consuetudine in aulicum, virumq. generosum transit, licet aliquando nonnulla rustici incultriq. hominis vestigia se proferant: ita quoq. herbae agrilem conditionem, naturamq. syluestrem exuunt, culturae beneficio atque hominum industria. Econtra urbanae atq. hortenses stirpes siluescunt ac degenerant, nisi diligens cura iis adhibeatur, non secus quam generosi aliquor proceres, qui inter rusticanos homines versantur, frequenti in urbanorum commercio, ab auita nobilitate, à moribus ingenuis, à liberali educatione, ab heroica maiestate, à vitæ comitate desciscunt, atq. ab humano civiliq. cultu ad feram atque agrilem viuendi conditionem deuoluuntur. Et quæ modo in hortensiles herbae ac frutices spectatiores sunt industria cultuq. hominum, atq. magis nrescunt, quam syluestres: ab istis tamen emerferunt ac propagatae sunt, ita vt in easdem rursus descendant nisi excolantur. Ex his coniecturam facito studiose lector, quid cum in rebus omnibus, tum in homine potissimum momenti adferat, cultus atq. educatio, quid corporis ac tuenda valetudinis cura, vt vtriusque partis salus & incolumitas subsistat ac conseruetur, qua profecto nihil homini obtingere potest optabilius.

Muræna quæ Belgæ Fricken vocant, in sumario explicata ruda atq. ardens fit, si vice in sumq. prabent, si ac crescantur.

C. A. P. XI.

MURÆNÆ, Lampetris quæ à fugendis lambentibus que petris hoc nomine appellantur, forma figurataq. corporis sunt affines, licet magnitudine impares, pisculi lubrici longo teretiq. corpore, minutis illis anguillis quæ Belgis *Al* vocantur (nam *Ra* scriptis, *luc* procerior eti.) adimiles septem foraminibus:

Similis à rudo rustic.

Simile à aulico qui in rusticum degenerat.

Herbae syluestres proceres hortensium.

Ab herba ad homines reducenda cuiusdam.

Lampetra ruda nomen sortita. Muræna corporis scriptis.

taua parte distincte. Porrigitur autem iis pisciculis à capite ad caudam non spina, vt reliquis sed neruis cartilagine mollior, quo flexuoso ac viuaci agilitate scil. conuoluunt, agitant, in torquent, in gyrum fluctant: contrahunt, dilatant, subflunt, gesticulantur, prorèpunt, ac serpendo progrediuntur. Nam spiritus vitalis in extrema caudæ parte consistit, qua perimuntur potius, quam contuso capite. Belgis autem *Pricken* vocantur, quoniam acuminato rostro nauium tabulatis, nassis, sagenis, hominumq; corporibus mordicus adhærescunt, vt hirudines, atq; omnia documento scuitiæ, morsu appetant, pugnent, stimulent, decerpant, dilanient: sic quod fumulos ad moueant, atq; aculeatos dentes inligant, *Tricken* vocantur. Pisciculus hic experimentum nobis exhibuit, non cuius, vt opinor, obseruatum, cui etiam naturalis ratio subest, ac fidem factura est, si experiri libeat. Præbet enim pisciculi hoc genus, quod in uersæ candela formam ac speciem exhibet, faculæ aut funalis accensi ysum ac commoditatem, vbi in hypo-causto aut vaporario exsiccatur, vt mos est Belgis haleca seu trissas atq; haringas, salmonem, succidiam, pernas, aruos ouillos, coxendices, perafones, tomaeula, sarcimina fumo indurata, aut Aquiloni, rigido que alicui vento exposta in multam zstatem afferuare; itaque admotus igni pisciculus, aut fomite aliquo accensus, vt sunt stipule aut tramenta quedam sulphure oblita, quorū commoditate candelas sebaceas, cereas, et quas, funalia accendimus, flammam concipit atq; inardescit, eoque tanquam face accensâ, discussis nocturnis tenebris edespasim collucent in heri, ac familiariz, vernarumque miniterium. Cum autem resinata quadam pinguedine imbutus sit, atq; ambiente adipe vndiq; perfusus ac cōstipatus, ita vt etiam in craticula tostus, anguille morte, citissime flammam concipiat, ac tractatis digitos adurat

*Mutanti in
causa spiritus
sui vitalis.*

*Bluena ex
siccata inares
descent.*

adurat, in fumanti camino exsiccat, cōgestis bitu-
minosis glebis & cespitibus, non minorem commo-
ditatem, quam candelæ aut funalis accensi flamma
exhibet. Cum enim neruus, qui spinæ loco illi per-
tergum producit, elychni, hoc est, contorti funi-
culi vicem præbeat, cui tanquam basi erectæ flamma
incumbit, illiq; fomitem ministrat conereta pingue-
do: ac sequi ambientis incrustatio, fit vt igni aut flammæ
admotus, luminosa facie cœnacula illustrat, tamen si
propere liquefat, nec tam diuturnum eius rei usum
præbeat, quam candelæ ex bubulo ouilloque adipe
confectæ, quæ minus dissuunt, ac serius absumuntur.
Quocirca vbi funalia, tædæ, cereæ, faces, candelæ,
lucernæ, aliq; luminaria desunt, in horum inopia,

*Mirana
spina neruus
est, non est.*

pisciculi huius vsu & commoditate vti licebit, præ-
sertim si eo tempore sint exsiccati, quo adiposi efflu-
uiunt & pinguescunt. quod incunte vere ipsiq;que
Martio ac Aprili fieri consuevit, denique appetente
autumno, hoc est, duobus æquinoctiis, quibus nulus
caloris aut frigoris excessus est.

*Mirana quæ
tempore pinguescunt.*

De ovo à gallo edito, & qua ætate, atque annorum decursu id
preferat, denique quid ex ea progeneretur: cum de lapidibus
Gallinaceo, & *Ante gemma.*

CAP. XII.

GAllus inter cicures & mansuetas alites præ ceteris
animosus, atque erecta rubentiq; crista in vertice
insignitus, crocitate sonitu, plausuq; alarum,
leoni ferarum generosissimo atque impauido formidinem
terroremq; incutit: hic tanto virum robore creditur,
vt non facile subigendis gallinis defari-
getur aut lassescat, quamlibet id sepius faceret. Et
cum omne animala coitu, peractaque venere con-
tristari soleat, atq; animo contrahi, solus hic exhilar-
escit, ac cantu alacritatem spiritus restatur; vbi vero
decrepitus esse incipit, ac senectute confici, quod
nonnullis septimo, nono, aut summum decimo

*Gallus leoni
formidabilis.*

*Venerit omnia
animalia ma-
sum efficit,
præter galli.*

*Gallus quo
rempore o
uum edit.*

quarto euenit, pro vitium vel robore vel imbecillitate, aut etiam concumbendi assuetudine, qua nulli nō animantium naturæ vis deijcitur atq; eneruatur, ouum profert æstiuis mensibus, ac Canicula fideris exortu, ex putrefacto, opinor, seminis excremento, aut humorum colluue constatam, forma non ob-

*Basilisci des
scriptio.*

longa, vel ovali, vt gallinis assolet, sed rotunda atque orbiculata, colore modo luteo buxco, flauescens, verticore, lurido, ex quo produci basiliscum, Latine regulum nonnulli opinantur, venenatā bestiam, sesquipedali magnitudine triplici frontis apice, tan-

*An à galli
ono basiliscus
prodeat.*

quam regio diademate insignitam, erecto, infestod; corpore, atq; oculis vibrantibus, quibus obuio halitus contagione conficit. Vulgus in tota Europa ea opinione est imbutus, vt ex hoc ouo basiliscum prodire statuatur, si quando à rubeta seu bufone forū sit: quod an fabulosum & cōmentitium, non ausim certo pronuntiare; hoc tamen experientia comprobatum ha-

*Rei gesta
narratio de
gallio.*

beo: gallum incubari id ipsum perficere. Ita nostra memoria in ciuitate Zirizga, atq; in salæ huius ambitu duo annosi galli agræ etiam sustibus abacti, ab ouo incubatione abigi decessiq; potuerunt: ita quoniam ciues eam persuasionem conceperunt, ex huiusmodi

*Gallo vnde
concreto ouo*

ouo basiliscum emergere, ouum cōterere, sicut gallum strangulari visum est. Quod autem gallus ouum concipiat, itaq; tempore, hoc est, vnde vigesimo die rupta testa excludat, inquisitione dignum. Ego ex congelata intus concreione putri, ac calore ætatis circumfusa resta tale quiddam prouenire imaginor, præsertim cum à concumbendi vsu & consuetudine defuisset; tunc enim excrementum intus cohibitum coagulatur atque indurescit in ouum, quod vbi vel ab ipso gallo, vel alio animante foueri contingit, venenatus ex eo vermis, aut alia quedam virulenta bestia producitur, quam basilisci nomine designant, quod serpentis genus Aphrica, alijsque præuis ac liticulo-

sibi regionibus peculiare. Vt autem lumbrici & vermes humanis corporibus innascuntur, atque ex humorum putredine, caloris beneficio animantur ac viuacem agilitatem concipiunt; vt vespe, scarabai, eruca, mulca ex fimo bubulo, alijsque putridis humoribus enascuntur, cureliones in tritico, teredines in ligno, glande, nucibus, auellanis, caeso caloris atque ambiētis aeris ministerio scaturiunt: sic ex hoc quo venenosus vermis, aut alteri generis nocēs mostrofaq; bestia, basilisco non absimilis erumpit, quae contactu, afflatu, halitu, expiratione, sibilo, obuijs infesta sit atq; exitiosa. Sic ex spinæ humanæ putrefacta medulla anguem progenerati memoria proditum est. Natura autem ac conditionem basilisci, qui ex venenato alimento nocendi vim concipit, clarissimi quique scriptores depingunt, eoq; accuratius, quod visu, halitu, sibilo eminens infestus sit, ac mortem inferat; cum alij serpentes, nisi cominus contactu ac morsu, sparsoq; veneno corpus inficiant. Sic Lucanus cum multa serpentum genera describat, tū basilisci naturam his verbis prosequitur:

*Simile à
vermiculos
vix naturā.*

*Anguis ex
spina homi-
ni.*

Lsb. 9.

Ante venena nocens late sibi submovet omne

Vulgus, et in vacua basiliscus regnat arena,

Sibilatq; effundit cineribus terrentia pestes.

Quo indicat regulam visu obuios quoque percuterē, ac venenoso halitu inferre mortem, antequam venenum corpori propius admoueat. Quod autem vulgus existimet, ac serio sibi persuadeat, in nostris regionibus tam perniciosum nocentemque serpentem aliquando produci bufonis incubitu, ac nonnunquam in subterraneis antris, ac specubus basiliscos inferre mortem hominibus, si quando in ea loca se conferant, anile censeo; cum halitus virosi pavor situs, graueolentia, foeditas quæ à retris horridisq; locis emanant, spiritum intercipient, atque hominem nonnunquam strangulat, quod etiam aliquando

*Basilisci
Syluestres.
Basilisci in
Germania.*

venenatas bestias, que in huiusmodi latibulis deli-
rescunt, petficere nõ est, q̄ quis ambigat. Testantur
scriptores quiddã eruditi in Saxonia Basilisci quoddã
genus syluestre passim conspici, capite acuminato,
colore flauo, longitudine dotantali, h. e. trium pal-
marũ, inusitata crassitudine, ventre maculoso multo
que condidis punctis insignito, tergo caeruleo, cauda
turbinata atq; incurua, hiatu rictuq; oris, p̄ corporis
pportione, immenso, qui serpentes, an inter Basili-
scos referri debeant, non ausim certum pronuntiare,
neq; n. impune se illis opponerent agricolę, qui in-
trepidè fustib. ac tridenti vel furca illos adonuntur,
nulloq; pcepto incommodo, aut halitus contagione
conficiunt. Sunt autẽ aliquot serpentum genera, quę
caulas & stabula funestã, atq; armentis veneno infe-
sta sunt, nempe hydra, aspis, coluber, vipera, basilisco
nocendi feritate ac malitia affines. Quod venuste
hoc carmine expressit Virgilius:

Georg. 3.]

*Sape sub emotu præsepibus, aut mox a tactu
Vipera delituit, calump, exterrita suscit.
Aut lecto assuetus coluber succedere, & umbrę,
Pestis acerba boum, pecorę, aspergere viras:
Est etiam ille malus Calabri in salibus anguis,
Squamis sublato conuolvens pectore terga,
Atq; noui longam mecesu grandibus aluum,
Stagna colit, vipsig, habitans, hic piscibus atram
Improbis ingiuiternansiq; lequacibus explet.
Postquam exhausta pulvis, terra q; ardore delituit,
Exsili in siccam, ac flammantia iaminatar quon-
Sauti agris, oserq; sitit, atq; exterritus aspu
Volatur ad solem & linguam micat ore trifidois.*

Hęc & pleraq; alia serpentũ genera non deesse Ger-
manię existimo, vt etiã aliquam Basilisci speciem, sed
quę non tã exitiali ac pestifero veneno imbuta sint,
q̄ ã que in Africã torridisq; regionibus nidulantur
ac stabulant. Ab horum scũtia atque immanitate,

facta.

sacratissimi olim vates multis locis appositissimas similitudines desumerunt. Siquidem Esaias ad Basilisci partum alluisse videtur, cum inquit: Concepto *Cap. 98.*
 facinore nequitiam pepererunt, oua aspidum, rupe-
 runt, & telas araneæ texerunt: qui comederit de
 ouis eorum, morietur, & quod confortum est, erum- *Esaias occidit*
 pet in regulam. Quo indicat illos in re nihili, nul- *explicatio.*
 liusq; momenti anxie laborare: & quidquid molis-
 untur, noxiū esse ac damnosum: doctrinam quoq;
 eorum plenam esse virulentis, ac venenato halitu
 pernitiem adferre auditoribus: obiter quicquid ab
 iis prodit ac promanat, vt à Basiliſeo ac venenosis bes-
 tiiis, exitiale est & pernitosum. Salomon quoque
 vini intemperantiam quæ mentem in furorem sub- *Prou. 23.*
 inde rapit, ac lethaliter afficit, noxiis infestis que ser-
 pentibus comparat: Non intuearis, inquit, vinum,
 quando flauescit, & cum splenderit in vitro color
 eius: ingreditur blande, at in postremo mordebit vt
 coluber, & tanquã regulus venena diffundet. Vt au- *Simile à læ-*
 tem lupus obuili voce adimit, aut rucedinẽ afflat, *po quis vo-*
 halitus, qui ab eo promanat, contagione: ita quoque *cem adimit,*
 basiliscus afflatu ac sibilò, tanquã emissò iaculo, pau-
 lo etiam remotiores conficit Nec solum homini, re-
 liquisq; animantibus insidiatur, atq; infestus est, sed
 etiam fruges ac sata contactu suo foedat ac polluit.
 Nec est vllum animantis genus, quod aduersus hũc
 serpentem subsistat, nisi mustela, quam Belgæ *Mustela*
Wesel vocant, quæ rutæ esu munita atque armata, *Basiliſeo he-*
 intrepide illum aggreditur, atque extra cauernas ac *stus capitalis,*
 latebras, in quibus delitescit, protractum conerit: *Plin. lib. 2.*
 & nisi mustela demortuo serpente confestim se sub- *cap. 21.*
 ducat, pastuque rutæ rursus reficiatur, ipsa quoque *Rutæ vis,*
 ex aeris ambientis contagione ac foeditate suffoca-
 tur. Quocirca non inconsulte faciunt, qui in cultu-
 ra hortorum huic herbæ præcipuum locum attribu-
 unt, cum presentanea vi venenis obstitat, nec vllum

*Ruta frigida
venena ob-
dusis.*

serpentis genus sub huius vmbra se recondat. Ita si quis mandragoram, cicuta, hyofcyamum, cerusam, papaueris nigri succum, tum pleiaq; alia qua immo dica frigiditate stuporem inducunt, assumserit, ruta succo, eiusque ex vino decocto, reuiuifcit, ac malum discutit. Cicuta quoq; qua Socrates exstinctus legitur, aut si qua sint argenti frigida; que natura, quale papauer, lactuca, portulaca, vim ruta si quando affluentiuss assumpta fuerit, retundit ac reprimunt liquidem ruta affectu feruido atq; vrenti corpori noxam infert copiosius assumpta. Sic obseruauit grassame morbo populari, ac saeuente peste quotquot rutam aceto imbutam identidem naribus adiuuarent. quo acris contagia dispellerent, pustulas in suprema iustimaque labri parte contraxisse, exulcerat enim foris quamobrem carbunculis & bubonibus, aliisque tumouribus, qui in peste se proferunt, commode adhibetur, elicit enim virus, nec patitur intro resilire venenatos halitus. Si ex fermento acris ac salito, con- tusa ruta, ficibus, cantharide, cepe & scylla tollis, calce viua, sapone Gallico, ammoniaci, & theriacae momento emplastrum confici iubeo. quod afflictae parti in aere ad motum, confestim deltescentes ac reconditos tumores perumpit, intro vero exhibitis antidotis. que contagiosam fuliginem à corde dissipant ac discutunt: inter qua praesentanea theriaca & mithridaticū, drachma aut sesquidrachma pondere, pro etatis ratione aut virium robore, ex vino propinatū, aut decocto florum calthæ, que

*Ruta corpori
admoda ad-
mit.*

*Emplastrū
ad tumores
pestilentes.*

*Qua cor à
sul gine li-
berant.*

*Alectoris
gemma qd
praefet.*

Belgis ab aurato Iureoque colore *Goudtblœem* non nominantur. Ceterum cum monstruos hic galli partē, ex cuius ouo basiliscus emergere vulgus opinatur, nullos non terret, ac formidine concurrit, tum lapis alectorius, hoc est, gallinaceus omnes afficit, atq; a nullo non expellitur; siquidem hoc gestamen virile ro-
but

bur adauget, ac cum fortitudinē, tum in rebus agrediendis confidentiam adfert; eximitur autem ex castrati galli; hoc est, capi cui testes exacti sunt, ventriculo, tenui mēbrana aut pellicula inclulus, quarto à quo in spadonem & ex nuchū descendit, anno; gemma hæc colore est pellicido crysalli specie, magnitudine fabæ. Credo autem hanc ex feminali excremento concrefcere, ac conglobari caloris naturalis adiumento. Cum enim natura semen elaborare in hoc alite non desinat, licet inefficax atq. inualidum, ac vires desint ad profundendum excoctum liquorem, in lapidem is durefcit. Sic lac in mamillis lapidesfcit, vbi non emungitur, atq. in apostematum collectionibus, lapidosa quada[m] congeries ac concretio aliquando eximitur. Vt autem gemma alestoria viris fauorem conciliat, atq. apud mulieres gratiosos efficit; deniq. in proferendo viri robore, quod in congressu maritali ac gentili thoro exigitur, si quando procreandis liberis operam impendunt, validos robustosque præstat: sic Aetites lapis in aquilano nido repertus, resonantibus intus minutis lapillis, foeminis lubricis concipiendi vim confert; alligatus pectori aut sinistro brachio, per quod à corde versus digitorum annularem minimo proximum arteria decurrit: quibus partibus si toto gestationis tempore gemma incumbat, foetum fulcit, nec vltus est abortus, aut excutiendi foetus formido aut trepidatio. Ediuerso parturientis femori admotus, expeditum facilemque partum procurat, nulla propemodum enitendi difficultate aut angustia. Quæ res mihi experimento comprobata est: cum enim heroïna quædam tota gestandi vteri decursu, hoc à collo gestamine, commoda valetudine vsa esset, partuque instante gemmam adimere, atque à pectore amouere neglexisset, sensit illico pariendi difficultatem, infantemque tardius desilire; ita de-

*Capo vnde
gemma in-
nascitur.*

*Lac lapido-
scit in ubi-
ribus.*

*Alestoria
gemma vsa
in viro.*

*Aetites la-
pis qua vsa
palliat.*

*Experimens
tum in ma-
trona gem-
ma:
Aetites.*

tractata collo. Fuit gemma, eaque admodum femori
 interna parte non procul à pube leuem placidumq;
 partum conseruata est, itaque matronis salutarem
 eius gemma vltim indicauit, & quando vel pectori,
 vel feminibus applicare conuenit. Qua autem vi-
 sta perficiat, si quis forte requirit, descendiq; est au-
 dus: ego attrahendi facultate tale quiddam præstat.
 cenfeo, eadem qua magnes ferrum, gogares & succi-
 num festucas ac paleas allicit, quod nemini absur-
 dum videri debet, cum vterus exquisita sentiendi vi
 polleat, atq; rebus odoriferis ita afficiatur, vt si eas
 naribus adiuuere contingat, affiliat, ac sursum eni-
 tatur, adeo vt suffocatio mulierculis ac virgunculis
 maturis immineat, nisi confestim amoueatur, & in-
 fernis pudendisq; partibus applicentur; prope re-
 deorsum retrahitur, ac resillire incipit. Quocirca præ-
 gnantes, & quæ gestant vterum, superne fragrantissi-
 ma quæque exigunt, quo spiritus recreetur & factus
 sursum enitatur, aliis autem quæ pruriunt, ac viii
 desiderio tenentur, graueolentia fetidaque nari-
 bus, pubi vero & femoribus suaueolentia applican-
 da, præsentim vbi in vteri suffocatione strangulan-
 tur. Quod si deorsum feratur vulua ac concidat, in-
 ferne, qua tetri odoris sunt, alliganda, superne que
 grato suauiq; aëthari collapsos spiritus erigant. Quod
 si secus ac præpostere ista tententur, exasperari malū
 contingit, ac grauissime hunc sexum affici, nisi viris
 subiciantur, sic vt præter acerrimos dolores, animi
 deliquio periclitentur.

De mulierum natura, conditione, moribus, & cur in seculo, vbi
 incanduit, acriores, quam vir, ita concipiat, ac rixetur &
 normius, multisq; aëthari afflictiuis impertent iuu succumbat:
 ebiter quem sensum habet illud Sapientis Hebraei, Melior
 est iniquitas viri, quam mulier benefactor.

CAP. XIII.

Quod non solum Conici poeta, Oratores, Philo-
 sophi

*Florina
 vna.*

*Quibus se-
 cida, quib.
 odorata ad-
 monenda.*

Ecclesi.

sophi à sincera religione alieni, sed etiam sapientes ac vates Hebraei Dei cognitione affatim imbuti mulieres passim insectantur, atq. exagitant, quarundam improbitas promeretur & nequitia; quamquam nō omnes eodem succo perfusa, nec pari existunt acerbitate atque amarulentia: sunt enim matrona quaedam, quae educationis beneficio multis magnificae naturae dotibus exornata atq; insignita, praestantissimis viris non cedant, nec sint inferiores licet promiscua multitudo ac gregoria mulierum colluuiis procax sit, stolidas, ferox, etiam in reges imperiosa, lubrica, varia, mutabilis, & quod ad carnis illecebras, ac cupidinis incitabula attinet, indomita libidinis, & quae lassata non satietur, sic tamen ut aliae aliis in hos affectus sint propensiores, ac magis prone. Cum autem tam multa passim huius sexus vitia conspici soleant, ac multi matrimonio adiecti de mulierum natura & conditione queritentur, multaq; indigne perferre se ac perpeti apud alios deplorent, nonnullis occasionem praebent, ut ab hoc vitae instituto abhorreant, atq; à foeminae societate, intimaque consuetudine se subducant potius, quam morosam, querulam, amarulentam, atrocem, acerbam perferre cogantur, illiusq. imperio ac minis subiaci. Verum cum naturae ordo, vitaeq; necessitas, tum propagandae successione amor & propensio hominem impellat, ut posteritati consulat, ut sociam atq; adiutorium adsciat, cōsulto faciunt, qui matrimonium adeunt, quo indiuidua societate, ac mutuo animorum corporisq. consensu, vitae cursum placide ac sua uiter transigant. Id enim exigit humanae vitae conditio, nisi per se sua natura repugnet, nec aliud suadeat corporis habitus & constitutio. Quo spectat illa Metelli Numidici apud Romanos laudata conicio, qua ciues (ne Respublica concidat) exhortatur, ut uxorem sibi quisque deligere pergat: Si enim (inquit) sine uxore vita

Mulieres ab omnibus scriptoribus praescinduntur.

Esd. 3. 6. 4.

Matrimonii incommoda. Deus eorum coniugium instituit.

Cell. lib. 1. cap. 6.

Metelli dictum de uxore concidenda.

transigi possit, non inuiti omnes ea molestia atq; incommoditate liberari exoptarent: sed quoniam ita natura cōparatum est, vt nec eam illis satis commode, nec sine vllis vllō modo viuere possimus, saluti perpetuæ potius, qua Reipublica incolumitas subsistit, quam breui voluptati consulendum. Quod si fornicarū ministerium in negotio domestico, ac rei familiaris administratione magnum vsum ac commoditatem sanis ac validis præstat: præfatio valetudinariis illius opera cum primis vtilis est & necessaria. Siquidem, sapiente teste, vbi non est sepes, diffipitur possessio: & vbi deest mulier, ingemiscit agrotus, qui aliena ope indiget, atq; alterius fulciri debet ministerio. Fida enim vxor strenue officio suo fungitur, illiq; rerum domesticarum ac familiarium cura sedulo incumbit, tota mente & cogitatione in maritum assidue defixa, adeo vt si quid incommodi educeperit, si qua clades illata est, si morbi vrgent, si animus moeret ac deiectus est, maximam calamitatis partem in se transferre cupiat; illius enim incommodis non secus, quam propriis condolebit atq; afficitur. Quod ipsum efficit mutuus animorū corporumque consensus & conspiratio, qua ex geminato in vnum, ac velut singulare corpus homo coalescit ac conglutinatur. Hinc scite Horatius

*Lib. Carm.
l. Ode, 13.*

Felices ter & amplius,

Quæ irrupta tenet copulæ, nec malis

Et vultu querimonia

Suprema est, us soluet amor die.

*Mulierū
intemperis
temp. estatis
Gaila.*

Ceterum mulieres omnibus affectionum ac perturbationum generibus esse obnoxias, illasque immane incandescere atque effera, etiam si leuissima causa subsit, quotidiana exempla testantur, ita vt nō minor sit mulieris furor & intemperies, quam cœli atq; aeris, vbi tempestatibus, fulmine, tonitruis exasperatur: quod præter alios sapientia, affectatores

Hebraeos.

Hebræos etiam quotidiano vsu ac vita consuetudine habuisse exploratum, illorum scripta abunde testantur: opinor enim domestica illos ac familiari intimaque necessitudine expertos esse & condocefactos, quid improba ac malitiosa mulier, si quando irritata sit & laceffita, moliri soleat, quas tragedias excitare quam effuse effere scere atque afluare. Sic enim quidam illorum inter cetera concionem suam profequitur desumpta similitudine a venenatis insectisque beluis; Summum vulnus est animi, tristitia, summaque malitia, nequitia mulieris: quoduis esto vulnus, dum ne sit vulnus animi, quæuis malitia, dum ne sit mulieris rabies & nequitia. Nullum colubri capite nocentius, nulla ira muliebrem iram superat. Commorari leoni ac draconi magis expedit, quam mulieri nequam atque improbæ. Cum autem mulier à viro emerferit ac producta sit, animal placidum, mitè, blandum, mansuetum, molle, imberbe, cutesque glabra ac lauore peipolita, & quod tractari à viro gestiat, illique subici; mirari subit, vnde illi tanta ferocia, ac rixandi libido, affectusque tam enormes atque effrenati. Ego vero hæc omnia ex animi impotentis, vnde mentis, ac iudicij imbecillitate in hoc sexu euenire conicio: quo fit vt mulier ira accensa sibi excidat, atque extra potestatem constituta, cupiditatibus suis moderari nequeat, aut perturbatos animi motus minus coercere, aut iis ratione mentis iudicio obfistere, more pueri aut infirmioris aetatis, quæ cum sit rationis ac consilij inops,

Ecclesi. 25.

Mulier quæ
se animal.Mulieris
fragilitas.

vnde.

Horat. in
arte poet.Mulier cum
subito incipit
d se t.

*Gestit paribus colludere, & in arm
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horat.*
Siquidem mens mulieri minus, quam viro robusta, aut fortitudine sultra, animus prudentia tenuiter stipatus, oblata leuissima, nulliusque momenti occasione frenum rationis excutit, sic vt rabidi canis more, decori, sui que oblata, indistincta, nulloque

*Simile ab ignis rebui
Mulier cito
irata, cito
placabilis.
Mulier eur
irata lacry
matur.
Viri qui cito
in lacrymas
prout. Furor
mulieris vn
de emergat.*

*Anno mi-
nus irratat
tur.*

delectu notos ignotosq; adoriatur ac laceret. Quod si quis naturalem rationem exigat, hanc ego huius rei causam refero. quod mulier molli sit carne, laxa. ac fluida, sic vt bilis incensa, confestim se per corpus diffundat ac sanguinis circa cor subitam ebullitionem excitet. Vt enim ignis leuiore stipulas citius corripit, ac sublimem flammam excitat, sed quæ cito conquescat ac sopiatur: ita quoque mulier celeriter ita inflammatur atq; ignescit, mirisq; modis tumultuatur, verum fremitus ac vociferatio in corpore minus forti atq; animoso, tum etiã humido confestim mitigatur ac reprimitur, omnisque ardor & ira effusis lacrymis diluuntur, ac velut infusa aqua deferretur: quod in quibusdam etiam viris effeminatis per spicinus, quorum magnanimitas ac ferocia puerili more, in lacrymas fere desinit, vbi aduersarius acriter se illis opponit. Quod si quis propius rei huius causam explicari velit, ac rationem magis exactam exigat: ego nullam propiorem excogitari posse video, quam humorum virus ac colluuiem, quam singulis mensibus ex luna decursu congerit atq; expurgat. Vbi enim illam irritari contingit, vt leuissime affolet tota illa humorum sentina agitata effumat, ac per corpus diffunditur, sic vt cor & cerebrum huius fuligine ac fauillis affici contingat, ac spiritus tum vitales, tum animales, qui his partibus deseruiunt, inflammari, eoque fit, vt mulieres irritatæ, iuniores præsertim (nam anicula effæta, pacatioris ob menses relictas) rabiose latent ac vociferentur, complexisque manibus indecoros gestus ac fremitus proferrant; & cum ratio in his minus vigeat, iudicium debile sit & exile. mens in ualida, acrius effertur, nec prorsus impetus animi cohibere possint. Et quo quæque in eo sexu vilior est, eo magis tumultuatur atque effertur in implacabili. Hinc plebeis & prostitutis (nam patriciæ aliquando decoro inferuiunt, tamen plerum-

pleramque corrugatis naribus obmutescant, nec viros respōso dignantur, *præterea in Belgæ vocant*) quoniã corpus fere obtinent vitiosis humoribus contaminatum, summa impudentia pari maliitia coniuncta est, ita vt velut furis agitata, nec consilio, ratione, pudore, monitis, blandimentis, quibus etiam ferrum mitefcunt coerceri possunt, quo minus fremant, atque ab infanis clamoribus desistant adeo,

Neg, ius neg, bonum, aut æquum sciunt,

Melus, peius, profert, alfit, nihil vident,

Nisi quod libido suggerit.

Terent.

Heaut.

Scen. I.

Act. 4.

Sic sui oblita fides, decus, pudorem, famam, probitatem, pudicitiam, existimationem vilem habent, ac periclitari patiuntur. Quo spectat illa de humana conditione Salomonis inuestigatio: reuocauit animum meum ad ea eruenda, quæ ratione & iudicio atque experimento assequi possunt, quo exploratum habe-

Ecclesi. 7.

rem improbitatem hominum, illorum insaniam, furorē, amentiam. Et inuenio amariorem esse ipsa morte mulierem, quæ vna est instar venenatorum multorum, & cor eius simile retibus multis, & manus viculis. Laboravi ad hanc vsq; horam, vt mulierem aliquam bonam & cordatam inuenirem, nec successit: ex mille enim viris vnum tolerabilem inueni, ex mille autem fœminis nullam. Nec profus aliena est ab hac, illa in Proverbiis spercontatio, Mulierem strenuam, industriam, fortem, sedulam, cordatam, quis

Rara avis

mulier bona.

Prover. 31.

inueniet? quasi dicat, non facile in vlla regionis parte, in remotissimis terrarum angulis reperiri probam ac moratam fœminam, quæ si forte se offerat, aut commostrari possit, æquari eam pretiosissimis gemis, nec vllas merces, quamlibet raras ac sumtuos, Salomonibus, huic conferri posse aut comparari. Ceterum quo loco explicationem in hoc argumentum incidit, ac fœminæ conditionem excutiendam suscepi, obiter discutiendum, Ecclesi. 2. quid illud Sapientis designet: *Melior est iniquitas*

Sapientia
Hebrae *sen-*
sentia *ex-*
ussa.

virii, quam mulier benefaciens. Cui sententiæ hinc subesse sensum interpretor, vt vir etiam ignauus, inertis, somniculosus, negotiandi omnique meraturæ ac rerum getendarum rudis atque imperitus, paulo dexterius negotia sua perficiat, quam mulier, princeps & reueraria: quæ inani sapientiæ persuasione, atq; inconsiderata confidentia nihil nõ aggreditur, omnia quam vir deterius perficit. Vir enim sui diffidens, cunctanter ac circumspecte, aliorum fultus ad miniculo, quos in consilium ad se scit, singula conbicit atque exequitur, ita vt successum optatiorem consequantur, quam si eadem à fœmina arroganti, ac sapientiæ opinione turgida, vt fere conspici solent, tententur. Siquidein huiusmodi mulieris conatus & industria, magna ex parte in deterius deuegit quod ita effectus solet vulgato idiomate, *Het quæste van en man, is beter dan het beste van een vrouw* hoc est,

Proteribium
Belgicum *in*
fœminis.

Eur fœmina
minus inges-
miosa.

Romanorum
lex de fœmi-
nis.

Pro Mus-
rana.

Pauli de
muliere præ-
ceptum.
1. Cor. 14.

Si quid operis muliebris industria absolarum perfectumque sit, minus laudis promeretur, quam viri rude & incoatum, ob mentis scilicet & consilii inopiam, tarditatem atque heberudinem, ob caloris naturalis defectum & quod animus languidus humide materię incumbit atque immerfus est, sic vt seignius se proferant facultates animæ, atque ad res getendas sint inidoneæ, parumque appositæ. Quocirca Romani, quibus summa fuit ornanda stabiliendæque Reipublicæ cura, matronas, Cicerone teste, propter naturæ infirmitatem in tutorum potestate esse voluerunt, nec vlla ciuili administratione fungi. Paulus quoque, qui mentes hominum in defectu labore ad solidam fidem instruit, ac sedulo pietatis informat; mulier ob animi impotentiam, hoc est, affectum à temperantia ac moderatione auersum, in coetu confessuque solemnii silentium imperat, nec patitur vel concionandi munus obire, vel in comitijs quæstionem mouere, aut suffragiis inter-

esse, vllamq; proferre sententiam. Cum autem tanta sit muliebris natura fragilitas imbecillitasque & imperfectio, vt Plato non citra sexus huius contumeliam, ei fere mentem adimat, ac vix hominis nomen promereri censeat, aut nominis huius honore dignetur; tamen Paulus qui rerum domesticarum tranquillitati paterno affectu consulit, illi suum honorem exhiberi vult, nec prorsus despicit: aut abiectum vilemque censei, cum pari propemodum sit conditione ac dignitate, eiusdemque muneris cum viro particeps, nempe ex eo ab opifice desumpta. Ita vir imago & gloria Dei est, teste Apostolo, mulier viri gloria: non enim est vir ex muliere, sed ex viro mulier; cum non propter mulierem creatus sit vir, sed propter virum mulier. Ceterum neque vir sine foemina, neque foemina sine viro in Domino, qui sic temperat ordinem vniuersi, vt mulierem subditam viro esse voluerit. Quemadmodum enim ex viro foemina, sic vir per foeminam in generandi ratione ac producendis liberis: ita vtrobique ostenditur societas subcidiaria ac mutua vtriusque opera, amor, consensus, conspiratio. Quocirca æquum esse Petrus censei, vt mulieres maritis sint obsequentes, illi vero se commodos præbeant, ac faciles vxoribus. vt vassini infirmiori, leuiore erroes condonent, offensiuas unculas remittant, ad multa conuineant ac mullent: non enim par est, vt vir plus satis in sexum fragilem ferox sit, imperiosus, amarulentus, modo in officio persistat: nec vllam pudicitie iacturam sibi inferri patiatur, quæ macula tamenti viro, vbi resciscit, plus indignationis, quam damni adferat, vt mœchi dicunt, nunquã tamen ea labes in muliere elui potest: aut illatũ vulnus obdaci, quanquam Christiana caritas, ac maritalis amor nõ nimis rigidus esse debet, ac inexorabilis: cum penes Deum sit reconciliatio, ac diuinum numen scelere, impietate, idololatria,

Platonis sententia de sex: mina.
1. Cor. 15.

Genes. 2.

Ephes. 5.

Coloss. 3.

1. Pet. 3.

Adulterii muliebre indelebilis macula.
Mœchi adulterii in loco obdunt proserbiati.

*Mulieres
vnde morosa.*

*Mulier
quando passior.*

*Ecclesiast.
locus expli-
catus.*

Ezech. 16.

exasperatum precibus ac poenitentia placari soleat, atq. anteaq. vitæ errores ignoscere, vbi ea animus respiscens despicit ac detestatur, concepto seruatq; melioris vitæ proposito. Ceterum magna molestia pars in hoc sexu ex gestationis radio, ex lactandi nutriendique molestia oboritur: non minima ex suppressa cohibitaque mensium scaturigine: quæ si stato fixæque tempore profuant, iracundie atq. acerbioris estus excutitur, aversa à corde & cerebro fuligine, tristique halitu discussio, qui fœtum effumare solet. Quam vero placidam ac blandam experietur vxorem maritus, vbi Genialis thorax identidè exornatur, ac concubitu amplexuque frequenti hic fundus excolitur ijs qui matrimonio addidit suat, notus est, quam vt multis verbis amplificari debeat. Quamquam autem verbosus, pauloque fufius Sapiens Hebraei paradoxum, hoc est, inopinatam atque alienam à communi sensu, vulgataque consuetudine sententiam explicasse videri possim, aliam tamen interpretationem comminisci posse video, ita vt is sensus eruat: Porior est nequitia viri, quam proba quidem mulier, sed quæ postmodum caussa fit infamix, & ex cuius commercio nascatur dedecus, hoc est, præstat cura viro improbo contrahere aut negotiari, quam cum muliere fucata rem habere: tamen enim in specie, primaque fronte probitatem ac decus præ se ferre vis detur, nec aliquid fuci aut fraudulentiæ foris ostentare: postmodum tamen inconstantem experieris, versipellem, captiosam, lubricam, fallacem, fraudulentam, atque imposturam intentam, ita vt si vir quispiam alicui imponat, aut in negotio quenquam defraudet, fraus & impostura viri iustitia sit, præ mulieris nequitia ac fallacia. Similes loquendi formulæ passim in Bibliis obuiæ sunt. Sic Deus apud Ezechielem exaggerat Hierosolymæ scelera in immensum, & iustificatam Sodomam ac Samariam pronuntiat

ab ea

Ab ea quo indicat ipsam sceleratiorem esse, illasque gentes superare improbitate, nequitia, nefandisque sceleribus, ita vt Samaritani & Sodomitæ infontes videri possint illi comparentur. Sic in opinionum prauitate ac stabiliendo pernicioso dogmate aut secta, alius alio nocentior ac magis perniciosus, ita vt nonnulli hæretici, orthodoxi videri possint, ac salutarem sanamque doctrinam proferre, si cum aliis conferas, qui magis absurdas, impias, blasphemias, execrandas opiniones stabiliant: quod etiam populariter effecti solet. *De see in een Goddelij Kēndi heyligh man by den anderew*: hoc est, tametsi vterque nequam est & improbus, tamen si ad æquitas normam, ad iustitiam usque omnia exigere velis ac meriti, alter innocens statui possit & absolueudus, si cum alterius sceleratissimis facinoribus conferatur. Ita etiam alius alio superstitiosior, atque à sincera religione ac pietate, cultuque diuinitatis remotior, ac magis alienus:

Sic plerumq; agit at stultos in secta veri,

Polantes error certo de tramite pellit,

Ille sinisterorsum, hic dextrorsum abit, unus vtrique

Error, sed vartu illud ut partibus omnes

Ita virum æque ac feminam inuoluit error, nequitia, dedecus, improbitas; sed ista magis detestabilis & execranda. Sic melior est iniquitas viri, quam mulieris benefaciens, hoc est, vt Belgæ dicunt, *De deucht van een vrouwe is ergher dan eens mans boosheit*. Quo proverbio exaggerant malitiam eius sexus, vt si vitia vitii componantur, ac fraudes, imposturas, fallacias, technas excutias, longe grauiora sint, ac praponderent, quæ à muliere, quam quæ à viro procedunt.

Cur etiam duobus extremis verticibus, quibus oblonga atque angustiore sui parte (vt pelus. At Ethio & Antartice) sabixum sinitur, digitis aut compicatu palmis comminuit frangit, nequeat, quam l. bet premas. Et cur assio acti maceratum; intractabilem reneramq; mem-

DD

*Ezechielia
locus ex
caluo*

*Inter homi-
nes abus alio
nequior.*

*Hor. lib. 2.
Sermon.
Ignorantia
veterum errorum*

patit.

breuius mollescat, deorsus idipsum aqua vitæ, hoc est, vino ac dentur immersum, non secus quam ferrum ab aqua fortis consumatur.

C A P. XIV.

Quum in aceto liquefere.

SI ouum in acerimo aceto maceres quatuor aut potissime septem dierum spatio, proliquois illius acrimonia, putamen eius leuiter in eam membranam teneritatem attenuari experieris, vt per annulum, qui humanis digitis gestari solet, adigatur. Post ratione atq. affectu ouum aquæ vitæ immersum absumi, atq; in nihilum redigi, experimento comprobatum, sic vt etiam aceto perfusa filix, ac topus lapis, cuius opera camentarii parietes incrustant & æternas conficiunt: quale Belgis *Teras* vocatur, liquefcat, atque in puluerem resoluatur. Siquidem vitæ liquor consumens igneaq; vis subest, ac penetrabilis, quæ solida quæq; depascit ac conerit, quo fit, vt qui horum vñ affluentius vtuntur, vt etiam salis immodico & cumini, macilentis efficiantur atque atrescant, profusq; extenuentur: adeo vt impuberum incremento officiant, & quo minus in decorem longitudinem adoleant, prohibeant. Depopulantur enim humorem natiuum, cuius adminiculo in spectabilem decentemq; proceritatem corpus assurgat. Sic humores salii, mordaces, vrentes, nitrosi membranas in corpore, carnes, musculos, nervos, ossa solida, & quæ lapidosa sunt duritie, vt dentes & capitis ossa petrosa, erodunt, atq. vt erucæ caules atq. holera, vt vermiculi ac teredines lignum, ærugo ferrum, excidunt, ac cariola efficiunt. Ceterum ouo crudo tam

*Tophus.
Teras, quæ
ps. spon.*

*Quid homines in aceto efficiat.
Humores prauis ossa corroduunt.*

Simile à vermis.

solidam infractamq; inesse firmitudinem, qua parte in longum, ac geminis vertices se porrigit, vt nea robustissimo quidem viro comminui possit: si cui explorare libeat, non vanè aut commentitium experietur, nisi ouum in obliquum non nihil inflectas, atque in latera inclines, non cedit prementis articulis, nec col.

collisum durissimo obiecto frangetur: siquidem ita renititur testacea illa firmitas, ut rumpi, aut soluta compage dissilire nequeat, etiamsi quis compressis manibus omne robur, omnesq. vires adhibeat, lateribus enim illi patet, vndiq. se fuit: nec intorquetur, aut inflexum lentescit. Sic flues, ligna, trabes, feramenta erecta, ac in sublime cõstituta, immensa pondera sustinent, nec incuruiscunt aut inflectuntur. Cũ aut huius rei non sit ignare villatica mulieres, que nundinarum diebus vrbes frequentant, ac merces alimentarias oppidanis adferunt, oua in canistris non semper pro, aut in aluum depressa, in qua fere sponte decumbunt, sed erecta ac resapina constituunt, ita ut angustior pars que vtrimq. turbinata est, sublimis exsultat atq. eminentior, quod ea ratione ab iis perficitur, quo minus collidantur, ac pondus impositum perferant, quibus etiam partibus insidugine, aut aqua aluminosa immersum stant, que admodũ etiam succinum, vulgo ambra.

Linna mstra natura vs singulis mer sibus, sicu quam alia astro, singulas corpori partes sanas luter et ra. ne, val. tudina- rina mans, esse, nec extra dolori sensum p. rripiat, ill. q. modo duobus, modo tribus, d ebui inbare. Obiter anme parte, cui silus incumbit, into vna incedi possit.

☉ A P. XV.

Sidera vim suam in res terrenas effundere, ortus incrementa rerum, totiusque mundi vniuersi-
tas demonstrant: neque enim otiosa est, inertis igna-
na natura rerum, sed viuida, alacris, erecta, efficax,
magnifq. viribus opifex, cuius verbo omnia vigent,
ac subsistunt, instructa. Nec solum ad oblectandos
pascendosq. oculos (tanquam inanis pictura) exhi-
bita nobis tam spectabilis cœli species atq. orum de-
curfus, ordo, continuatio, series, sed et aliquẽ ex his
effectum atque vtilitatem consequamur. Siquid enim
Deus, qui pro oblectamento ac cõtemplati-
nem

*Onum salu-
gine immer-
sum innatat.*

*Genes. 2.
Is. Sal. 31.*

*Terrena a-
siris obsequū
tur.*

*Natura rerū
astris
subiecta.*

*Mens ab
astris libera.*

*Paulus
Rom. c. 7.*

*Vulnera ex
affectu luna
lethalia.*

*Singula mē-
bra luna mo-
tus perci-
piunt.*

tanti operis quam ex his concipimus, accumulatae fruimur, ad vsum singularem omnia condidit, iplaque serpēs, maria, aīones, flumina, metalla, gemmas, lapides, & quæcūq; vel e terra exiuntur, vel eius superficie exornant, ac varietate rerum distinguunt, iplaque hominum corpota atque infitos humores cœlo subiecit, sicut ex astris aliquam agitationem ac motum impulsūq; percipiunt, atq; effectum experiantur. Nam mentes humanas à cōcretionē mortali solutas ac liberas solus Dei spiritus, à quo decerpta sunt, impellit atq; incitat, nec vllum eis cum astris commercium aut societas, nisi forte contentus & conspiratio corporis, cuius ministerio ac subsidio cuiusq; mens atque anima vitur, aliquando obluētante ratione transuersa rapiatur; ac corporis voluntatibus obsequatur. Ceterū cum luna fidus sit homini familiare ac proximum: terraq; citimum, præ ceteris in corpus humanum vim suam exserit, ac per singulas partes peculiari vi effectūq; voluitur, non sine acerrimo nonnunquam cruciatus seculo. Si quid enim latentis occultiq; vitii vlli membro subest, doloribus acerbè concutitur ac dilaceratur, vellicante illas partes luna vi, aut agitatīs humoribus, qui illi infixi sunt, ac tenaciter inhaerescunt. Ita omnes morbi affectus intemperies, luna vi asperantur atque incrudescunt, vbi articulis insidet, adeo, vt vulnera ægre sanescant, aut cicatrice obducantur, ac nonnunquam lethalia efficiantur, si quando illi membro illata sunt cui incumbit. Pari ratione caput, fauces, pulmo, pectus, hepar, lien, renes, vesica, intestina, tum neruosa partes incommodum percipiunt, aut in iis intemperies ingrauescit, subsistente in iis visceribus sidere: Si pectus adfrictum est, & anhelosum, nerui, membrana, muscoli contrahuntur, ac rigescunt, vbi hac luna decurrit. Humores enim quib. omnia membra imbuta sunt & aluntur, cū salubres,

TUM

tum in salubres & vitiosi, lunæ motibus effectibusq; expositi sunt & subditi. Caterum cum lunæ decursus magna ex parte damna ac detrimenta corporibus infirmis ac valerudinariis inferat, in controversiam ac disputationem vocari possit: an in ea parte qua consistit ac moratur luna, vena incidenda, nam in hac re pleriq; meticulosi sunt, nec tale quiddam tentare audent etiam si morbus urgeat, atque huiusmodi præsidium confestim exposcat. Ego vero intrepide magna que subsidii morbiq; propulsandi fiducia, mature id aggrediendum iudico: ac tamen celeretque morbi nullas admittunt inducias, nullas moras, aut deliberandi spatia: sed vt hostes in bello, vt incendium in ædibus, pestis in vrbe, in agro ac fere gere rubigo & depopulatio grassantur, atque in perniciem properant. Nec quis etiã deteteri debet, aut ab incepto desistere, etiam si aduerso aut maligno fi dere id tentari videatur. Sic in pleuritide, angina, pulmonis atq; hepatis inflammatione, neglecta aëstrorum auxilia obseruatione, ac siderum adpectu, mature ad venæ sectionem properandum, etiam in ea membri parte quam luna occupat. Vt enim ingruente tempestate, ac fauientibus ventis, nauclerus etiam æstu aduerso, ventoq; minus secundo celerissime saluti prospicit, ac fidam turamq; stationem ac portum remis velisq; consequi tentat: vt denique agricola vel sementis, vel metis tempore propere ac festinanter pluuiæ metu, omnia perficit, matura enim satio sæpe decipit, sera semper: ita quoque Medicus ratione atque experientia fultus, prima quaque occasione atq; opportunitate, quam potest expedit, salutare remedium adhibere satagit, ad humorum redundantiam, morbi que ferociam potius, quam ad astra intentus. Sunt quidẽ obseruandi celestium corporum decursus, quos Deus in signa & tempora in annos, dies & menses constituit, sed exulta-

An pars in qua luna est ferro tentanda.

Simile ab externis calamitatibus.

In acutis morbu nã et genda. astra.

Simile à nauclerum industria. Ab agricolarum industria si mile.

Genes. Quatenus obseruanda. astra.

mirraria pronuntiandi vanitate atque impudentia, quæ Elaias ac plerique alii inſeſtantur atque impugnant, proſuſq; indignatur illos de cuius fato, hoc eit re quæ cuique Dei ordinatione conſtituta eſt & deſignata, illi que impendet, de hominum ſucceſſu, & quid illis obuenturum ſit, indubitanter atque exſerte pronuntiare. ſuamque ſententiam proferre. Non eſt in primæ ac præcipui nominis veterum quibus mihi aliquando fuit diſceptatio, qui rerum publicarum progreſſus & incrementa, vel etiam defectus atq; interitus, religionis innouate, vel inſtaurata myſterium, & qui eius cauſa exoriuntur tumultus, & perſecutio, quorum magna ad inſontes, hoc eſt qui pie viuere volunt in Chriſto Ieſu, deuoluitur, ac ſiderum adſpectus ac reuolutiones referunt, eum propagatio Euangelii, quo per ſpiritum domini fides, & qua illi inuitamur, fiducia in mentibus noſtris accenditur, ex diuinitatis arbitrio, ac voluntate patris æterni pendet, ac proſecta ſit, qua ab omni æternitate, vt Paulus ait, apud Deum, qui vniuerſa per Ieſum Chriſtum condidit, abſcondita fuit, ac ſuo tempore reuelata ſiſ, quos heredes conſorteſq; promiſſionis conſtituit per Chriſtum. Sic patefacta veritate, viſum eſt illi coruſcante Euangelii, ac verbi ſui luce, nullo non tempore extirpatis erroribus, ſuperſtitione, idololatria, impietate conculcata, ſyccerum cultum inducere, ſuiq; agitionem hominum mentibus inferere: quod ab illo conceptum, decretumq; & ante mundum conditum, ac cæcæ lum ſideribus illuſtratum. Quocirca deſinant, qui aſtris plus nimio inhaerent, nec altius aſſurgant, aut cogitationes ſuas ad opificem referunt, res cæleſtes, hoc eſt, mentem atq; animum ſiderum inclinationibus ſubiicere, tametiſi enim ſanguis cæteriſq; humores, ſpiritus quoq; cum naturales, tum vitales aſtorum vires induxerit, maniſeſto percipiant, mens tamē atq;

anima

Cap. 47.

Hier. 10.

1. Tim. 3.

E. he. 3.

Religio non
aſtris, ſed
Dei ſpiritus
ſubieſta.

Mens aſtro
loꝝ in Deū
erigenda.
Humores
ſideribus
expoſiti.

animo ab archetypo diuinitatis deprimta, nec fide- *Mens ho-*
 rum vi impellitur, nec vlla ab his, vel in eodem modo, vel *m. d. x. b.*
 commoda percipit: nisi forte cōsensu quodam, cum *astru. aliena.*
 corpore affici statuas. Mens siquidem in homine ra-
 tio, intelligentia, voluntas, fidei cognitio, & qua Deo
 in nitimur fiducia, religionis amor & veneratio, qua
 fammus Dei cultus subsistit ac continetur, ab a ter-
 na illa mentē atq. immutabili emergit ac pmanat, *Mens ho-*
 nec humanus animus vi alia, quam afflatu numinis *minus d. d.*
 ac diuini spiritus instinctu, ad optima quaeq. ac salu- *spiritus, no-*
 raria incitatur. Sic cum cetera animantes natura *ab alivina-*
 impetu ferantur solus homo ratione ducitur & con- *pellitur.*
 silio, modo intra conditionis suae limites consistat,
 nec profus à dignitate & praesantia, qua à Deo ex-
 cultus est, degeneret.

*Consilium quo iuuenibus gratificari soles, vt mature pubescere
 venustaq. lanugine mentum decoctur: ebiter gr. om. im.
 fuiticung, cum crimbue ac capillis non insuta comparatio.*

CAP. XVII.

Puella nobiles, qui primo quoq. tempore maritis *Pa. de. ve-*
 destinari cupiunt, hoc potissimum habent in vo- *nist. i. uen-*
 tis, vt in decentem venustamq. proceritate adole- *nes. v. i. i. a-*
 scant ac iam mature aequa. matrimonio ceteri pos- *videt. exco-*
 sint, atq. à procis ambitu. Iuuenes vero hoc exoptant, *ptani.*
 vt aliquid virilis roboris consequantur, ac mature
 pubescant, mentumq. speciosa barba decoretur. Hoc *I. abert. b-*
 enim persuasum habent praeter Belgas, cetera natio- *m. n. v. b.*
 nes, glabros atq. imberbes, minus virilis roboris eb- *vilis cen-*
 tinere in praestanda Venere, ac procreandis liberis, *stam.*
 ita vt pleriq. grauate suas filias iis elocari sustineant:
 tamen si aliquando secus res habeat, atq. imberbes,
 qui nulla lanugine criniti existūt, in cōgressu ma-
 rituali viros praesent, licet frequentius caloris natura-
 lis inopia illis vires langueant, ac facultates natura-
 les flaccescant, speratq. prolis desiderio fru stentur.

DD 4

*Barba ut
adulescat,
sapius ra-
denda,*

*Capillorum
ac gramis
num comis
paratio,*

Lil. l. c. 7.

*Barbâ qua
præsiani.*

Cæterum qui barbati videri affectant, alendaque barbe studiosi sunt, sæpius illam segetem sibi adiungi patiuntur, quo laxatis spiramentis, atque agitatione crebra excitato calore, qui humorem elicit, affluenti-
us pili erumpant: quod vernis potissimum mensibus tentari debet, quo anni tempore calor & humor in corpore augetur, atque in illas partes diffunditur. Vbi enim sæpius barbam refecari contingit, ut gramina, densius fruticantur pili ac cæsaries, habent enim cines rationem cum gramine ac virgultis, quæ crebrius detonsa ac demessa, celerius succrescunt, ac se proferunt vberius. Quocirca iuueniculis qui nullo sunt barbe apparatu, nec vitili specie, nouaculam cultrumque tonsorium identidem ad mouendum suadeo. Siquidem si mentum ac supremum labrum subinde aqua egelida madescat atque elixetur, excitato calore & humore, qui in eas partes confluit, crinita efficiuntur ac pilosa. Cæterum quo glabriti ac depiles, hirsuti efficiantur, atque eleganti comataque barba nitescant, remedium alias à me descriptum in libro, de corporis habitu, quo iuuentus maturius venusta lanugine cohonestari queat, ac supremum infimumque labrum syluescere, quo socero non displiceat generi cui filia destinanda, quæ nonnunquam non minus appetens est, auidaque sponsi, quam sponsus illius, plerumque in rem voluptariam, quam in dorem intention. Inter ea quæ barbam emolliunt, ac passim obuia sunt, minimeque operosa, mel statuo, butyrum salis expert, succum capere rubicundum, radicem arundinis internodiis distinctam, colore candido: sapore mellito, axungiam melis, vulgo taxii, vel Dau, ursi, leonis, radicem bryoniæ, betæ, raphani, lepidii, liliorum alborum, iridis, ex his linimentum confici potest: Nam mentum eo delibatum primum teneram lanuginem profert, postmodum deorsum promissamque barbam, quæ nec præmature caes-

(14)

ſcat, aqua frigida potius cui momentum vini admixtum ſit, irrigari debet, ſi quando ardentem illam cōtingat, nam calida aut egeſida, hoc eſt, quæ reperiſcit, & rugoſam faciem efficit, & præpropere canitiem accelerat, ſic iuuenibus aqua calida barbæ conſeſſim elicit, proſectioribus vero incanam reddit. Ceterum eunuchis vel natuta, vel quibus teſtes exſecti ſunt, omnia fruſtra tentantur in emolenda barba, ob caloris inopiam, qui humores excitare nequeat, Quo fit vt voce exili exiſtant & ſerinaea, tum corpore glabro, licet antea criniti eſſent.

Aqua calida canam, barbam & faciem rugoſam efficit.

Eunuchis crinitiores.

Quatenus, aut quæ ratione medicina conſeruatricis in peſte atque aeris contagione adhiberi debeat, tum qua hæc vi effectus polleant.

CAP. XVII.

Obſeruavi in Gallia Belgica, graſſante peſte, ac ſæuientibus morbis aliis popularibus, complures diu inuictos ſubſtitiffe atque illaſos aduerſus ingruentis mali contagia, quorundam antidotorum vſu ac conſuetudine, cuius generis ſunt theriaca ardromachi, Galeno miris encomiis celebrata, mithridaticū, ſcordium zedoaria, angelica, laſerpitium, cui affine oſtrucium herba imperatoria, vulgo *Mysteru vortel*, aut magiſtrantia. Verum vbi illos peſte corripit contingeret, nulla remedia tam efficacia excogitare poterunt, quæ morbum diſcuterent; quamliber enim præſentanea antidota adhiberentur, omnia fruſtra tentata ſunt, nec ſuceſſit curatio. Siquidem cum valida eſſet ac furioſa veneni vis, quæ munitum valatumque antidotis corpus inuaſit, illiſque præſidiis in tuenda valetudine nihil effectum ſit, nulla erat aut perexigua in reliquis medicamentis ſpes, ſic vt repropemodum conclamata.

Quæ peſte obijſtunt.

Præſeruatricina carter adhibenda.

*Virg. lib. 2.
Æneid.*

*Una ſata vobis nullam ſperare ſalutem,
Quocirca vbi me ad illos acciri contingat, exquiſi-*

Aliquando in peste non incidendam venam

Non omnia consilia in re medica admittenda.

Pestis ex aeris omnibus emanat.

Pestis ex pravo cibo plebi peccu- laris.

Sacratis te- po- antia. Sicut ut con- tra pestem subsistant.

tissima remedia eaq̃ duplicato pondere exhiberi cu- ro vt, iuxta prouerbium, malo modo malus adhibetur cuneus, ac primum roborato corde, omne virus ad extimas corporis partes elicio, nulla tentata in- eusmodi affectibus (nisi aliter expedire visum sit, & res exigat) venae sectione, ne contagio, vt in fumantibus igne agitato asfolet, latius se diffundat, maiorque in corpore ad praecipuas partes, ad quas omnes venarū atq̃ arteriarum riuū producentur, veneni fumus atque exhalatio se proferat. Quamobrem cū imperitia vulgi multitudo etiam pleriq̃ patricii, nullo discrimine ac discrimine omnium consilia admittāt, etiam cer- douis ac proletarii, magno valetudinis detrimento, hoc cuiq̃ persuasum esse cupio, vbi regionem inua- sit morbus pestiferus, vel ex aeris contagione, qui omnes indiscriminatim, cū nobiles tum plebeios cor- rumpit, vel al menti vitio, aut com meatu inopia, qui postulare vexat, ne quis temere iis antidotis ad- suescat quib. vt solent, atq̃ in corpus admittere pes- ste contaminati, ne desint postmodū remedia, quib. illa expugnari ac confici possint: sed victus tempe- rantia, & frugalitate sedatisq̃. affectibus se munit at tuetur. Hac enim ratione substitisse legimus So- cratem in leuissima pestilentia ac vastitate, qua totam Graeciam atq̃ Asiam exhauserat ac depopulata est, ea vsus moderatione vitae, vt à tanta clade liber per- siterit & immunis. Interim non improbo (quod is- psum crebro factitare soleo) lenioribus remediis im- minenti malo obistere, ac ne vllam contagionem concipiat, corpus obdurare ac praemunire, ita vt ne- mo extra limen pdeat, atq̃ aeri se committat impa- flus aut icinus, modo intemperantia atq̃, ingluuiet excludatur, rebus autem odoratis ac redolentibus, aqua rosacea, vino, aceto, floribus sambuci, ac rubi- tibus rosae medicatis, os, nares, oculos, aures, manus faciem perfundere, atq̃. irrigare, salubre est: fauces

fovere

fovere attrito coriandro, cinnamomo, zedoaria, ca-
 ryophyllis, mali Medici cortice. Hac enim ambien-
 t sacris contraria dispellunt, qua vitro citroq; reci-
 procante anhelitu, cor ac vitales spiritus inficiunt.
 Ego vero cum grassante peste nusquam non intrepide,
 succurrenda plebis ac ciuium studio me conferrem,
 illis praesidiis, ac potissime mali citrei aut eius
 q; citrangulii aut limonis nomine passim innotescit,
 attrito dentibus succulento putamine recens disse-
 cto, me munire soleo, ac coniecta in Desi Opt. Max.
 fiducia pestiferos halitus discurre; nihil enim huius
 pomi cortice, succo, semine magis efficax ac praesen-
 taneum quod Virgilius etiam non subtrahit:

Meluo ferti tristes secros tardumq; saporem,

Filicis mali, quo non praesentium vltim.

Pocula si quando saue inficere nocere,

Auxilium dabit, q; membrum aget atra venena.

Flis adprime tanax, animas q; oleuta Medi;

Ora fovent vltis, ab sensibus medicantur artheli.

2. Georg.

*Mali Me-
 dici aut Ci-
 trei vites.*

Fortissima autem illa antidota expugnanda pesti
 conficiendiq; venens dedicata, parcissime degluti-
 re soleo. Corporis siquidem habitum, eiusq; qualis
 rati, quae in calidi frigidi, humidi, siccis mixtura con-
 sistit, immutat ac destruit, & si qua subest corpori
 humorum redundantia (nisi prius exhibita purgati-
 one) illam vndiq; diffusam inflammant, atq; accensa
 bili febres vrentes excitant.

*Cuius assequenda tanta in numero summa hominum multitudo
 diuersa forma dissimilando, ac tam multiformi diuersaq; in
 facie, vultu, oculis, specie, ita ut nonnunquam ne vicini
 quidem partem conspicerent, ac sibi assementur.*

CAP. XVIII.

VT in natura rerum mira ac spectabilis varietas; ita
 quoq; in specie formaq; humana, calore, vultu, oculis
 liae mentis, oris habitus & constitutione innumerasabilis

Dissimilitudo hominum cui adscribenda,

Imaginatio mulieris multa moritur.

Vitia natura corrigi possunt.

Ut oculorum orbis nigrescant.

mirandaq; dissimilitudo ac dispar conditio. Hanc cum nonnulli ad siderum influxum referant, ego aptius magisque apposite ad feminis naturam ac matris imaginationem referenda censeo. Siquidem mulier in ipso conceptu totoque gestationis tempore ac nouem mensium decursu multa animo concipiat, ac singulo momento in diuersas cogitationes rapiatur, oculis quoque in obuia quæque continenter delixis sit, ut quæ in oculos influunt ac cogitationi infixius inhaerent, in foetum deuoluantur. Cum enim natura muliebris solite formationi foetus insistat, nec aliud quam decentem formam atque effigiem meditetur, omnesque vires eo conferat, si qua species aut simulacrum oculis insuat, aut mente concipiatur, in pullulantem embryonem, deriuatur ac confluit. Interim matres iam recens in lucem edito infanti operam sedulo impendunt, quo corpus concinnum, elegans, venustum, lepidum, speciosum, membris articulisq; distinctum consequatur. Nam puerile corpus ut cera & argilla sequax est ac tractabile, omnemq; in partem flecti potest. Itaq; si os distortum est, atque indecore constitutum: fingunt, conformant, restitunt, vultum componunt, faciem (si ea teretica sit & torua) blandam perficiunt, speciosam, amabilem: oculis decoram venustatem conciliant, atq; ex glaucis seu caecis: quos fere impuberes obtinent, humiditatis ratione, nigros efficiunt, copioso lactis vsu ac potissime, si nutritrix calidæ naturæ existat, ipseque infans in loco opaco ac subobscurato contineatur: nam luminosum conclaue, ac sole vel luculento igne illustratum, tenellis oculis officit: lusciosos vero, paros, strabos, atq; in obliquum obtortos oculorum orbis in suam sedem reuocant inclinata in oppositam aduersamq; partem oculorum acie, ita ut muscoli obruta contrario in naturalem situm redendantur, retortuq; resiliant: nares resimas ac collapsas

con.

contrectatione placida ac molli erigunt atq; inflant.
 Aquilinas vero ac rostratas, premendo ad de-
 centem figuram reducunt, ita vt nali perpendicularum
 à fronte ac supercilis ad supremi labri lacunam tan-
 quam gnomon & recta linea vt solaris aut horolo-
 gius aßolet, nec exorsum nec introsum defixa, por-
 rigitur. Similiter si labra tumida sint & obesa, quod
 à thiopum generi familiare, vt nalis sumus ac de-
 pressus, arte ea tractant, atque identidem premunt,
 quo attenuentur ac subsidant: paritatione metum,
 vel propensum, vel contractum, frontem, caput, ges-
 nas, supercilia deformata, in decoram speciem con-
 fingunt atque artificio habilitate decenter confor-
 mant ita si qua parte claudicat natura, atq; ab opti-
 ma absolutaque formatione alienata est, vt sunt nos
 nulli obtorto collo, varis repandisq; atque incuruis
 cruribus, aut gibbo deformati, huiusmodi errores
 in ætate tenera facile corriguntur, ac membra obli-
 que torta, luxata, suisque sedibus mora, cura atq; in-
 dustria hominum instaurantur. Sic efficit nutricum
 sedula sollicitaq; cura, vt infantes speciose adolescât,
 nec vllis membrorum vitis reddantur obnoxii, ple-
 riq; vero matrum incuria ac supina negligentia non
 solum in deformem ac despiciatam speciem dege-
 nerât, sed gibbosi, claudi, lufci, torui, adipe&uq; ina-
 mabili efficiuntur, atq; ab humani corporis dignita-
 te ac præstantia desciscunt. Nonnulla nutrices plus
 satis sedule atq; officiosæ impuberû iis partibus, que
 micturientibus ac reddendo lotio inseruiunt: quæq;
 aliquando propagandis liberis futuræ sunt vsu, ali-
 quam etiam operam impendunt, quo mature pubes-
 scant, nec à spe prolis excidant, & matrimonio ad-
 dicti pudore luffundantur, si minus strenue officio
 maritali perfungi contingat, cum obseruent acerbas
 contentiones atque intemperies hac de caussa inter
 affines exoriri, ita vt subinde genero diuortium mini-

*Nasi forma
 qua decora,*

*Vnde corpo-
 ris deformatio*

tas.

*Nutricis
nataitur.*

*Pramatura
veneris in-
sommoda.*

tentur, nisi se virum præbeat, ac melius nuptæ gratie
ficeret: quanquam hoc melle & effœminatum nu-
tricum officium improbare soleo, cum impuberes hæc
vellicandæ mentule ratione intempestive ac præter
ætatis rationem, cum nondum virili robore polleant
in Venere incitentur, eaque præfidia consumant,
eos humores ac vitales spiritus profundant, quibus
postea validos vegetosque liberos possent procreare:
eum intempestiva Venere, vel nullos vel staccidos
proficiant, minusque vitales: Quocirca consultum
arbitror, ne pramature ex se natos coniugio alligari
patiantur, nisi vires robusta sint & confirmata, ubi
lumque in matrimonii societate insultum perferte
possint, quod ipsam ætati tenera denegatum est, ut
quidem prima quoque impressione labascunt, atque
uirantur præstat eum ut sponte sua, ipsoque naturæ
impulsu abdite partes targeant potius quam ali-
qua illecebra incitata.

*Multa animalium, piscium, & verum, insectorum genera absq[ue]
semine procreant, ut etiam hircos, mulos, & animalia aliq[ua]
animalia insidiat uti et, ac modo absq[ue] semine masculi opo-
ra concipere.*

G A P. XIX.

*Multa ex
sordibus ena-
ta.*

MULTA emergere ac propagari in natura rerum
sponte, nulloque alterius complexu aut fortuna,
ex sordibus ac putredine, ut glres, scirces, cochleas,
limaces, cucucas, bruchos, vespas, crabrones, cinices,
raas, blattas, bufones, anguillas, in corporibus huius
manis vermes, licet intrinsecus seateant, quo post-
modum numerose sobole se propagant, quotidiana
exempla commoustrant. Inter herbas quoque multe

*Quæ cornu-
la ore concip-
iant.*

ex limosa terræ pinguedine atque vligine progermi-
nant nullo sparsæ semine, aut comitis solo, subasla-
que scrobe plantantis vi sunt z zania, soliu, vitica, o-
leaster, alga, & q[ui] in alio sponteque virescunt gramina.
Ita sunt apud Belgas cornucole, quæ non modulas vo-
cant

cant petras, quod in prærupis faxis atq; excauatis
 petris, non in arboribus nidulantur, vulgo *Stecca-*
ne, qua se uos inuent ceterarum altum moro,
 quod passim in gallis multique aliis auibus obserua
 mus, que in dorsum insidentes, compressq; temelle
 corpore Venere in perficiant: sed in conuiuentibus
 fixi q; oculis sese obtueantur, ita vt foemina ex maris
 oculis obtutu continuo lacrymas, ac rosidas guttas
 eliciat, quas absorbet, atq; ex his, vt existimât nonnulli
 concipiunt. An vero ore concipiant ac pariant, vt
 apud nos sepia, squilla, loligo, locusta, polypus & ga
 leus, piscis plebeius, vulgo *Hoye*, cute scabra, qui tunc
 etiam in fove piscario euomit, non animum certo
 statuere. De galeo vero pisce nihil exploratus, nec
 magis compertum, ore illum fetu effundere. Cum
 enim nuper rusticus quidam aliquot galeos vili præ
 tio entos humeris geitaret, spectantibus ciuibus ac
 popularibus, creperunt ex hiante ore aliquot pisci
 culi, ita vt rusticus a plebe iratus, ac fastidio affectus
 erga pisces illos offerquilinium abiiceret. Est autem
 galeus alterius differentia, leuore perpolitus, cute q;
 molli nec scabrosa, qui circa vmbilicum dehiscente
 ruptaque aluo foetum excutit, ita vt longo omento
 maternis visceribus adhærescat. Audiui enarrantes
 piscatores fide dignos, vidisse se recens è mari ex em
 tos subductosq; galeos dilatatis faucibus, orisq; hias
 tu senos septenoscq; pisciculos eleuisse mire agiles, ita
 vt confestim in mare coniecti se natatu exerceant:
 quemadmodum videmus pullos testa exemptos scul
 pturæ ac rostro quæque impetere. Hoc autem ad
 miratione dignum, cum galeus piscis per oris hia
 tum pariat, pisciculi alium materni identidem sub
 eunt, vterique latebras repetunt, ac subde intra vi
 scera se recondunt, mox lubitantes erepunt, p. Flu
 tarach admiratus palei paterna quædam inuicem ab
 gena, nulli animalium palma eodem, quæ per uul

Galeus piscis.
ore parit. Ex-
qui alii.

De inducriste
animalium.

mox animalia aquatilia, numeroſo partu non foſis,
 vt cetera, ſed in ſe ipſis edunt, educantq; ac geſtã in
 vtero, velut ſecundo quodam partu, ac vbi adoleu-
 rint, euagari patiuntur, ac rurſus per os recipiunt, in-
 colendumq; corpus præbent atq; inibi taſtiſperho-
 ſpitiũ ac refugium, cibumq; indulgent, dum ex le-
 ſe præſidium ſit, & natandi pericia penitus ſunt inſin-
 ſti, quod quo expeſſe conſequantur, & ludere &
 natate docent, tũ voluere ſe atq; agilitate inſueſce-
 re, quo tutius aduerſus marinas beluas periculoſe
 ſubducant. Sunt autem in noſtro mari multa Galeo-
 rum genera, quorum alii alii artibus ſunt inſtructi,
 inter hos Galeus glaucus à colore, Belgis *Sprinkhage*
 dictus, quod incredibile agilitate quatuor cubitoꝝ
 altitudine è mari exſiliat, ac ceſterrimo cuiſu extra
 periculum ſe ſubducit, ne præda ac lanienã pateat,
 eſt nobis etiã Galeus maculoſo ac variegato tegmi-
 ne, velut nigris guttis inſperſo, noſtrates *Goffickel-
 bey* vocant, quemadmodũ videmus canes & equos
 maculis inſuſcitos; hunc noſter Geſnerus ſub carni-
 culã ſaxatilis nomine depingit. Aduerſatur etiam in
 forum piſcariũ Galeus Centrina, vulgo *Sneerhays*
 quaſi dicas, lanceatos aut aculeatos galeos; nam duo
 bus in dorſo aculeis armati ſunt, quibus hominibus
 periculoſo vulnere inſeſti ſunt; noſtrates aculeos hos
 argento incluſos expurgandis dentibus accommo-
 dant. Hac de aquatilibus, qua ore concipiunt & pa-
 rent, noſtratibus compertiſſima. De cornicularum
 vero conceptu, qui ore, vt fertur, perſcitur; non au-
 ſim indubitanter quiddam pronuntiare; cum ille
 columbarum naruram mihi exprimere videantur,
 qua roſtro ſubinde ſe baſiant, ac quodammodo of-
 ſcula ſigunt, vt proci amaſſis at nouis nuptis. Vnde
 in illos, qui fatiſ inter ſe iuuenantur ac laſciuntur, at
 que identidem in ofcula atque amplexus prorunt

Colum

Columbare prouerbiū iactare solet, ac Columba-
tinū se inire atq. amplecti: Quod Belgice *Duuecken* *Columbare*
à columbarum gesta, dici solet, ita ut incunte vere *columbarum*
illa sint Veneris præludia ac velut proœmia. Non de-
sunt Plutarcho teste, qui mures citra virilem operā
concipere ac grauidos effici asserant, si crebro salem
lingant: Virgilius quoq; huic rei quiddam non ab-
mille memorat de equarum conceptu:

Georg. 5.

Silicet ante omnes furor est in signis equarum.

Continuoq; avidis ubi subdita summa medullis.

Vere magis (quia vere calor redi ostibus) illa

Ore omnes vesæ in Zephyrum flant rumpbus altis.

Exceptamq; leues auræ, et sape h. e. vllis

Coniugiu vento grauida, mirabile delitu,

Disfigunt.

Non dissimile quiddam equino generi euenit quod
nonnullis famelicis qui nidore culine saturantur, at- *Simile à fa-*
que alimentorum penuria odoribus rescinduntur, aut *melicis.*
puellæ nubili, cui cum amasio frui negatum est, illum
tacite fouet gremio, illum animo menteq; etiam abs-
sentem concipit, ita ut ex crebra imaginatione mas- *Imaginaria*
sam quandam informē concipiat; conglobatis colle- *uenus quid*
ctisq; in ijs partibus humoribus, qui conceptu i in- *in utero mo-*
ferunt, quæ informis concretio imaginaria Venere *liatur.*
perficitur, nullo conceptu, iriq; opera.

Manus vel ab a corporis portis frigore gelu, aut pruinis obstu-
palescentes ac rigida, ut resoluantur; ac calore rursus imbuta
resuscitant.

CAP. XX.

Contingit aliquando coelo aspero atque in- *Frigore obris*
clementi, flanteque hybernis mensibus Aquilone, *rescunt cor-*
aut vento alio rigido, quo omnia passim concreta *pora.*
conspiciuntur ac conglaciata, hominibus etiam ma-
nus, partesque alias corporis intolerando cruciatu
obrigescere ac stupore affici, ita ut emortuæ deci-
dant, vel sectione adimi debeant, atque yt aresten-

EE

tes rami, detruncari, ne pars sana inficiatur. Vbi autem tale quiddam incidit ut ijs affolet, qui per loca gelida ac pruinosa iter faciunt, aut illisa naue, tabularis insident, ac fluctibus hinc inde iactantur, non confestim sic affecti igni adiuuendi, sed paulo remotius ab hoc collocandi, ne dolor repentino atque inmodico calore exasperetur atque in crudefeat. Interim affectæ partes placida mitique frictione demulcendæ defricantis manu oleo chamæmelino, aut anethino vel amygdali non perfusa, mox aqua egelida fouendæ, aut lacte bubulo tepenti ac recens muldo, cui incocta sunt, lauri folia viridia, quæ oleosa sunt, rosmarinus, salua, stæchas, spica celtica vel lauedula, quo reuocari sanguis possit, ac partes emouere reuiuiscere. Omnia autem hæc sensim perfici debent, ne dolore irritari contingat. Nemo autem, opinor, non aliquando in se expertus est, quam acerbo dolore articuli neruorum ratione, qui exquisitissimo sensu pollent, afficiantur, ubi intensiore ac penetrabili frigore recalescunt, vel extincto vel refugiente ad intimas partes sanguine, ita ut primo frigoris occurfu rubescant manus, mox frigescente sanguine liuescant atque emoriantur, vitali spiritu ac sanguine destituta. Quocirca molli agitatione vellicandi articuli, atque adiuuendum liquamen, in quo decocta quadrupedum in resina, pedes, farcimina, omasa: quod in omnibus vrbibus passim obuium est ac parabile: in quo liquamine, vt etiam lacte bubulo elixari possunt herba paulo ante memorata, quo postliminio calore viuifico membra imbui queant atq; in saurari: fount enim membra huiusmodi fomenta ac roborant, doloresq; mitigat, vt etiam therma, hypocausta, aquæ dulcis balnear partes quoq; sic affectæ, modo ne prorsus frigore rigescant, ac nonnullus sanguis subfit, aqua gelida immerfa, eaq; subinde irrigatæ, in pristinum vigorem restituantur.

*Frigus in-
mice neruis
& ossibus.*

*Membrâ fr-
gore oppres-
si qua au-
xilientur.*

*Nix & aqua
gelida odore
excitantur.*

tur, ac sensim incalescere incipiunt: per antiperistalsim. n. seu contrarium expulso frigore calor inducitur: quod ipsum experiri quisque potest, contredatur niue aut glacie; confectis enim manus feruescunt ac robore suffunduntur. Sic poma cōgelata, in aquam frigidam demersa ad naturam suam redeant, totaq; illa congelata concretio liquefcit ac resoluitur. Ita glacies in pureum dimissa, euefcigio liquefcit ac diffunditur. Sunt enim aque puteales hybernis mensibus calore quodam imbutæ, vt penuria ac subterranei specus: a stiuis vero mensibus intensissima frigiditate. Ceterum quo ab internis etiam partibus ad externas calor & vitalis sanguis propellatur, intus exhibendæ forbitio nes ex vino ac calorificis reb. cōfectæ quib. natius calor, vt ignis sopitus exuscitari posset; propinandum quoq; ex vino lectissimæ thesiaz momentum, foris corpori applicandæ lagenæ stannæ aut fictiles aqua calida oppletæ, in qua herba incoctæ sint, quæ sudorē eliciunt, ac corporis spiramenta relaxât, vt sunt sceniculus, apium, palustre, ligusticum, olusatrum, & smirnum, lauri folia, melissa, angelica, ruta, origanum, satureia, &c. q; ipsum etiam in peste facillime soleo, quo à corde omne virus & contagio discutiarur. Quod si quis à naufragio in litus eiectus, præter membra artusque frigore rigentes aquam etiam marinâ assatim hauserit, quæ vinam affluenter puocant illi exhibenda, & ne salugo internas partes exulceret, potiunculam confici iubeo ex hordeo sicibus, vuis passis, semine anisi, sceniculi eiusq; radice, ac rubenti cicere, addito radice glycyrrhizæ momento: hæc enim marinæ æquæ ardorē atq; acrimoniam retundit partesq; exulceratas lenit ac mitigat. Quod vero ad cibrationem attinget, omnia fallâ acida, acerba, aeria emittentur: Aqua mellis, lactis, bubuli potus cum modico sacchari, ne coaguletur, præclare ijs auxiliatur. Prifana &

*Putei astate
frigidi, hyeme calidi.*

*Lagenæ cori
pori applica
te sudorem
eliciunt.*

*Naufragi
qua ratione
restaurandi.*

*Potio sola
tari qui ma
rinam habet
ferunt.*

Veterata cuiuscumque ex hordeo conficitur vel in sorbitionis, vel pulmentarii aut cremoris modum mirifice confert. Quod si cutis foris (ut assolet) exurenti salugine erodatur, linimenta ex recentibus butyro, adipe suillo non salito, axungia anaris, anferis, gallina, vnguento rosacco, atque populo nigra, vulgo *Topeltier*, admoenda.

Vnde exoriantur atque emergant in homine conscientia simul. Et an, ut affectus et animi perturbatione humoribus adferri bendi: an in animo mentes, ac voluntate consistant.

C. A. P. XXI.

Conscientia,
quid.

Conscientia, hoc est, bonorum malorumque in cuiusque mente restitucio, qua recordatione quadam actorum, recte facta approbat, vitiosa ac nequiter transacta arguit ac detestatur, omnibus à Deo insita est. Ita pura atque integra mens nullius sibi criminis conscientia ex bene actæ vitæ recordatione emergit, perturbata autem, tumultuosa, pauida, inquieta ex scelerata vitæ consuetudine oritur, seseque vel inultis profert, sic ut nonnullos in desperationem ac diffidentiam impellat, ut Cain, Saulem Regem, Iudam,

Conscientia,
vis.

alios in spem ac fiduciam consequenda salutis erigat, ut Dauidem, Petrum, Magdalenam. Homo itaque angore quodam mentis atque animi cruciatu afficitur, si quando conscientia patrav sceleris memoriam animo obicit, vindictæque metu terret ac concutit.

Timor
quando salu
sa, ac respici
entia caus
sa.

quibus stimulis mens nonnunquam in Deum erecit, ut in filio prodigo contigit, respicit ac disculsa trepidatione, tranquillitatem consequitur, sicut mens rursus exhilaratur atque erigatur, ac diffusio per corpus sanguine erecitæque spiritibus qui paulo ante sopiti erant, color efflorescat, qui tabescente corpore, contradictione moerore animo exstinctus erat atque exsanguis. Cum enim se proferant vitia affectusque animi in vulnere corporis habitur, si quando aliquid latentis occultique facinoris in mente sedet, huiusmodi fere homines, oblata vel levissima

occa-

occasione expallescunt, tumultuantur, æstuant, contremiscant, suspitiosi sunt, gembundi, taciturni, suspiciosi, exanimés, variisque cogitationibus distrahuntur. quod vt Dauid ait, peccatum iugiter animo obuerferetur; ira vt non pro voto aut animi sententia excuti possit, aut obliterari admitti criminis recordatio. sed subinde recrudescat ac redintegretur: quo spectat illa Dauidis precatio. cū in tali affectu esset constitutus, atq; huiusmodi fluctibus æstuque iactaretur: Redde mihi letitiam salutaris tui, ac spiritu principali confirma me. Tum illa cum animo suo expostulatio vel potius deploratio, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi Rursus parta animi tranquillitate, discussaque merore: Introito anima mea in requiem tuam; etenim Dominus benefecit tibi; dedit letitiam in corde Ita si omnia nobis aliter peracta sint, quam æquitas exigit, ac praua voluntas, ipsaq; in malum inclinatio alia quam intellectus concipit, mens dicitur, suadet ratio, impellitur, postmodū excruciat animum hominis male actorū recordatio. Cum alii septi ac muniti conscientia fiducia, ac mentis securæ testimonio fulti, nihil metuunt aut exhorrescant, nec ingruentibus etiam calamitatibus, peste, bello, fame, rerumque penuria, persecutione tyrannorum sœuitia deiciantur aut labascant: tamen si enim ea sit humana naturæ fragilitas, vt nemo inopinato insultu concuriatur, cuius rei Christus specimen edidit iam iam immolans: vir tamen integer & qui propugnatore Deo nititur, impauide atque intrepide aduersus immensitates tempestates subsistit illoq; munimento ac presidio se fulcit ac tuerur. Sic Dauid angustissis vndique circumseptus, inuictum infractumque animi robur periculis opponit. Spiritu siquidem potenti fultus ac vallatus, confidentius loquitur: Etiamū consistat.

*Psalm. 50.**Psalm. 43.**Psalm. 4.**Conscientia
fiducia quod
efficit.**Matth. 26.**Psalm. 16.*

Cap. 13.

aduersus me castra, non timebit cor meum; etiamsi exurgat aduersus me praelium, in hoc ego sperabo. Similiter Iob. Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.

Prou. 12.

Impii vero, scelerati, fontes, nefarii, facinorosi tametsi septi sint ac stipari magna clientela, muniti opibus, aucti latifundiis atq; amplissima agrorum possessione, rerumq; omnium affluentia fruuntur, carnisificam tamen animi percipiunt, omnia metuunt atq; exhorrescunt, ipsaq; mens conscientia scelerum tanquam gladio; vt Sapiens ait, pungiur. Cum enim subit animum malefici recordatio, confessim tanquam furis agitati, contremiscunt, pallescunt, circū spectant, omniaq; vel tuta timent. Est enim cuique

Lex natura
quid.
Rom. 2,

natura in fitus delectus rerum, iudicium, boni mali que discrimen, impressaq; Dei notitia, quam Paulus appellat legem, seu instinctū ductumq; naturæ, qua scemur ad honesta, auersamur turpia, attestante, vt is ait, cuiusq; conscientia & cogitationibus inter se accusantibus aut etiam excusantibus. Magna itaque in omni vitæ actione vis & effectus conscientia, sic vt homo quamlibet atrocia illi impingatur, constantiam teneatur, semperq; in proposito susceptoque nillo persistat, nihil metuat, non contremiscat, aut vllis vitis concutiatur, si nihil commiserit: qui vero aliquo crimine contaminatur, aut labem aliquam in mente conceperit, pœnam continenter ante oculos versari imaginatur, paratumq; interitum.

Conscientia
speciem cor-
poris immutat
sat.

Timor enim, quo & sanguis se recondit, ac spiritus confopiantur, ex peccatorum conscientia exortus, homini mentem eripit, ac vultum totiusq; corporis speciem immutat: ita etiā in medijs delitijs, in tripudijs, in symphonijs, in amplexu; coniugis, carnificinam ac morsus animi experiuntur: cum vitæ integritas omnia pacata efficiat, tranquilla, placida, quietaminiq; turbulenta aut tumultuosa. Quod vni argumētū esse potest, mentem hominis à Deo pro-

Argumentum
vultus
dum immer-
gitur.

quidē.

fluxisse, illius vi incitati, illius spiritu & afflatu impelli; deniq. superesse à morte animâ. quæ reuolutis annis, vbi supremo iudici cum hominib. disceptare visum erit, corpus postliminio est amplexura. Mane

autem atque antelucano magis elucet ac se profert conscientie vis ac stimulus, dissipatis fumis ac discusso fuliginoso vapore, quo mens ex hesternis ac pridianis vel actionibus, vel epulis, symposiis, cruditate, crapula, ingluuie, a se fuit oppressa: ita vt eo potissimum tempore subeat animo anteaq. cogitationes, eaque in mentem recurrant, quæ detestari solet, vel improbare. Sic Propheta, Mane exaudies vocem meam, Mane adstabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Mane, mane eriget mihi aurê Dominus, De mane vigiabo ad te. Iustus tradet animam suam, vt vigilet ad Deum, qui fecit illum, Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Ita euigilatis ieiunis, impransis, abstemis magis se ingerunt conscientie affectus, ac Deus dilaculo autem homini vellicat. Quis enim vino obrutis, crapula, ingluuie, ebrietate oppressis cultus adferri possit, aut salutaris vel admonitio vel assuetudo adhiberi? Ita noui plerosq. quibus cum identidè laborari soleat ac repullulascere rei male adq. recordario, vino affatim se obrutisse, ne obreperet animo ac tacite se inflinaret facinororum memoria; quamquam posttidi e malū recrudesceret; ac mentē ob cruditatem satius infestaret. Simile enim quiddam his euenit, quod morbo infectis, qui non deregunt, sed celant vlcera ac tumores quibus scelerant; quo fit vt acerbius in eis dilaniari illos contingat. Ad quod exemplum alludit David cum inquit: Quoniam tacui, inuenerunt ossa mea, dum clamare tota die: ita peccatum, terror animæ, mentis inquietudo, conscientie angustia confessionē sceleris extorsit, & tamen non induci potuit, vt commissum scelus, confiterer, ac pœnitentia id expiarem.

EE 4.

*Conscientia.
quo diei
tempore se
profer.*

*Cur mane
se profert
conscientia.
Psalm. 5.
Esa. 50.
Esa. 29.
Eccl. 39.
Psalm. 20.*

*Simile ab
agroth.*

Psalm. 31.

*Locus Da-
uidi expli-
catus.*

*Quib. deest
conscientia.*

*Simila à re-
gibus.
Mat. 23.*

Job. 13.

*Tibi locus
explicatus.*

*Simile ele-
gans ab are
aiteno op.
pressu.*

Ceterum multum momenti adferunt in permanen-
da mente, in excitandis sopiendisque conscientia mo-
tibus, vitæ institutio, corporis habitus, insiti humo-
res Sic nauta, milites, baiuli, caupones, trapezita, v-
furarii, lenones, plerique negotiatores seu minuti
mercatores non magnopere mouentur conscientia
impulsu, ita vt eam largam sint consequuti, & qui
vt laxiora ac patientiora retia, omnia transmittant,
colantes culicem camelum, & vt Christus ait, deglu-
tientes. Nonnulli solitarii, atq; umbratili vitæ addi-
cti, plus satis anxii sunt, ac trepidant timore, vbi nul-
lus timor Sic superstitiosos plusquam par est aut res
exigit, conscientia motus agitat, nec inanem perius
sionem sibi eximi patiuntur. Ita melancholici pre-
ceteris anxii sunt; cholericis ob humorum tenuitatem
& feruorem, vileni habent conscientiam, eamque
vel excutiant vel extenuant, vel obliuione obruere
tentant. Sanguineis non magnopere cordi est ille ani-
mi motus, nec assurgit vlla in mentem transacta vi-
ta cogitatio: quo spectat illud, Scribis contra me
amaritudines, & consumere me vis peccatis adole-
scentia meæ. Quæ enim nobis in ætate iuuenili in-
solenter transacta sunt, nec magnopere commoue-
bant, ea in senectute, in morbis, in calamitatibus, in-
gruente clade aliqua, recrudescunt ac menti, tanquàm
rationes expunctæ atque obliteratæ obiciuntur: vt
iis, quibus cum olim multum æris alieni constatum
sit, ac iam pridem rerum creditarum solutio animo
excussa, rursus appellari incipiunt, atque vt debita
refundant, iure adiguntur. Phlegmatici autem de-
sides ignaui, veterinosi, socordes ne cogitant quidem,
quid sit conscientia, nec eorum mens aut incal-
escit, aut vllis stimulis excitari potest ad ea concipi-
enda quæ salutaria sunt, vt pote immodica humiditas
stare immeriti. Impii qui in profundum sunt de-
mersi, qui que vel à verbo vel Dei cognitione alieni
cuius

exsistunt, omnia contemnunt, irrident, substant. *Psalm. 1.*
 Nonnulli intermedii palliant, excusant, tergiversan-
 tur, alio transferunt, quod ipsum deprecatur Da-
 uid, nec in eum errorem deuolui exoptat: Non de- *Psalm. 1. 40.*
 clines cor meum in verba malitiæ ad excusandas ex-
 cusationes in peccatis. Multa itaq; conscientia lus-
 mini officit, idq; obumbrant, adoleſcētia, crapula,
 ingluuies, intemperantia, amor, nox, delicia, volu-
 ptates, quæ omnia pudoris ac modestiæ frenum ex-
 cutiunt. Sic Plautus:

Nox, vinum, mulier, nihil pernitiosius homini adolescentulo, *Amor:*
 Cui Quidius consonat: *lib. 1.*

Nox et amor, vinumq; nihil moderabile suadent; *Eleg. 6.*

Ille pudore vsuat; Bacchus Amor que metu.

Siquidem consultores illi parum salutare ad deter- *Iuuentus*
 riora animum rapiunt, mentemq; a sanioribus con- *conscientiã*
 siliis auertunt, & si quis horum cōscientiam pungat *negligit.*
 ac stimulet, si ad optima quæq; impellat atq; exhortetur, contemnunt, negligunt, irrident, cauillantur, omniaque obnubilant, eleuant; extenuant, ac causantur iuuentutem, ac florentes annos genialiter nulloque nubilo transigendos: postremo cogitationes tetricas ablegandas atq; in senectutem transfereudas. ita cum rationis documenta respiciunt, ac cōscientiæ dictamen cauillatione illudant, ad voluptatis amulsum potius, quam ad æquitatis ac moderatiōis normam omnes suas cogitationes exigunt. Vnde apposite Salomon, Adoleſcentia vana, præceps, temeraria, lubrica, incogitans, improvida, inconsiderata, & quæ illam comitari solet voluptas & delitiæ fugaces atque euanidæ, nonnunquam damnosa & quæ luctuosum funestumq; exitum cōsequantur. Quoniam autem huic ætati fere comes sit impetita, incogitantia, consilii inopia, ob id minus perspicita quæ ipsi salutaria sunt, frugifera, fructuosa. Est etiam nonnullis qui in cōsuetudine, ac sermone

Eccl. 11.
Adoleſcentia
conſilii
inopiã

zitate constituti sunt, & penes quos summa rerum
 publicarum, ac religionis columen consistit, aliquan-
 do errore & caligine involuta conscientia, ita ut ple-
 rumque non omnia exacte, atque ad amulum deme-
 ntiantur aut excutiant, aut adhibita in consilium ra-
 tione, iudicio, delectu rerum. Dei verbo ac spiritus
 diuini assilari negotia sua perficiant, sed non nunquam
 illos impellat vel affectus humanus vel principum
 fauor & gratificatio, quod Pauli factitasse legitur,
 vel etiam stabilienda superstitionis inueterata er-
 ror, & insolita vitiosa consuetudo. quæ irrepsit non
 bonorum consensu & auctoritate, sed imperita ple-
 bis errore; quam tamen nemo, tanquam legem ac re-
 gulam vitæ, aboleri sustinet & obsolescere; quo fit
 in delectu rerum, in boni mali que discrimine, in
 erigenda instauranda que ac propaganda sincera re-
 ligatione ac Dei cultu hallucinentur ac excutiant,
 prorsusque à scopo aberrant, magno conscientia de-
 titamento. Sic Iudæis persuasum erat se obsequium
 præstare Deo, cum in illos fauerent, qui Christo no-
 men dederant. Pari impulsu ac studio incitatus Pau-
 lus Christianis infestus erat, illosque minaciter per-
 sequebatur, zelo quidem pietatis, sed qui errore in-
 uoluitus esset, & qui, ut Apostolus ait, non secundum
 conscientiam perficeretur, hoc est, non iudicio. non ra-
 tione, non excussa cognita que causa, ut Gamahel
 factitauit, non animaduertita cognita que Dei volun-
 tate, non spiritus diuini impulsu atque assilatu, qui
 probare vult expresso Dei verbo, atque an ex eo probi-
 ciscatur, explorati itaque erratum est in delectu re-
 ligionis, non affectu & propensione pietatis, quod
 spiritu diuino, qui certa atque indubitata mentibus
 hominum ingerit, essent destituti. Sic videtur via
 homini iusta (ut Sapiens ait) & nouissima eius du-
 cunt ad mortem. Cuius rei specimen nobis exhibet
 Raulus, ex persequente factus præco ac propugnator
 affect.

*Homines
 non confi-
 entia motu,
 sed affecti-
 bus ducan-
 tur.*

*Errores in-
 ueterati a
 gre. eximun-
 tur.*

Ioan. 16.

Actor. 9.

Rom. 10.

Actor. 5.

I. Ioan. 4.

Prou. 14.

assertorque Euangelii Christi, qui se misericordiam
 consecutum proficitur, quod ignorans fecerit per
 incredulitatem, & quo in eo ostenderet omnem cle-
 mentiam Christus Iesus, ad exprimentum exem-
 plariis, qui credituri essent in ipso, ad vitam æternā.
 Hæc autem de conscientia mora videbuntur fortas-
 se quibusdam verbosus à me amplificata, præfer-
 tim cum hoc argumentum ad sacrarum literarum
 professores atq; Ecclesis ministros spectet, quorum
 interest, & munus exposcit, cuiusque mentem salu-
 bri exhortatione tranquillam ac pacatam efficere,
 animoque pauores eximere. Verum cum hi affectus
 qui ex concisæ mentis angore emergunt, valetudini
 efficiant, ipsiq; spiritus atque humores vitiatu huic
 rei fœmenta ministrant: Medici quoque officium,
 est, huiusmodi perturbationes menti eximere, vt iis
 sublatis corpus omnib. suis numeris inculpate sub-
 sistat. Operosum enim est atque admodum diffi-
 cile corpus à sanitate collapsum restituere atque in-
 staurare, vbi mens vitiorum ac labe conscientie
 contaminata est, vbi sensuum organa ac spiritus ani-
 males ac vitales sunt vitiatu. Nec minus molestum
 est viro Ecclesiastico animo medelam adferre, vbi
 corpus vitiosis humoribus oppletum est: Siquidem
 ob arctissimam vtriusque partis cognationem & cõ-
 sensum, animi vitia redundant in corpus, corpo-
 ris vero morbi in animum mentemque transferun-
 tur. Exemplo, sunt lymphatici, melancholici, phre-
 netici, amantes, delirij, ebrii, apoplectici, veter-
 nosi, paralytici, maniaci, lunatici, tum pleticique alij
 quorum morbosi affectus ex cerebri intemperie o-
 riuntur; quocirca capiti, quod mentis sedes
 est, cum vtriusque partis sanitati
 accuratè prospicien-
 dum.

*Animi &
 corporis con-
 sensus.*

Ad quatum mensum homini gestatio in utero procreatio, partusq. tempus sui censei debeat. Obiter de corporum formatione, quæ de dierum aut mensum numero factum abstrahitur, ac vitalis existat. In qua narratione omnia tractantur accuratius, quod hinc acerba contentiones exortiantur, non solum in legitimo congressu, sed alia quam generalis solatag. Venera. Cap. XXII

Cum magna subinde contentiones ac controuersie inter plerosque suboriri soleant de gestationis ac partus tempore ac querantur nonnulli, qui sinistram opinionem de his concipiunt, quas olim vel in matrimonium, vel vite societate adieuerunt, non explerum legitimum patiendi tempus, sic vt aliquando in suspicionem deueniat vel pellicatus & violatz pudicitia, quodque aliis furtum corporis sui potestatem vsurque fecerint: non inconstante vitam est

Indicium de ventre inspicendo Medicis de fertur. Digest. tit. 2. de statu hominu. Lib. 3. c. 6. Lib. 7. c. 5. Septimi mensis partum vitalis.

hac de re nonnulla commentari, eoque magis quod Iuris periti, qui lites dirimunt huius rei iudicium Medicis deferant, illamq. causam per illos transigent dam statuunt. Sic enim Paulus Iurisconsultus lib. 19. Responsorum: Septimo, inquit, mense nasci perfectum partum iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis, & ideo credendum est, eum qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum esse filium. Tractat hoc argumentum Gellius, sed hominum opinione potius, quam re ueritate, aut naturali ratione nixus, vt qui nullum certum tempus patiendi statutum existimet, idque ex Plinii auctoritate, qui decimo tertio mense quandam gestatum in utero pronuntiat. Ceterum quod ad septimum mensem attinet noui complures apud Belgas maritimos etiam gemellos, qui ad extremam deuexamque ætatem crudo ac viridi corpore menteque vegeta deueniunt. Quod circa fatilis est, nulliusque momenti illorum persuasio, qui septimi mensis partum in absolutum, minusq. vitalem statuunt, & non

nisi exactis nouem mensibus, infantem omnibus
 membrorum numeris cōsummatum, in lucem pro-
 ducendum. Sic exorta est nuper apud nos non leuis
 sane velitatio; sed atrox & cruentum certamen, fu-
 neis que ac fūctiuosa dimicatio, ob expugnatam pud-
 citiam cuiusdam virginulae, non ambigua quidem
 fama aut nominis, sed cerebri imbecillis aut vacil-
 lantis, quaeque mentis iudicio minus polleret, quarum
 pleraque omnium citissime labascunt, minusque forti-
 ter aut animose, vel minis, vel infidiis blandimen-
 tis oblitunt aut oblitantur, secus quam ferocula
 quaedam puella & clamosa, quae se vnguibus & dentibus
 vltisuntur, ac strepitu infidiatorem integritatis abi-
 gunt. Acrius autem magisque acerbe in hac tragoe-
 dia incruduit disceptatio, quod pater, qui ex ea pro-
 lem fuisse, vel concubium extorsisse ferebatur
 spem id aduersarij, sunt criminati tanta acerbitate,
 ut illum ad cruciatum exposcerent; & tormentis ex-
 plorandam rei veritatem contenderent) constanter
 factum pernegaret, atque nec vteri vestibula pri-
 mosque aditus ingressum, aut perfregisse hymena
 integritatis velamen, nec prorsus intimos vteri re-
 cessus penetrasse, per sacra (qui iudicijs praesse ac sa-
 cra tractare sit solitus) deierare se paratum confiden-
 ter pronunciauit; quocirca nulla ratione pater desi-
 gnari sustinuit, nec prolem sibi addici passus est; in-
 ter alia eo quoque innixus argumento in sui inno-
 centiam, quod infans vix septimo mensis, eoque in-
 coato potius, quam expleto in vitam productus sit,
 membris omnibus exacte elaboratis, praeter vnguū
 appendices, quod obseruamus in noni etiam mensis
 partu nonnunquam deesse ac desiderari, praesertim
 ubi grauidae immoderatus lassamentis vtuntur, aut
 salem liguriunt, vt estis sexus in appetendis salis &
 acidis maxime procliuis. Itaque non septimi mensis
 partum euincere contendit, se noni, eoque sup.

*Narratio
 cometonis
 de puella
 suscitata.*

*Stupri illatū
 inficiatio.*

*Quando in
 partu vngues
 desunt.*

putato mensium decursu, atque obseruata temporis ratione, alium inquirendum patrem, qui paulo ante cum illa congressum inuenit. eiusque consuetudine sit usus. Cum vero ex sententia Iudicum infans conspicendus explorandusque Medicis exhiberetur, citata obsterice, atq; honestis aliquot matronis, quarum vna patrica videntiginti liberorum parens erat, & cui non se vel septimeltris partus editus, nec proflus explerum septimi mensis curriculum. Pronuntiatum est ab ijs, non excussa facti causa, nec vlla habita ratione patris, hunc ne an quem alium, deputent septimi mensis partum esse, qui septem & viginti septimanis in utero sit gestatus. Quod si in nonum mensem proferri potuisset, futurus erat infans magis solidis firmisque membris atq; ipsa compages seu structura corporis magis compacta ac coagmentata, minusque dissoluta: erat enim os pectoris, quod velut securum ac munimentum cordi incumbit, Belgæ *Brassilste* vocant, denique ensiformis cartilago, quæ stomacho imminet, eminentior quam natura fert, nec in planum redacta, sed incurua ac turbinato mucrone, vt conspicitur solet pulporum gallinae thorax, qui incunte vere, ac præsertim mense Martio, excluduntur Vngues quæ huic infanti, qui sexus foemineæ erat, in manibus deerant, atque extremi digitorum articulis, in quibus ex cutis musculosa vel cartilaginosa materia vngues læuore perpoliti indurescunt, vix tenues quasdam notas & exigua vestigia exhibebant, non cornua duritie, sed mollissimæ membranæ tenuitate. In pedum vero articulis nulla se proferebant vngutum indicia, quod illæ partes non tanto calore imbuta essent, quanto manus, atque à corde caloris fonte remotiores: cum manuum articuli per brachia pectori annexa, beneficio caloris, qui à corde diffunditur, omnia conspectora in digitis exhiberent.

Vngues
vno.

rent. Itaque Medici obseruatis multis naturalibus *Medicorum*
caulis, foliisque rationibus facti, nullius partis vel *de partu*
fauore, vel iniuria. Ita vt patientur reo, si auctori vi- *pronuntiatio*
sam sit, constare suam innocentiam, vita que & mo- *nullius vel*
rum integritatem, pronuntiauerunt adstantibus in- *fauore.*
dicibus, quib. ea res demandata erat ab ijs, qui apud *iniuria.*

Belgas, in aula Bruxellana Regis Hispaniarum vices
obeunt, non noni, sed septimi mensis partum status
endum, producta gestationis tempore per septem &
viginti hebdomadas, qui partus etiam septem etris
censeri debet, tamen si non protus expletus sit: at-
que vna aut altera septimana desideretur, atque ali-

*Luna mem-
sis constituit
in partu.*

quot adhuc dies ad complementum reuertent. In hoc
autem negotio luna circueis obseruari debet, qui
quatuor septimanis, hoc est, plus minus octo & vi-

ginti dierum reuolutione perficitur, quo temporis
decursu, agitato luna vi sanguine, menses mulieribus
decidunt, quibus defluxus, veteraque a men-
struo profluvio deforcato, vt plerumque quinto die
assolet, vel septimo, si ab eo dierum numero vir fe-

*Post mens-
strua conce-
ptus nascitur.*

mina congregiatur, conceptum maxime naturalem
perfici contingit, adeo vt post septimi vel noni men-
sis decursum infans in vitam productus, saluberri-

mus existat, ac nullis morbis, quibus infantia expo-
sita esse solet, obnoxius. Multis enim morbis atas
puerilis infestari solet ob sanguinem menstruum,
conceptus tempore vtero inhaerentem, vt sunt
ἔκδηματα, hoc est, eruptiones floride, vulgo
varioli & morbilli, Belgice *Maselen* eade *Tockens*, a-

liaque rabentes vel liuida pustule, quae ex menstrua
illuue contracta in extrema corporis parte se vera
vel astate proferunt: his accedit *ἑπιληψία*, seu *Epilepsia*
morbus comitialis & caducus, qui hinc Belgis *Val-* seu morbum
lende stucke nominatur. Quem morbum, quoniam
puerilis.

plures differentias haberet, superstitiosa gentilitas

olim in certos Diuos referre solet ante lucem Euan-
gelicam mortalibus exhibitam; cum ex naturalibus
caulis, atque praesertim ex spumosa tanacique pi-
tuita exciteretur. in ore quoque tenella aetati ipso
fere vitæ aditu vligo quaedam palati ac faucium

Alcola quid
Ranula
quid.

hulcuscula innascuntur, Alcolam Arabes, Graeci
ἀφθον, Belgæ de Sprouve vocant, Subter linguam
vero Ἀγκυλοδελωσον, vulgo Ranula, Belgice Sprou-
nar, qua vel incisione, vel vngue, vel salis frictione,
aut, vt ego facere soleo, vbi ferrum metuunt oxy-

Fungosum
caput.

melite Scyllitico aboletur, ne ijs addâ vδ: οὐρί: φάλλοι,
hoc est caput tumore fungoso ac pituita turgidum,
multasque alias humorum collectiones ex vitioso

Simile ab
agricolator.

lacte ac menstruo sanguine constatas, qua etiam
adultam aetatem comitari solent, ac cum iam con-

Luna quot
diebus cur-
sus perfici-
ent.

sanguisse visa sint, identidem recrudescere Quocirca
cum in agricultura ac satione, tum in adeundo con-
cubitu, excolendoque fundo muliebri ac procrean-
dis liberis. etiam ex Moyse praescripto, obseruan-

Vide Galen
num de die-
bus decreto
viii.

das est Luna decursus, cuius vi staris vicibus men-
strua feminis vel desuunt, vel subsistunt. Perficitur
autem Luna ambitus emenso Zodiaco septenis vi-
centisq. diebus, & tertia diei parte, qui dies plus mi-
nus quatuor septimanas complexi, Lunarem men-
sem constituunt, praesertim si id tempus eximas, quo

sidus hoc occultatur, nec fit conspicuum. Siquidem
triduo plus minus in coitu, hoc est, vt vulgo dicunt,
in coniunctione morata iuisibilis est, quo tempore
nondum in hac terrena vim suam exserit, nec et
immutare est idonea, verum vbi conspici incipit,
hoc est, noua existit; & cum in orbem circinata est,
hoc est, cum Soli ex aduerso opposita, plena appa-
ret, mirificos effectus in conceptu ac plerisque alijs
rebus obtinet: nam & frumenta segetesque adau-
get, conchylii implet, carnes laquearibus affixas
radijs,

radiis suis in tabem resoluit, somnoq; sopitis vel diu-
 tius sub eius lumine moratis pallorem tremoremq;
 ac capitis grauedinem inducit, pueris epilepsiam, stu-
 pore[m], paralyfin adfert, multaque alia perfeit, non
 quod ceteros planetas potestate superet, sed vicini-
 tate. Siquidem in infimo orbe collocata ac terrę pro-
 xima, ortus & incrementa rerum moderatur sic, vt
 huius effectu post feminis conceptionem etiam fœ-
 tus in vtero materni sanguinis irrigatione augefcatur
 ac vegetetur. Totum quoq; gestationis circulum
 diebus, vel mensibus, vel septimanis metiri ac
 diuina aetate libeat vt grauidæ fere supputant, ad Lu-
 nã motum exigi referrique debet. Explicat autem
 vires suas in corpore efficacius, vel quum primũ
 cum Sole congressã illustrari incipit, aut quum in
 orbem conglobatã, plena conspicitur: medio autem
 orbe diuisa, minus virium obtrinet: minime omnium
 quum scalcata est sensimq; deficit & obfcaturatur. Et
 enim tempore nullus in Oceano cõcurfus aquarum,
 nulla in corporibus humanis humorum redundan-
 tia, nulla in ossibus medullarum collectio: ita vt tũc
 expediat tenellis corpusculis cõcubitu desuescere
 atq; inducias sibi imperare. Ego autem multoties
 grauidis ac prægnantibus placidum facilẽq; partum
 denunciare soleo atque illarum mentes in optimam
 entendi spem erigere, si quando Luna noua aut ple-
 na parturire occipiunt, præsertim quum Lunę vis pu-
 bi incumbit aut inguina femoraque occupat; nam
 sidus hoc singula membra percurrere, itq; biduum
 nonnunquam triduum insidere alias testati sumus.
 Quam enim circa illas partes moratur, vterus vds
 & lubricus promitius dehiscit ac dilatatur: ipsiq; in-
 fanti expeditum exitum perfeit. Quod si Luna se-
 nescente atque imminuta partus incidetis, laborio-
 sus fere esse confuevit, magnoque conatu ac molimi-
 ne eludã. Hæc quoniam sæpius à me obseruata sunt,

*Luna scilicet
 terra proxima.*

*Gestatio in-
 fantis ad Lu-
 nã cursum
 referenda.*

*Quando partus
 eius placidus.*

*Partus quan-
 d. laboriosus*

nec à ratione aliena videntur, huic argumento adhibere visum est. Ceterum quum Lunæ vires aliqua ex parte sumus complexi, hoc in mentem reuocare expedit, quod paulo ante monui, etiam in excitandis tempestatibus, ac constituenda aeris temperie nullas vires proferre, nisi à sole illustretur, atque amplissimum illud sydus sua facie, suoque fulgore illam irradiat: quo efficitur, vt minimo effectu polleat, primo ipso cum Sole congressu: verum vbi tertius, aut potissime quartus dies elucescit, manifesto vel temporatè portendat, vel serenitatè polliceatur, ita vt quartus dies totius mensis temperiem vel intemperiem constituat. Quos Lunæ Solisq; effectus eleganter his versibus expressit Virgilius, obseruata colorum varietate, quæ ex aeris terræque exhalationibus suffundi solet:

*Prognostica
de Luna.*

Geor. lib. 3.

*Luna reuertentes quam primum colligit ignes:
Sinigrum obscuro comprehenderit aera cornu,
Maximus agricolæ pi lazoq; parabitur imber.
At si virginum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento si pererrubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namq; uertissimus auctor)
Fura nec obusisq; caelum cornubus ibit:
Totus & ille dies & qui nascitur ab illo,
Exaltum ad mensem, pluvia ventog, carebunt.*

Totidem versibus Solis potestatem cõplectitur, quæ res mortalium, ac non solum corpora, sed animos quoq; hominum immutat.

De bimino procreatione vitulæ & iucunda narratio, in qua illustratur altera argumenti pars.

C A P. XXIII.

Quum multos in natura rebus, presertim quæ ad corporis humani structuram attinent, hallucinatio nati ac cæcutire contingat, multaq; nugamenta adferre soleant de formatione fetus, eiusque situ, de gestationis tempore, & mentium decursu: atque

an.

an septimus mensis tempestiuus ad partum statui debeat, atq; is sit vitalis: consulto me facturum sum arbitratu, si obiter hominis formationes explicare aggrediar. Est enim diuini huius opificii artificiosa constructio, omniumq; membrorum, quæ vel foris se proferunt, atq; oculis conspicienda exhibent, vel intus ad singularem vsum delitescunt, elegans & concinna conformatio.

Constat autem homo ex vtriusq; sexu semine, ac primis septem diebus, confluentem materno sanguine, in cuius speciem coalescit ac conglobatur. Subest vero vis & facultas formatrix, diuino quodam celestiq; manere, semini, quod spiritu vitali atq; ætherio abunde imbutum, atq; vndiq; perfusum effigiem formamque fixiui imprimit, sic vt singula membra, totaq; corporis moles, quæ tanto mentium decursu perficitur, ac sensim in decentem speciem, decorâq; hominis figuram absoluitur, in eo consistant & quodammodo adumbrata sint. Quod etiam obseruauit atq; admiratus est Dauid rex maximus, diuinorum operum contemplator vnicus. Constituntur autem à Medicis, qui naturam humanam intime sunt contemplati, quatuor discriminata tempora, quibus hominis formatio perficitur.

Primum, quod ab inito statim congressu ample- xuque mutuo seminis naturam obtinet, quo tempore conceptus & genitura dicitur. Quoniam semina inter se fermentata coalescunt, vt eremor & velut lactis quadam concreto: quod ita designat Iob: Nonne sicut lac misisti me, & sicut caseum me coagulasti? His conceptus ac seminum maris & feminae coalitus & conglobatio (modo ne affluxus oboriatur, vt lubrico fete, hiantiq; vtero assolet) prima septimana perficitur.

Secundum formationis tempus constituitur: quum natura vterique facultas suis viribus atque inlata vi

Humani corporis origo.

Seminis humani efficacia.

*Psalm. 138.
Quatuor formationis instantia tempora.*

Primum.

Cap. 10.

Secundum.

vafa manifestam seminis mutationē efficit, adeo vt tota substantia carnea potius & sanguinea quam seminalis conspici incipiat, idque duodecimo fere aut decimo quarto ab incoato formationis die: & quamquam hæc concretio, massaque carnea sanguine affluanti ac calido redundet, rudis tamen est & informis, nullamque membrorum figuram, nulla lineamenta exhibet; nam corporis partes præcipuæ nondum distinctam formam sunt consequuta, quo fit vt nulla hominis species ac figura conspiciatur, sed rudimentum tantum & incoatio humani officii, infantem effigiare condiscens. Exemplum à figuris desumi potest (imitatur enim ars naturam) qui ex vda tenaciq; ac tractabili argilla imaginuculas atq; testacea constringunt, primum informia atque indigesta, mox artificiosa tractatione figurata. In pictoribus tale quiddam obseruare licet, qui primum rudiori penicillo vel denique carbone aut creta susceptum opus adumbrant, Belgæ *Bewerpen* vocant; mox expoliunt vltimamque manum admouent, sic vt quæ ante horrida visa sunt, abdita, inculta, opaca, obscura, umbrosa: mox nitida, peramæna, collustrata conspiciantur. In statuariis quoq; atq; officinis argentariis tale quiddam imaginari licet, qui vel æs vel lignum rude & impolitum dedolant, atq; excauatam manubrio, adhibitaq; adscia poliunt, atq; opus affabre cælatum exhibent. Par est ratio, proiusque huic rei affinis satio, quæ sparto humi semine perficitur: id enim terræ gremio mollitum ac tepesfactum vapore sensim adolescit, atque in stirpem emergit, fructumq; profert, & semen omni illi ex parte simile. Vt itaq; terra fertilis & fecunda complexu suo semen fouet, atq; eiusdem speciei stirpem vnde progeneratum est, elicit: sic vterus mulieris nisi profusus effectus sit ex recondito in ipso semine factum effingit atque emolitur, statoque tempore, hoc est, ex-

ais

Similitudines ab officibus.

Apithoribus simile.

Simile à statuariis.

De satione simile.

Simile à terra fecunditate.

Etis vtplurimum noem mensibus, hominem sexu maris vel foeminae, ea qua progenitores sunt, forma ac specie in lucem producit. Ceterum vt reliquam instituti nostri partem exsequar.

Tertium statuitur construenda fabricae tempus, cum euidenter & perspicue se profertunt tres illae partes principes. Cor, ex quo arteria emergunt, Cerebrum, ex quo vt filamenta quaedam ex colo, nerui producuntur. Hepar, ex quo venae propagantur. Quibus elaborandis, ab ipso conceptus tempore ad octimum octauum primi mensis diem vteri facultas insistit atq; occupata est.

Postremo autem, quod tempus ad vigesimum octauum aut trigesimum diem porrigitur, extrema membra articulationi atque exquisitae elaborata conspiciuntur, ac iam pullulascere ac palpitare foetus incipit, a quo dierum progressu, quoniam omnes artus discreti sunt, totumque opificium exacte formatum conspicitur, non amplius foetus aut embryo, hoc est, pullulans concretio, sed infans aut pueri indigetari incipit. Mares autem vt plurimum trigesimo die perficiuntur: Foeminae quadragesimo secundo aut quinto. Quod autem masculi properantius absoluantur, caloris ratione id euenit, qui humorem vt mollem ceram extendit, diffundit, dilatat, suaque vi fingit formatque. Sic calor & rigor corporis, ipsaque natura alacritas matris trium mensium spatio, foeminis quatuor motu accelerat: quo tempore erumpentibus etiam capillis & vnguibus, agitari infans in vtero, ac calcitrare molitur: ita vt grauidae motum non obscure percipiant, ac nausea cibique fastidio infestentur, denique absurda quaedam edulia, atque a natura aliena appetant, rudera, carbones, testas, putamina: non desunt, quae crudos pisces, atrosq; viriles appetat. Sic noui quae spirant.

Tertium.

Quartum.

Mares curritur quam foemina absoluantur.

Infans quae do mouetur.

anguillos, at congruos dentibus attritos frustulatim deuorant. Sunt tamen multa patricia, qua hoie affectui atque enormi appetentia non sint obnoxia, vt quibus minimum excrementi aut vitiosi humoris in corpore aceruetur, secus quam plebeis, qui voraces sunt, multumque sordidi humoris ac feculenti sanguinis in conceptaculis internis cogerunt, ex quibus circa tertium à conceptu mensem nausea, fastidium, ructus acidus, ac præter naturam multarum rerum de siderium & auiditas excitatur. Conspedus est mihi superioribus annis Brugis ciuitate Flandrorum abortus gemellorum trimestris, sexus masculini, qui ex huiusmodi affectu, negataque quapiam, cui grauida auidè inhiabat, excussus est. Erat autem digitalis aut paruo plus longitudine, pariq. crassitudine, membris omnibus exacte elaboratis, nec vlla sui parte mutilis. adeo vt se oculorum orbes nigricante pupille puncto signari nares, aures, digiti discreti, vmblicus, mentula, femora, suræ, tibia, tali, & quibus formas pedis distinguitur, digitorum articuli perspicue se spectanda exhiberent. Cum autem infantium vterque palpitaret, atque indubitata certa que vitæ argumenta præberet, ad sacrum baptismum concursus est, quo peracto nullum amplius vitæ indicium præferebant. Caterum quem habeat in vtero situm infans, obiter indicandum. Gestaturus in alio maternæ longo à mento vmbilico annexus, vt pomum petiolo suo affixum arbori, per quem vena vmbilicalis adminiculo purissimi sanguinis scatebra alitur atque nutrimenta capessit, non per os ac labra, quæ nondum illi vsui sunt ad edendum, vt nec pedes aut vesica ad egerendum. Vena siquidem vmbilicalis à matrice ortæ iecur diuisa eius parte, ingreditur atq; in enam Portæ terminatur, à qua sanguis purissimus per vas feminarium in vterum deriuatur, quo efficitur vt sanguis & spiritus tanquam auxiliares &

succens

*Exemplum
abortus ge-
mellorum.*

*Situs in-
fantis in
vtero.*

Incenturiata copia continenter deorsum ferantur, ne quando horum aliquid desideretur. Per hos itaq; venarum ductus, atque arteriarum riuos, qui ex corpore materno emergentes, in uterum deferuntur, atq; mox umbilico infiguntur fortis alitur, ac facilitate feminis, quod uteri calore fouetur, ac sanguine irrigatur, omnibus suis membris, spatio temporis perficitur. Infans autem in media uteri capacitata ac velut centro libratus sustinetur, totus in se conglobatus; atque oblongo velut productu in orbem conuolutus, ita ut capite paululum inclinato, mentum pectori, talos calcetq; naribus; manus genis oculisq; applicet, crura vero ac femora incuruato poplite sursum elata, inum ventrem attingant, priora uerulaq; corporis pars, nempe frons, nares, facies dorso materno imminet, capiteque deorsum inclinato oculos

ossi sacro annexum Belgæ de *Stiet* vocant, in partu vna cum ossè pubis dehiscit ac relaxatur: quo fit ut plerumq; mares proni prodeant, aut capite nonnihil in obliquum inflexo, ut facies cõspici queat, fœmellæ vero aduerso situ magna ex parte collocantur, ita ut egressu resupino, ploratuque edito cœlum obtueantur. Verum hæc non semper ordine natura procedant, cum multi contra naturam partus enuntiant, ac nonnulli infantes non semper capite prout se proferant, atq; in longum exprorecto corpore manibus femoribus applicatis exitum affectent, sed alii pedibus nonnunquam distortis vel diuaticatis ostio se obuolunt; nonnulli inflexa ceruice, contortoq; in obliquum capite, manib; exprorectis, ac narantia inote expansis, pronisq; humeris p̄cidunt, magno suo & enitētis periculo, nec minori obstetricū anxietate & molestia. Quū aut̄ omnia decenter, naturæq; ordine p̄cedunt, infans expleto gestationis curriculo eruptionem molitur, seseq; inclinās deorsū voluitus

Partus contra naturam ordinem.

nec enim diutius in his latebris delitescere potest, quam illi per umbilicum alimentum superat, ac calor cordis atq; externa respiratione, possit subleuari: quocirca grandior factus, alimenti lucidq; est auditus, atq; aerem captare nititur adeo, vt rupis membranis atque inuolueris, quibus obductus ac contra attractus munitus erat, acerrimo parturientis cruciatu in vitam prodacatur. sedque non solum ob atridâ minusque laxa uteri vestibula, sed quod hæc calamitas & pariendi angustia ob Adam atq; Eux lapsum à Deo inuecti sit, illique hoc onus impositum, viro quoque in non mitiorem miseræ sortem deiecto. Magna autem ex parte nono mense uteris dehinc relaxato osse pubis, parturiente pro virili erigente, quæ quod grauat, excutere nititur, infante insitavi, ductuque naturæ erumpente: quo adiumento in partu mortuo, aut inuakido mulier destituta est. Infans enim viuus atque alacer non minus quam mulier operi insistit, atque aeri inhiat, auramque captare nititur. Cæterum sunt complures qui exacto completoque nono mense in decimum deueniant, quos partu decimestres Hippocrates vocat, inchoato quidem decimo mense Lunari, qui viginth octo dies perscitur, non prorsus finito. Sic Sapiens decem mensibus in utero se confirmatum memorat, atque ex sanguine virique semine coagulatum, voluptate concubitum comitante Parturitione qui iam expleto sexto mense (in quo partus nulla ratione vitalis existit, quod membrorum firmitas desideretur) septimum sunt ingressi, atque vel duas aut tres septimanas in eo sunt constituti; septimo mense editi dicuntur. Eadem est ratio in supputandis hebdomadibus & mensibus, qui certo dierum numero terminantur, siquidem elapsa antecedente septimana vel mense, atque insequente inchoata, ab hac desumitur temporis ratio illique generatio.

*Unde labor
part. 11.
Gen. 3.*

*Decimestres
partu.*

Sap. 7.

stationis curriculum adscribitur, atq; ab eo mense, quem pregnant ingressa est aut partus incidit (vt abster vel septem vel nouem Lunæ curibus) denumeratio sumitur. Par est ratio de annorum supputatione vel à Christo incarnato vel passio, ita vt inscriptio obseruetur insequentis anni, etiam primi mensis initio, obliterato neglectoq; precedente.

Quod autem septimi mensis partus vitalis existit, non prater rationem est, sed certa huic rei causa subest. Siquidem infans eo tempore insita vi ac natura ordine circumagit se ac conuoluit, locumque suum mutat, ac commodiorem captat. Et quemadmodum militis Dux vel angustia ac difficultate loci, vel commeatus aut rerum necessariorum inopia, exercitum abo transferre, sic tamen vt in metandis mutandisque castris miles continenter in excubiis agat, ac velut in procinctu constitutus ad omnem euentum belli, atque inopinatum imperum, insultumque hostium erectus sit atque expeditus: ita si illo temporis momento, quo septimo mensis natura motus ceteri solet, pariendi tempus inciderit atque vltro cirroque collatis viribus infans in lucem prodeat, citra omnem dubitationem vitalis est. Simile autem quiddam huic infanti euenit, quod noctu euigilatis solet, qui se in aliud latus deuoluunt, ac meliorem, euleitra partem, minusque pressam captant: quibus si quid inopinati obuenerit aut à re quapiam re peratina interpellari contingat, quo minus se denuo in lectum deuoluant, confestim cubile deserunt, exussioque somno, tamen si aliquid noctis reliquum est, ad ea peragenda que vrgent, ocyus se accingunt: atque si somno oppressis prater opinionem aut spem aliquid euenierit, tumultuari illos contingit ac contremiscere, omniaque confuse ac nullo ordine vel aggredi vel perficere, ita vt res nec felicem, nec optatum exitum consequatur: vt in

Partus se-

ptimi mens-

is cur vi-

talte,

Simile à

duo milia-

tia.

Simile ab

euigilatis.

octauo mense aſolet, in quo impetrata quiete de-
 nuo reſocillari incipit infans, ac materno hoſpicio
 eiufq. alimēto perfui. Sunt quidē nonnulli ſeptimo
 menſe editi, corpore flaccido, minuſq. firmo, & qui
 calorem natiuū languidū obtineant, ſed nutritiōe
 atq. induſtria ſulti diu ſubſiſtant, vitamq. in mol-
 tos annos pferunt. Simile enim quiddam uſ euenit,
 q̄ pomis aliſq. fructib. arboreis, qui præmature vel
 decidunt vel decerpuntur, quos arboratores, qui ex
 his quaſtū venantur, recondunt ſtramentisq. fouēt,
 ac paleis obruant, quo tempeſtue matureſcant, atq.
 eſui reddantur idonei. Siquidē huiuſmodi infantes
 opera ſtudioq. matrum aut quib. alendi cōmittun-
 tur, vires concipiunt, atq. adhibitis fomentis robur
 confequuntur: quo ſubſidio vitam in multos annos
 progāt: quod nulla ratione obtinetur in octimeſtri
 partu, qui ratiſſime vitalis eſſe ſolet, q̄ ſedatus ſopi-
 tuſq. ſit motus ille naturæ & agitatio, quæ ex certa
 cauſſa excitari conſueuit, ſeptimo menſe cum à ma-
 tre, tum ab infante: quocirca ab inquietudine ſepti-
 mi menſis laſus, vires colligere incipit, atq. ad præſi-
 xum geſtationis tempus in materno gremio reſoue-
 ri. Quo ſit, ve ſi oborta aliqua vel intemperie vel per-
 turbatione, infantem ſediſq. ſtatuſq. ſuis exturbari
 contingat, lethale exiſtat, p̄pter cauſſam extraneam
 atq. à naturæ ordine alienam, quam etiam Saturnus
 ſidus ferale & noxium exaſperat, ſuaq. frigiditate in-
 fanti vires deiicit, quamobrem ad nonum menſem
 in ſua ſtatione conſiſtere ſalutare eſt, quo vires colligat,
 iuſtumque robur aſſequatur. Quum autem nonus
 menſis aduētare incipit, infans alimenti inopia
 ſubſidit ac deorſum deuoluitur, vterique veſtibula
 primosq. in lucē aditus perſequitur, atq. exitum aſ-
 ſectat nonnunquam in ipſo pariendi calore, ac feſti-
 natione, imperu quodam per lubrica labitur, ac de-
 hiſcente vtro, nullo obſterricis adminiculo, dicto
 citius

*Simile à
 fructibus
 maturan-
 da.*

*Octimeſtris
 partu non
 vitalis Sa-
 turnus in-
 ſunt grauis.*

ditus (vt pomum maturo seu attractu) accidit. Quis potest diuine vsuenerit, quibus vterus amplissime dilabatur atq; infans omnia cum late. Et consecutus, suisq; viribus abunde instructus. Nam que strictioris sunt, infantemq; gestant valetudinarium vel inbecille difficulter enituntur, ac laboioso conatu, summoq; molimine partum excludunt. Ex hac pressura atq; enitendi difficultate desumit appositissimam similitudine Seruator, suosq; animat atq; vnice solatur, ne animo deficiant ac labascant ob calamitates ac clades illis Euangelii causa inferendas, cum exem- plo parturientis, nocerit in effusam solidamq; letitia ac subitum gaudium sit commutandus, itaq; periculum imminere indicat, anxietatem, tristitia, trepidationem, sed hac omnia confestim exorto inopinato gaudio, ac suavissima spiritus paracliti consolatione discussum iri. Impiis autem minatur passim Deus, ac desumpto ex partu exemplo, inexpectarum ac repentinum interitum imminere denuntiat. Sic n. illorum mentibus apud Esaiam terrore incussit. Vlulate quoniam prope est Domini dies, quasi vallitas: virorum cor tabesceat & manus dissoluantur, terrores, cruciatus, & dolores illorum animos occupabunt & vexationibus correpti, parturientium ritu dolent & ingemiscunt. Hieremias quoq; quum Israelitas in summo luctu atq; extrema calamitate constitutos describit, Vocem, inquit, audio quasi parturientis angustias & cruciatus primo partu enitentis, qui fere infueticis acerrimus esse solet, quod nunquam tale quiddam incidit, aut huiusmodi laborem sint perpeffe. Sic etiam regibus Deus formidabilis est & tremendus, quum aduersum illum cristas erigunt, vt apud eundem prophetam de ioachimo rege Iuda refertur, quem in eas angustias contiecit, vt dolorem & anxietatem perpeffus sit, qualis conspicitur dolor parturientis. Militum quoq; Moabitaram animis (tameñ hoc genus

*Morale à
partu ans
gustia.*

*Ex parte
parturiente
exempla.*

Cap. 3.

Cap. 4.

3. Cap.

H. er. 48.

Cap. 26.

hominum ferox sit & impavidum) eam trepidationem ac pauorem iniecit: qualis est animus parvulæ entis formæ; quæ dissoluitur ac liquefcit, nisi adfictium solatio fulciatur, nisi matronarum subsidio subleuetur. Est autem apud Efaïam elegans cum primis ac consolatoria coniectio, ornata exultaque insigni comparatione: Propheta siquidem illos, qui afflicti ac castigati respiscunt, ductique penitentia, d. Deum confugiunt parvulenti comparat, quæ in angustia constituta, atque evadendi difficultate non sine vita discrimine oppressa, adstantium opem implorat, ac dimotis vndiquaque oculis, suspensis, gemisque ac lamentis, subsidium ac solamen exposcit. Scenam enim coniectionis huius scetiem prosequitur. ut obiter quædam delibem: In semita iudiciorum tuorum sustinuimus te Domine, & memorabile tuum in desiderio animæ nostræ. Anima mea desideravit te nocte, sed in spiritu meo, & præcordiis meis, de mane vigilabo ad te. Quo testatur, se inniti Domino ingruente calamitate & ad mortis flagellis, in eoque spem fixam habere atque oculos intentos, denique memoriam Dei impressam esse animo suo, toraque mente atque animo iuigilare mandatis illius. ac nullo non tempore meditari in salutari illius, doctrinam non solum media luce, sed intempesta etiã concubiti nocte, atque antelucanis horis. Quid autem obliuissos ad hunc mentis feruorem impulit, ac tam sollicitudinem extorsit, mox subiecit. Domine, inquit, in angustia & tribulatione rebusque aduersis ac deploratis nominis tui maiestas & amplitudo in mentem venit, tanque subit memoria ac recordatiores afflicta ac desperata racito tuæ diuinitatis afflatu atque impulsu ad respiscientiam nos pertrahunt. Sicut quæ concepit, quum instat tempus partus, clamat & vociferatur; ita facti sumus coram te Domine. Paulus quoque socordes atque oscitantes ad excubias ad

Esaia locus
explicatus.Afflictio
religiosus
fuit.

I. Thess. 4.

vigilandi industriam exstimulat atq; parturientis exemplo in Dei auentū expedito paratōq; esse vult, *2. Petr. 3. 16.*
 irruit enim vt fat & nocturnus opprellor, dies illius,
 & tanquam dolor repentinus parturientis. Hac studiose lector, quoniam non prius ab instituto aliena sunt, vifum est a dicere, quo quisque ex his aliqua vitæ documenta defumat, ac consideret quam luculentas appolitoq; similitudines sacri vates suis concionibus accommodent, ex notissimis naturæ rebus depromtas, quod eo obseruant studiosius, quo auditorum animis efficacius influant, ac concepto emendatioris vitæ proposito, alacri promptaque voluntate ad frugem, Dei que cultum se conferant.

Quoto atati anno puella pubescentibus concubitus desiderium excutitur: & conceptus sibi tantummodo ea. Rursus quando procreantibus: sicut dicitur d' fimat, ac desinentibus. miferis uteris sterilefat. In qua narratione virili quoque natura conditio excutitur.

C A P. XXIV.

QVo optime consulant pudicitia virginum suarum progenitores, illorum interest curioso obseruare, quando expediet aut sit tempestiuum ex se progenitas, aut quarum iis cura incumbit, elocare ac coniugio destinare. Est enim is sexus fragilis ac sollicitantibus vndique ad defectionem proci, ad ruinam procliuus. Multis autem argumentis huius rei propensio, ac naturæ puellaris inclinatio deprehendi potest: Siquidem pubescente corpore, ac profusentibus stato tempore mensuris, vt affolet decimo quarto aut quinto a ratis anno, aliis ferius, aliis maturius pro cuiusque habitu & constitutione, semen *Virgo cultus studiosa.*
 augetur, ac sanguis qui non amplius in corporis augmentum assumitur redundans, rei Veneræ imaginem menti infert, quocirca in ætate nubili constituta se comunt ac poliunt, oculōq; ac genas non

*Virgines ma-
sarius elo-
canda.*

solum speculo, sed iuuenibus continenter obliuiscunt se seq; spectandas exhibent; adeo vt à procis demulceri tractariq; cupiant, ac blandius appellari, oculis eius rei causa in obliquum detortis, atq; in amatos suauiter coniectis, quæ res efficit, vt oborta tentigine, atq; intumarum partium titillatione, prurite vniq; incipiant, atq; impotentius ad concubitum incitant, eoq; fit vt plerunq; excusso pudore, nec obseruata voluntate parentû, qui aliquando tardi sunt & diffidiles in conferenda dote, aut æge illas ab se diuelli patiuntur, vltro se procis offerant, subiciantq; magna cû pudicitia iactura, tum torius profapie infamia & dedecore. Vnde nostratibus prouerbium igitur: *Petv culosa merx virgo nubilis maturaque viro, Ryn dub-*

*Virgines
fugiles.*

tera, Gorgi. Lichbenda kosebe Waer. Quamquam quod ad continentiam attinet, virginum q; viduarum conditio Belgis commendatur. Tale enim spargitur de iis dicterium, Virgines in amore stabiles & sedate mentis: Vidua tumultuosa, lubrica, instabiles, in quietâ nec vnus mentis aut sententiæ. De masculis habent ænen

*Proverbium
de virginib.*

qm; de Wetren rebben den Duvel in, ob degustatas, opinor, rei Venereq; illecebras, quas animo conceptas auidius expetunt q; virgines, quibus nunq; illa voluptates delibata sunt, ipsiq; Genialis thori sunt expertes & ignare. Ceterum quû virgines decimo quarto aetatis anno aut paulo serius aliquod specimen edant maturitatis, defluentibus iam menstruis, conceptioni aptæ efficiuntur, quæ vis illis porrigitur ad

*Proverbium
de vidua.*

annum vsq; quadagesimû quartum, nonnullis quæ valido sunt corpore & vegeto, ad quinquagesimum

*Mulier quan-
do primum
fecunda effi-
ciatur.*

quintum fecunditas producitur, vt in nostratib. aliquando obseruauit. Scio equidem fluxum menstruum in nonnullis boni habitus vltetius proferri, verû id rarum est, nec semper ex naturali causa humor ille excrementitius profuit. Quocirca explodenda illorum sententiâ, qui existimant, vt muliebri profluuii

*Mulieri quâ-
do mensis de-
sunt.*

ita

ita conceptus indefinitum esse terminum, nec stata
 his rebus fixaq; tempora posse assignari. Quamquam
 enim nonnulli anno sexagesimo hanc fluxui sint ob-
 noxiz, non tamen ex naturali causa is prouenit, sed
 ex affectu aliquo contra naturam abortio, qui etiam
 partum excutit. Siquidem ira, indignatione, excan-
 descentia, subitaq; atque inopinata conseruatione
 deficiere contingit conceptacula, ac meatus referari,
 sic violento humorum concursu tale quiddam
 proli contingit, pleriq; ex casu & ruina conuulsis
 venarum fibris. Quum autem magna ex parte mu-
 lieribus circa annum quadragessimum quintum, aut
 ad summum quinquagesimum menses subsistant, ac
 nulla ex harum congrua soboles sperari possit, præ-
 ter nature rationem faciunt, quæ se iuuenib. in ma-
 trimonium addicunt, aut viri, qui tales aniculas pec-
 uniarum auiditate ambiunt, aut in coniugium ad-
 feriscunt. Frustra enim utriusq; opera insumitur non
 secus quàm si ieiuno, sterili, arido, ac frugoso agro ge-
 nerosum semen committatur. Tolerabilius est, si se-
 nex succulentus ac vegetus cruda, viridique ætate se
 iuenculæ addicat. Nam ex ea societate aliquod sperari
 potest posteritatis oblectamentum: cum vis nun-
 quam tam effectus tamq; exhaustus, & exoletus cen-
 seri soleat, quin prolem excitare possit. Ceterum que
 sit viri natura, & quousq; se proferat vis procreanda
 prolis, obiter indicandum. Cum autem adolefcen-
 tibus plurimum calidi sit innati, vt Hippocrates ait,
 circa ætatis annum 16. aut plus paulo aliquid virilis
 roboris concipiunt, abditæque partes pubescere ac
 mentum decora decentique lanigine exornari inci-
 piunt, quæ nature vis atq; ardor propagandæ sobo-
 lis indices magis magisq; auget, atque incrementa
 concipit vsq; ad annum 45. aut quinquagesimum
 atque in 65. definit. Tunc enim magna ex parte flac-
 cescere virile robur & semen infecundum effici

*Anicula non
 iuuenibus sa-
 addicant.*

*Vir quousq;
 fecundus.*

incipit, extinctis spiritibus naturalibus, & arescentibus humoribus ex quibus caloris beneficio semen confici solet. Sunt quidam nonnulli valici robustique senes, quibus adolescentia continenter ac moderate trantacta est, qui ad septuagesimum annum fecundifunt, & in peragendo concubitu viriliter subsistunt, quorum multa exempla Brabanti, Gothi & Sueci suppeditant. Sic enarrantē audivimus Nauticlerum quendam fide dignum, quum Stockholmie negotiaretur imperante Gustavo patre in viciniam Regis Suecica Erici, qui nunc rerum potitur, se accipere regis interfuisset nuptiis viri cuiusdam centum annorum, qui in matrimonium accipitur triginta annorum sponsam, ex qua comites illum sustulisse liberos indubitata fide memorabat, erat enim vir (ut sunt in ea regione plurimi) adeo cruda viridique senecta, ut vix implevisse annum quinquagesimum videretur. Apud Tangros quoque atque in Campania Brabantica ubi mira acis clementia, & gens temperans & frugalis, inauditum non est, sed propemodum vulgare, octoginta annorum viros virgines non admodum annosas in coniugii societatem adsciscere, atque ex iis proles excitare. Quocirca annorum numerus viro nihil officit ad procreandos liberos, nisi proflus ætatis iuuenilis incontinentia exhaustus sit vigor, ac genitales partes effœta emarcuerint. Vnde Belgæ in exoletos, atque intempestive Venere fractos proverbio ludant. *Vraech hengst, vreaeh gh-gye*, à caballis admittatis desumpta comparatione, quasi vel frequentius vel maturius equas ineant, citissime confenesunt, nec ullis munitis bellicis accommodari possunt. Quid autem discriminis sit inter viros & mulieres, & vel causa vel rationis subsit, quod mulier citius sterilecat quam vir, ac profundere semen desinat, si quis forte requirat, calorem nativum deligno, quo vir præcipue possidet.

Siquis

*Rei gesta
narratio.*

*Brabantii
annos.*

*Proverbum
in exoletos.*

*Simile à
caballo exinan
sit.
Vir colitur
summa.*

Siquidem quum mulier virum humoris copia vincat, vt menses inueniant, & corporis mollities; tū vir illam infito calore superat. Calor autem præcipuus est, qui humores concoquit, atq. in foeminis substantiam immutat, cuius alimento destituta foemina, pinguescit quidem ætatis accessu, ac sterilitatem consequitur, secus quam vir, cui calore liquefcit pinguedo, ac dissoluuntur humores, verum eius beneficio in semen elaborantur. Huic rei etiam adscribo, quod mulier minus viriam obrineat, minus prudentiæ & consilij, minusq. ratione polleat, nec ea sit dexteritate in rebus gerendis quam vir.

Qui potissimum ali ab alio morborum contagia concipiant.

Et quæ ratione efficiatur, vt infantes conualescant exhibitis nutritrici medicamentis. CAP. XXV.

Quum morbi contagiosi obuicis quosq. inficiant, tum in nullos se citius diffundunt, quã quorum natura multum inter se habet affinitatis: vt sunt parentes & liberi, sorores, fratres, consanguinei, quibus fere vltro citroque periculū imminet, ac labes adspertur. Et quo quisque sanguine coniunctior, ac magis propinquus, eo celerius ab altero malum concipit, propter sympathiam, hoc est, naturæ cognationem atque spirituum & humorum consensum. Quocirca grauisante peste, ac saeuientibus passim morbis popularibus, denunciare soleo sanguine propinquis, vt absint, pauloque remotius ab agrote se subducant, ne pestifero habitu infici contingat, qui nos potius & consanguineos, quam externos ignotisque contigit, tametsi reliqui qui adstant, à periculo non sint immunes. Par est ratio de nutritrice, pueroque vberibus inhiant: agrotante enim nutritrice tota vis morbi in infantem deuoluitur, ipsaque nutritrix fubleatur ac malū discutit. Quum enim morbi vis per venas sanguinis conceptacula diffunditur, atque ex ipso sanguine exacte confici atque elaborari lac soleat, in

Viri diutius secundum quædam scriptura, na,

Consanguineis cito contigitur.

Nutritrici infantibus morbos adferunt.

*Pueri mor-
bidi nutrices
infectant.*

fans impurum minusque syncerum alimentum elicit. Quo fit vt tota vis morbi in infantem decumbat, quod sanguis, qui lactis substantia est, sit infectus, ac febrili qualitate imbutus. Quocirca, confestim ab lactandi, ne quid morbi contrahant ac vitioso succo inficiantur. Mulieres quoque nutrices nonnunquam à lactente puero morbos contrahunt, sed qui non sint tam exitiales, quoniam non tanta vis mali aut contagio ab infantibus præmanat, quam à nutricula, cui sanguis magis feruet, & plus putredinis concipit. In discutendis autem puerorum morbis (quoniam ea a: as medicamenta respicit atque auersatur) eo vtor stratagemate & actu, vt nutricibus ea præscribam atque ebibenda offeram, statim enim diffusa per sanguinem (ex quo lac conficitur) medicamenti vis, vbera subit, ac lac illius qualitate imbuit, ita si purgatrix sit medicina, puero aluum soluit: si adstrictionis particeps, eundem sistit & cohibet. Similiter si ruscicula infectentur atque anhelosi sint natura, que pedas dilatant ac pituitam abstergunt, exhiberi curo, nempe hyssopum; marubium, iridis radicem, inulam, glycyrrhizam, ficus, scatureiam. Nonnunquam medicamenta quæ infantia exigit, linteo aut sindoni includi inuoluique iubeo, eorumque dilutum (infusio nem triuales vocant) offerri, præsertim vbi ea atas bibere est edocta, ac pocula ori admouere adueta, itaque pueros teneriores, seniculos, prægnantes, puerperas, valetudinarias, atque ex pariendi labore afflictas, arte tractare meditor, vt exigit cuiusque corporis conditio & natura morbi exposcit, sic vt semper menti obuerferet illud Hippocratis, Multa danda esse a: tati: regioni, consuetudini. Et quemadmodum nauis pro aeris tempestate, vel auræ temperie vel intemperie vela nunc complicant, nunc dilatant atque extendunt, ac clauem modo huc, mo-

Aphor. 17.

do

do illuc derorquent: vt coriarij calceos pedibus ac
 commodant: sartores vestes membris aptant: vt nu-
 trices pueris pro aetate infantia manum in os infe-
 runt, non solido cibo illos inferciunt, vt Præcepto-
 res adolescentium ingenia tractant, ac primum ele-
 mentis mox solida doctrina imbuunt, quod etiam
 Paulum studiosè obseruasse legimus in tradendis fi-
 dei nostræ mysterijs, in erudiendis Corinthijs, qui
 quum non essent sublimioris doctrinæ capaces, vel
 ut adhuc infantes lacte aluit, hoc est, sermonem
 suum deiecit ad illorum captum & imbecillitatē:
 ita exercitatus peritusque Medicus singulos tractat
 pro naturæ suæ conditione, eaque offert quæ pro-
 sunt: nec minima sui parte officiant. Huiusmodi au-
 tem rationibus & exemplis obturare os soleo sciolis
 quibusdam, qui non sustinent aliquid medela ad-
 ferri infantibus, senibus, puerperis, & quibus ex
 parte vires deiectæ sunt, quorum nemo non summa
 cura fulciri debet, ac commoda victus ratione, vsu-
 que medicamentorum salubri ac minime noxiō in
 pristinum statum reduci. Sic non veritus sum puer-
 peris triduo etiam à partu angina aut pleuritide cor-
 reptis venam incidere atque exhibita potione pecto-
 rali sputum promouere. Circa prægnantes quoque
 si quando acuto morbo corripantur, magna ad-
 hibetur consideratio, ne vel ipsa, vel fœtus peri-
 cliteretur: si res venæ sectionem vel purgationem po-

*Similia est
 quot xre
 bus vulgaris*

I. Cor. 5.

Lih. 7.

A. hor. 4.

Obiter in huiusmodi tenellis corporibus accurate vires fouenda morbusq; deijciendus Mala est enim Medicina vbi aliquid naturæ perit. Quocirca Medicus aut proffit, aut ne noceat, imo omnibus modis, prodesse studeat ratione artis; quod facile consequetur, si omnia recte ratione, atque ex artis præscripto, exsequatur.

De pelle seu plumoso tegmine vulturæ, quod mira vi pellet in corroborendo ventriculo, atq; excitanda cibi aviditate, paulo efficacius, quam Zinziber, cuius natura quoq; hic exprimitur non cuius observata.

CAP. XXVI.

*Vulturæ
natura.*

Quum multa sunt, quæ foris admota ventriculo robur adferant, ac concoctioni adminiculentur, tum nihil efficacius, aut magis præsentaneum, quam vulturis tegmen vel detracta pellis, ceterarum pelliû modo subacta ac concussionem complanata Est autem hæc ales, vt miluus rapacissima atque inexplebilis edacitatis, ita vt hanc Belgæ ab inhiandis cadaueribus & q; semper famelica prædam venetur *Giber* vocant, à cuius natura auaros, & qui habendi cupiditate sunt inflammati, *Giberich* nominant, Latine Vulturios. Quis autem eius sit conditionis, ac naturæ hæc avis, vt omnia auide apperat, & inoffense consumat, tegmini eius ea vis infusa est, vt ventriculum humanum, fulciet ac fastidioso nauſcantiq; stomacho vires appetendi & concoquendi cibi cõferat, quin & alii pfluuium cohibet & vomitum compescit, sed diuerso modo ventriculo applicatum. Hoc enim experimẽto comprobatum habeo, vt si quis tegmen è corpore alitis exemptum, atq; pellicea concinne elaboratû, subactumq; siccido ac languenti ventriculo admoueat, fluxum sistere, ac leuitati intestinorû auxiliari, præsertim si eo situ applicetur, vt plumosa pilorum congeries deorsum spectet: quemadmodum in suffultis vestibus secundo, vt ita dicam, flumine, pelles palma demulseri

ceri solent: confortat enim fouetq; calidissimè & astringendi ratione facultates seu potèstas natura-
 les, quib; alimenta attrahi conpungit, retinet, conco-
 quit, & expellit: tres quoq; ventriculi quilibet, ne-
 uolas, & totidè fibras, Rectas, vt Galeno placet, per
 attrahendi munere funguntur, Obliquas, qua; reti-
 nendi vi possent; Transuersas, qua; concocta foras
 propellunt, corroborat, vtq; suo officio perfungun-
 tur, efficit. Ceterum tegmen id contrario aduersiq;
 situ collocatum acuminæ pilosæ sursum: exortendit,
 atq; in sublime nitente, vomitum compescit, deorsum
 detrahit stomachi musculis, quibus cibum am-
 plectitur & retinet. In huiusmodi autè affectib; qui-
 bus vel supernæ vel infernæ partes iustellari solent,
 non dissimile quiddam moliri soleo. Sic in vomitu
 os ventriculi inungi iubeo, deorsum producta manu
 versus umbilicum, In fluxu vero alui à pede sursum
 reducta palma: quod ipsum etiam scilicet soleo, si
 quando mulier vteri affectibus est obnoxia. Sic in
 matricis, vt vocant, strangulatione, qua; suffocati i-
 detur scæmina vaporibus sursum delatis, vel venam
 circa talos incidi iubeo, vel coxis cucurbitulas affigi,
 omnia que auerti ac deorsum ferri curo, vel iniecto
 elythere, aut ano subditis balanis, seu vt vulgo vocat,
 suppositoriis. In prociencia vero vteri, vbi omnia
 deorsum feruntur, tanquam resoluta corporis com-
 page supernas partes ligamentis adstringi, vberibus
 cucurbitulas affigi, vel venam humerariam pertun-
 di iubeo, quo omnia in contrarium reuellantur. In-
 tus quoque in iam memoratis affectibus exhiberi
 possunt, qua; morbi conditio exigat. Sic staccido &
 nauseanti ventriculo, vel vbi minimum cibi appe-
 nit, aut ægre assumta alimenta concoquit præter vis
 na aliquot generosa & calorifica, vt sunt Hispanis
 ca & Cretica, Zinziberis radix succosa, melle con-
 dita, *Green ginger beconsit*, Belgæ vocant, præ-

*Totidè
 fibras
 469*

*Zinziberis
 effectus.*

clare concoctioni auxiliatur, ac flatu ex cruditate
& humoribus pituitosis contractos discutit. Quocir-
ca & oculorum caligines ex dentis crassiq; humoribus
& stomacho sursum delatis naros dispellit. Non-
nullis hanc in obsoniis & condimentis præscribo,
præsertim ylginoso vdoq; stomacho obnoxius, aliis
qui ex zythi vel cereuisiæ immodica potione, dolore
vel grauitate ventriculi, crebriusque ructibus infe-
stantur, aliquot ramenta cum momento, salis deo-
randa præcipio. Dici enim vix queat quanto pere ins-
flationes & tormina mitiget. Accendit quidem vit-
que primo gustu hæc radix linguam, verum nullam
siccitatem excitat, sed quum saliuam & pituitosum vndi-
que humorem è capite, faucibus, stomacho eliciat,
linguam vdam præstat, ac saliuam humore aurran-
tem, eoq; fit vt hulla vel siccitatem eos afficiat,

Quocirca magno commodo septentrionales
Belgæ huius radicis vsu ventricu-
lum fulciunt.

*Zinziber s-
tim non ex-
stat.*

De occultis naturæ miraculis Finis.

LEVI.

LEVINI LEMNII

MEDICI ZIRICÆI PARENESIS, siue Exhortatio ad vitam optime instituendam; summam pariter atque infimis salubris cum primum s & fugifera, siue corporis, siue animi incolumitati prospectum cupiant.

In Deum per Christum potissime designandos oculos mentemq; arigendam.

CAP. I.



Visquis salutis sue est auditus, sibi que optime consultum cupit, atq; in hac vitæ statione iis excubiis aduersus inimicæ res casus, & quæ singulis momentis ingruunt incommoda, intrepide atque inconcussa subsistere exoptat; in Deum Opt. Max. ac cœlestem Patrem per Christum designat oculos. atq; mentem quæ ab hoc vberissimo fonte dimanauit, continenter habeat erectam, nec alio respiciet, aut confectetur salutis præsidia, sed huic vni fidat atque innitatur. illam colat, veneretur, suspiciat, ac salutaria quæq; Mediatoris fiducia ab illo deponat. Deinde sedulo excutiat atque arrente secum ipse meditetur quanta Deus erga genus humanum vsus sit in misericordia quibus ornamentis ac naturæ dotibus hominem instruxerit, qua illustrauerit, dignitate & amplitudine; in quod decus & honorem officium hoc è tena constitutum euexerit.

Vnde petenda salus.

Deus fons bonorum.

Magnificètia Dei erga homines.

Quanta homini consulti riuum opifex Deus.

CAP. II.

Duplex hominis esset.

Quum forma atq; externa corporis humani species, cella illa quidem & erecta in cœlum, quoq; tet.

G.G. 4.

Gen. 2,

condiscat ad suam originem directos habere oculos, præ cæteris animantibus spectabilis sit atque artificiosè decenterq; expressa, tum interna effigies illum mirifice exornat, quod ad imaginem ac similitudinem Dei sit conformatus, hoc est repræsentet ac referat opificis sui essentiam, atque ad eius naturam proxime accedat. Quæ vis excellens ac diuinitus infusa tota in anima ac mente consistit, ex archetypo ac diuinitatis sacratio deprompta, quo diuino munere consequitur homo, ut ratione, iudicio, intelligentiâ imbutus, doctrinæ cœlestis efficiatur capax, conceptaq; Dei notitia, ac fidei lumine illi unitur, actorus in illum transformetur. Præter alias autem insignes prerogatiuas, hoc in primis consequutus est homo, ut quum Deus cetera animantia

Homo Dei simulacrū.

2. Cor. 3.

Quid hominem à beluâ seernit.

Loquela singularare Dei donum.

Gratitudinem Deum exigit.

Ephal. 15.

alioquin finxerit, hoc est, muta ac sermonis vocisque vsu destituta, illi loquendi munus indulsit, quo communicare aliis sensa mentis, atq; animi conceptus possit indicare, & quod omnium est maximum, Deo que gratissimum, ut conditorem, cuius notitiam per fidem mente conceperit, voce celebret, summissique laudibus prosequatur. Hac enim ratione non solum illustratur nominis illius maiestas & amplitudo, sed etiam pro ingenti humani modulo, nonnulla rependitur accepti benefici gratia, ac profertur erga tam munificum patrem grati propensiq; animi testificatio. Quum autem Deus bonorum nostrorum non egeat, nihil aliud à nobis exigit, quam amorem & gratitudinem.

Deo nihil homine carius, omniaque in eius usum creata.

CAP. III.

Deum erga hominem omnia afficiunt.

Quum autem Deus vnicè afficiatur erga hominem, atq; huius animum mentemq; in qua elucet ei, diuinitas, multis magnisque ornamentis illustrabit,

sum

tum etiam' externis donis atque amplissima possessione rerum quas natura Dei ministrata affatim profundit. cumulate illum instruxit, illique totius vniuersitatis praefecturam ac principatum attribuit et iam infino cuique conditioni ac plebeio, qui non minus fruitur creatoris munificentia, totiusque mundi amoenitate spectabili cum primis ac visenda, quam Regum quiuis copiis opibusque affluens; ita ut in hoc spatiosissimo orbis theatro versetur non ut extero quidam & inquilinus, qui à mundanarum rerum possessione sit alienus, sed ut *ἄριστος πολίτης*, Homo reus hoc est, mundi huius ciuis ac municipalis, omniumque rerum quas terra complectitur dominus. In illius enim usum, commoditatem, obsequium omnia creata sunt, quaecunque caeli ambitu, terra que ac maris complexu continentur, quo ijs verbis Dauid operum Dei admirator vnicus testatur:

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum: per vniuersam terram? *Psalms: 8.*

Quoniam exaltata est magnificentia tua supra caelos.

Quid est homo, quod eius sis memor, aut filius hominis, quod eius rationem habeas?

Ministri illum paulum à Deo vel Angelis: gloria & honore coronasti: illum, & praefecisti eum operibus manuum tuarum,

Omnia subiecisti pedibus eius, &c.

Quibus verbis demonstrat, quanti estimet Deus *Rom. 8.* post Christum hominem, quantaque sit apud illum eius existimatio, cui natura vniuersitas subseruiat, ac sit obsequiosa, adeo ut non solum res omnes creatæ commodis vsumque eius sint expositæ, sed Christus etiam huius causa se morti subiecerit, cuius fauore ac meritis pater omnia nobis affluenter donat.

Auenter donat.

Quarta esse debet homini erga Deum gratitudo.

CAP. IV.

*Homini
reconcilia-
tio.**Ephes. 2.**Titum 3.**1. Tim. 1.**Deo vita
nostra aperi-
probanda.*

ILLud autem præcipue hominis erga Deum non vulgarem amorem ac venerationem excitare debet, quod cum à Deo esset alienatus, atque ob violatum eius præceptum, in sempiternam mortem delectus, pater cœlestis, singulari Christi favore ac meritis, in gratiam receperit: Christus siquidem humana cladis miserus, hominem suo sanguine expiatum, patri reconciliauit, ac deuicta morte, excussiq; fauillimi hostis tyrannide, cui erat obstrictus, & velut obaratus, in libertatem postliminio asseruit atq; in regni cœlestis hereditatem restituit, sic vt teste Paulo non amplius simus alieni generis atq; hospites Dei, sed ciues & heredes, denique amici ac domestici eius, super Apostolorum ac Prophetarum fundamentum extructi summo angulari lapide Iesu Christo per quem accessum aditumque habemus in vno spiritu ad Patrem. Quocirca cum quisque nostram salutis doctrinæ adiniculo per fidem ac laueri regenerationis Christo sit infusus, atque, vt Paulus ait, per renouationem Spiritus sancti, quem effudit in nos opulente, gratiam & hereditatem consecutus: par est, ipsaq; salutis nostræ instaurationi exposcit, vt omni spe ac fiducia in tam munificum patrem, eiusq; filium Iesum Christum, qui mortem & peccatum aboleuit, collocata, illi nos submittamus, illi nostram vitam, mores, studia approbemus, summaque animi puritate, moribus sanctis & inculpatis, precatione assidua ac feruenti, illum nobis deuincire, illiusque fauorem ac gratiam demereri eniamur.

Sapientius

Baptismus quid homini conferat, quid moveat.

CAP. V.

Quoniam autem Baptismus seu sacra lotio primus est in Ecclesiam cœtumque ac confessum *Baptismus* fidelium ingressus, ipsaq; ianua & vestibulum, hæc *quid efficiat.* in spem ac fiduciam salutis nos deducit. Per fidem enim & penitentiam, hoc est, antea vita detestationem mortificato corpore, menteq; renouata, Christo inserimur, qui animi nostri labes ac vitia, adhibito externo hoc symbolo, abtergit, eluit, abolet, in fuso mentibus nostris spiritu sancto, per quem concepta certitudine salutis, confidenter clamamus, Abba Pater. Quæ geminata atq; identidem duplicata inuocatio tam est efficax & presentanea, vt omnia munifico à patre cōsequatur, modo quis sua vota ac preces, suas postulationes ac suspiria p Christum eo dirigat. Hoc enim duce ac mediatore, qui *I. Ioan. 3. Iacob 1.* nobis gratiam suo sanguine promeruit, nihil nõ eorum, quæ nobis salutaria sunt, obtinemus, nec vnquã orationes nostre irrita sunt, aut inuvalidæ. Neq; *Oratio per Christum. Iff. 2.* enim obscure seunt aures tam munifici patris; ad illocum preces, quibus redimendis filium suum vnigenitum impendit.

Res Deum, in proximum proferenda caritas.

CAP. VI.

Cum autem in Deum, cui nihil non debemus, & *Deut. 6.* in quem omnes humane vires, quæ in mente, *Leuit. 7.* corde anima, spiritibus consistunt, effundi debent, *Marc. 12.* potissime proferenda caritas; tum vero in proximũ. *Luc. 10.* hoc est, eiusdem cum vnoquoque nostrum natura *Caritas ergo.* & conditionis amor ditigendus non contractior *Deum.* aut remissior, quam quo quisque nostrum seipsum complectitur, sic vt omnes illi non grauate operam suam præsent, & si quando res polcat, ac se offerat.

Amor erga proximum.
 occasio (quam etiam captare par est) subueniant ex-
 gestari atq; adsint consilio ac opibus, Hic enim est
 potissimus fidei fructus, ac sincera minime que fu-
 cata Christianæ professionis testificatio.

Quanta esse debeat erga parentes liberorum pietas.

CAP. VII.

Matth. 5.

*Proles pa-
rentibus af-
ficiuntur.*

Prov. 28.

Luc. 2.

Exod. 20.

Deut. 5.

Matth. 15.

Eth. 5.

Matth. 7.

Marc. 4.

Ceterum cum omnia Deo, plurimum patriæ & a-
 micis, tuta vero non parum multa parentibus de-
 bebamus. Quis autem cultus & veneratio iis præstari
 debeat, nihil necesse est operosius præscribere; cum
 cuique natura sit insitus amor & propensio erga
 suos, etiam ethnicis, teste Christo, sic ut is affectus
 (etiam si præstetur officium) non laudem promereat-
 ur, sed crimen effugiat, Hoc tamen abineunte ætate
 sedulo cuique inculcandum, ut parentes, quorum
 opera ac ministerio vitæ primordia lucisque huius
 auspicia est consecutus, intime impenseq; diligat, ac
 summo amore prosequatur sic ut illis in omnibus
 quæ dicat ratio atque exigit æquitas. morem gerat
 atq; obsequatur, quemadmodum Christus subditus
 legitur Mariæ matri & Iosepho. Est enim Deo grata
 pietas, & obsequium cultusq; parentibus exhibitus,
 quod etiam studiosè præscriptum est cum in veteri,
 tum nouo testamento. Scitum est illud Pittaci philo-
 sophi. Quælibet stipendia parentibus, intuleris, eadem a
 filiis exspectato. Quo spectat illud Christianus se
 proferens, Quæ mensura metimini, eadem metientur
 vobis alii. Ex huius enim rei errore ac negligens-
 tia plerumque euenit, ut parentes experiantur suos
 liberos contumaces atq; immorigeros, minusq; ob-
 sequentes, sic ut proles iam adultæ progenitorum mo-
 nita respiciant, atq; aspiciantur, idq; merito ac iusta
 nonnunquam rationis vindicta, quod se parum cõ-
 modos præberant suis maioribus, atq; in illos fuer-
 unt contumeliosi.

Qualem

Qualem se quemq. præceptoris ex libere conveniat.

CAP. VIII.

Præceptoribus quæ inſtituunt, ac mentem doctri-
næ ſtudijs expolunt, nõ minorem quã parentibus
honorem exhibeto. Sic Iuuenalis maiores laudat, il-
lorumq; Manes fauſta boniq. omnis precatione p-
ſequitur, quod ſingulari fauore & beneuolentia præ-
ceptores a que ac parentes eſſent complexi :

*Præceptoris
honor deſer-
rendus.*

Deſt, inquit,

*Dii maiorum umbris tenuem & ſine pondere terram,
Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum uer,
Quis præceptorem ſancti uoluerit parentis.
Eſſe loco.*

Saigr. 7.

Si Fabius commonefacit diſcipulos, vt præceptores
non minus quam ipſa ſtudia ament, & parentes eſſe
non quidem corporum, ſed mentium credant. Paria
enim ſunt, atq; eiufdem propemodum naturę, na-
ſci & inſtitui. Alterum ſiquidem corpus procreat, al-
terum mentem informat. Quæ ſi progenitores huma-
nitate ſtudijs imbuti, inſtituendis formandisq; ſuis
liberis operam impendunt, vel ſi ijs adminiculis de-
ſtituti, adhibito præceptore erudito ad confequen-
dam ſapientiam atq; eruditionem ſunt adiumento,
nihil illis conferri poteſt ad decus & ornamentum
virtutis vberius. Hac enim inſtituendę vitæ ratione
non ſolum exornatur mens præſtantiffimis virtuti-
bus, integritate vitæ, morum probitate, continentia,
manſuetudine, placabilitate, modeltia, humanitate,
iuſtitia, temperantia, comitate, ſed etiam vltro ac-
cedunt ac deferuntur propemodum inuitis ac repu-
gnantibus opes, dignitates, honores, ad quæ illis e-
ruditiõ aditum patefacit.

Lib 2. c. 10.

*Inſtitutio
mentem
exornat.*

*Quibus poſſimus in humana ſocietate honor exhibendus & res
uerentia.*

CAP. IX.

Quis cuique pro ſua dignitate atque ordine honor
deferri debeat, vt etiam Paulus præcipit, tum

Rom. 13.

præcipue senectuti propectaque ac canescentiæ illi quo omnes appetant. hoc officium præitari potest. Sic ex Dei iussu Moyses. Coram cæno capite ut

Leuit. 19.
*Senes hono-
randi.*

surge & honora personam ienis. Obseruari hoc etiam Lycutgos Lacedæmoniorum legistatorem statuit, qui maximum honorem non diuini & potentum, sed pro gradu ætatis senum esse voluit. Nec sane vsque terrarum senectus honoratur. In hunc ordinem referendus Magistratus ac Consularis Prætoriaq; dignitas, cuius prudentia atque auctoritate Reipub. incolumitas subsistit, omniaq; perficiuntur tranquilla ac pacata. His accedunt quotquot sunt spectatæ probitatis, ac maturæ ætatis viri, vel proceres ex illustri familia oriundi, aut etiam literarum studijs exculti, ac doctrinæ ornamentis perpoliti.

*Rom. 13.**Magistratus
honorandus.
Ministri
Ecclesie ho-
norandi.*

Illis vero qui Ecclesiæ ministerio ac sacris functionibus insunt, formandisq; mentibus ac corrigendis deprauatis hominum moribus singularem operam impendunt, primas potioresq; partes in hoc negotio, atq; officij huius obseruatione defero. Sic Paulus Presbyteros; hoc est, qui grauitate morum, senili prudentia, vitæ integritate prælucent gregi, ac salubri doctrina puroq; ac sincero Euangelici sermonis pabulo famelicam turbam pascunt, duplici honore dignos pronuntiat, omniaq; vberius ac cumulatiuis in illos conferenda, non solum pro gratis ratione reuerentiam, sed ea subsidia etiam, quibus frugaliter ali possint, ac rem domesticam necessaria suppellex habere instruatam.

*1. Tim. 5.**Rom. 12. 13.*
Philipp. 2.

Quid præset homini iustitio, & qualis ea esse debeat.
CAP. X.

*Institutio
quæ homini
præset.*

Magni refert, qua quis ratione instituat, quocirca cum primum ætas disciplinarum est capax, atque ad studia literarum apposta, mature liberalibus

bus atq; ingenius artibus imbuatur. Is enim potissimum natura hominis ad probitatem fingitur, atque humanitatis cultu percolitur. Auspicatissimum aut institutionis initium ab informanda moribus sumitur. Quamobrem adolescens studii destinatus, primum mores componat, deinde eloquentiam ac dicendi peritiam addiscat, quæ male (vt Plinius ait) absq; moribus concipitur. Potior est enim ratio honeste viuendj quâ polite ac diserte loquendi: ipsaq; vita integritas, quam eloquendi peritia, optabilior: quanquam hæc coniuncta atque indiscreta esse conueniat, deniq; alterum alteri adminiculari. Pari modo de verborum rerumq; delectu ac iudicio ratiocinandum, tamenti enim rerû, quam verborû cognitio optatior, res tamen dilucidis aptisq; verbis explicandæ. Quin ipsa vitæ præcepta, qua animo cultum adferunt, mentemq; informant pietati, licet per se honesta sint ac salutaria, plus tamen (vt Lactantio & Fabio visum est) ponderis ac momenti obtinent ad persuasionem, quoties pulcritudinem rerum, claritas orationis illuminat: Efficacius enim in animos hominum influunt, quæ vi sua instructa sunt & dicendi artificio illustrata. Et quanquam non minus anxie verbis in hærendam (vt scioi quidam factitant rerum cognitione destituti) præstat tamen eloquentiam dicendiq; ornatum prudentiæ coniungere: ne verba obsoleta, barbara, inepta exotica in loquendi usum irrepant, quibus obscuratur potius, quam nitescit quamlibet sententiæ oratio. Quod si verbis comitis ac nitidis sapientia desit, nec vlla subest sententiarum grauitas, laudari potius meretur indiserta prudentia, quam futilis ac fluita loquacitas. Est autem Cicerone teste, eloquentie, vt ceterarum rerum fundamentum, sapientia. Scire illud Horatius, quod in omni professione cuique imitandum,

Aut prodisse volent, aut discere poetæ,

In Epist.

*Paranda
rerum &
verborum
notitia,*

*Lib. 1. c. 8.
Lib. 1. c. 10.*

*Utanda
barbaries.*

*Lib. 3. de
Orat.
In Artib.
Poeticar.*

*Aut simul & iucunda & idonea dicere vita,
Omne tunc punctum, qui misit ut visis dulci,
Lectorem del. Et ando pariter q. manendo.*

Sacra vero Scriptura: sancti Spiritus afflatu prodita nullis humanis praesidiis indiget. Ea siquidem non eloquentia, non verborum ornata mentes afficit, sed arcana quadam ac diuina vi animos hominum allicit ac transformat, Quod ipsum cum testatum esse velle Corinthiis Paul. Apostolus: Cum inquit, primum vos adirem, atque oracula Dei vobis patefacerem, nullo orationis apparatu, aut sapientiae eminentia usus sum nec sermo ac praedicatione mea fuit in persuasorijs humanae sapientiae verbis, sed diuina potentia, demonstratione, ut fides vestra non consistat in sapientia hominum, sed Dei potentia. Quibus verbis non reicit verborum ac sententiarum grauitatem, qua affatum instructus erat, nec sibi adimit persuadendam vim & efficaciam qua adhibitis firmis rationibus, atque appositis verbis hominum animos ad veritatis cognitionem pertraxit, sed demonstrare voluit professores Euangelicos non eloquentiae viribus fidere, aut verborum lenocinijs conciliare sibi animos hominum, sed spiritu & virtute Dei. Itaque loquitur Paulus sapientiam inter perfectos, sapientiam quidem non seculi huius, neque principum seculi huius, hoc est, Oratorum qui abolerentur, & quorum euanescent orationum summi, sed loquitur sapientiam Dei in mysterio reconditam, qua efficacius afficit mentes hominum, atque actiores insigit aculeos, quam vlla humana doctrina accuratissimis verbis culta atque exposita. Viuis est enim sermo Dei & efficax, ut is alit, & penetrantior quouis gladio ancipiti, perstringens vsque ad diuisionem animae & spiritus, compagumque & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionis cordis. Sic Deus apud Hieremiam, Nuncquid non sunt verba mea quasi ignis, & quasi

1. Cor. 2.

*Pauli mens
exp. natur.
Sacra Scri
ptura non
tesuna.*

*Heb. 4.
Sermo Dei
ignitus.*

Cap. 23.

malleus conterens petras. Agnouit id ipsum Dauid, *Psalm. 118.*
 qui vim & flammam verbi Dei in animo est expertus: *Tronib. 30.*
 Ignitum eloquium tuum vehementer & Salomon:
 Omnis sermo Dei ignitus clypeus est omnibus spe-
 rantibus in se. Quocirca non censeri debet ignorantibus otiosa & insipida doctrina Christiana, quæ tam
 celesti ac salutari virtute mentes hominum imbuat.
 Non autem fuisse disciplinarum rudes sacros vates,
 sed rerum ac verborum cognitione exacte instructos, *Propheta re*
 vel illud argumento est, quod passim in Bibliis ex *rum cognitis*
 sent, tot insignes parabola, tropi, metaphora, col- *ne imbuti.*
 lationes, locutiones figurata, similitudines ex ani- *Propheta*
 mantibus atque herbis totaq; natura rerum quæ la- *eloquentes.*
 tuissime patet desumptæ, quibus prophetarum concio-
 nes nitescunt atq; illustrantur sic, vt nihil tale obuiũ
 sit in humanis disciplinis, nec vsquam se offerat tan-
 ta verborum ac sententiarum maiestas, quæ mentes
 humanas possit afficere atq; ad amplectendum tam
 salutaria dogmata incitare.

Vnde maiorem integritatem, atq; optima vitæ præcepta petenda.

C A P. XI.

Morum integritatem ac salutarem instituendæ
 vitæ rationem ex decretis Christi, cui sumus ini- *A Christo*
 tiati, ac nomen dedimus, huiusmodi percipies, cuius *institutionis*
 doctrina eo efficacius mentem hominis afficit atq; *intra sumentis*
 transformat, quod diuini spiritus afflatu prodita ni- *da.*
 hil mundanæ fæcis admixtum habeat, nihil anilis
 superstitionis, quæ est umbra quædam & fucata reli-
 gionis species, redoleat, & quod omnium maxime
 est salutare, ad idololatria, h. e. adulterino & pernicio-
 so cultu, qui alteri quam Deo attribuitur remo-
 tissima, Quocirca cuiuscunq; vitæ generi, ac viuendi
 instituto se addicas, quodcunque studiorum genus *Et tu tene-*
 accipias, in quo meditaris consensere; in Dei ver- *ra optime as-*
 bo eiusque placitis te exerceas, atque ab ineunte æ- *suescat.*
 tate salutarem eius doctrinam amplectere. Animus

H H

enim humanus ab ipsa infantia verbo Dei imbutus, eiusque praesidio velut sepimento vallatus, aduersus omnes cupiditates ac vitiorum monstra alacriter intractisq; viribus subsistit ac se tuetur. Hinc salubriter Hieronimas, Bonum est homini, si assumferit iugum Domini ab adolescentia sua. Adolefcens enim, Salomone teste, quam viam est ingressus eam in aetate senili non deseret. Cui illud Cypriani affine nec repente nec perniciousiter excutitur, quod diu usurpatum senio verustatis inoleuit. Quibus enim a prima infantia quisq; infuevit, ea in grauescentibus annis non facile excutere poterit. Hinc ex inueterata consuetudine tot passim senes temulentis, salaces, libidinosi, ita vt iuxta tibi sententiam, Ossa illorum impleantur vitibus adolescentia suae, hoc est, praeter decorum atque aetatis rationem, lasciuiani ac libidinentur, sic vt ab inolitis vitibus nequeant desuescere aut extricari. Sunt quidem nonnulli, qui vbi adolescentia deseruit, atque ardor iuuenilis restitendus est, a vitibus quibus ea aetas obnoxia esse solet, resiliat, atque ad frugem moreisque inculpato se conferant. Sic Cicero in oratione, pro Calio, Multi & nostra & patrum memoria summi ac clarissimi viri fuerunt, ac quorum quam a adolescentia deseruissent cupiditates eximia virtutes, confirmata iam aetate, exstiterunt. Verum vt id nonnullis euemisse constat, qui vel antea eam vitam tradito, vel afflatu diuino, aut denique exhortatione ac monitis amicorum, ad sanie rem mentem reuocati sunt: multi tamen opinione celerius sublati, emendatoris vitae proposito sunt frustrati, sic vt illis damnosa fuerit procrastinatio, ipsaque occasio resipiscendae elapsa sit, priusquam detestatis vitibus salutare vitam institutum potuerint amplecti. Quae mobrem praestat, remota omni cantillatione, excolenda vitam laborem impendere, uti & a tepentis, parum suis uicere potius, quam in sen

Thron. 5.

Prover. 22.
Cypriani sen
sentia.

Iob. 20. Iob
sententia ex
ph. ca.

Mature à r
tu restier
d. m.

in longum differre melioris vitæ occasione Inculcat *Ephes. 5.*
 id ipsum pluribus locis Iulius Apostolus, atq; in hu- *Coloſ. 4.*
 jus aui decursu provide, & circumſpecte ambuland-
 dum conſulat, non vt inſipientes, ſed prudentes redi-
 mantes tempus, quoniã dies mali ſunt. Quib. ver *Pauli locuo*
 bis cõmonefacit ſingulos, ne in hoc vitæ ſtadio ſinãt *explicatur.*
 elabi oportunitatem conſequenda ſalutis, ſed ſin- *Gal. 6.*
 gulis momentis oblatam arripiant, eamq; redimant *Matth. 13.*
 omniũ rerum diſpendio, ne oſcitanes atq; incautos *Luc. 12.*
 præter exſpectationem opprimi contingat. Chriſtus *Chriſtus ad*
 quoq; paſſim ſocordes ac ſomniculoſos ad excubias *excubias ex-*
 ac vigilantia excitat, illoſq; multis exẽplis hortatur, *citatur.*
 vt ſaluti ſua inuigilent, velat ſtrenui atq; exercitati
 milites, q in ſtatio præſidio collocati, ſemper in pro-
 cinctu ſtãnt, nec vnquã remittunt cuſtodia aut excu-
 bandi induſtria, ne quis inopinato in caſtra eũpat. *Cap. 2. Ab-*
 Vitur hac Metaphora Abacuc. Super cuſtodiam vel *Abacuc locus*
 ſpeculam meam ſtabo, & ſigam gradum ſuper munitionem, & *explicatur.*
 contemplanor quid dicat mihi. Aſſumit
 ſibi perſonam excubitoris, qui tacite obſeruat hoſtiũ
 inſultum, atq; inſidias, tota mente & cogitatione in
 Deũ deſixus, cuius fiducia ſe hoſti opponit illiq; adi-
 tum p̄cludit. Adducit aut̄ Seruator appoſitiſſimas ſi-
 militudines, quibus quemq; noſtrum officii ſui com-
 monefacit à caſtrenſi vigilia & excubiis à fure atque
 oppreſſore nocturno, à parientis repentino ſubitoq; *Simile à ca-*
 dolore, à ſponſo qui progreditur ad exor̄andas nu- *ſtrenſi vigi-*
 ptias, ab heri & patrisfam. latenti tacitoq; aduentu, *la. Luc. 12.*
 ab ingruent. calamitate & bello, ab imminente fi. *Matth. 24.*
 ne ac vaſtitate à ſicu protuberante ac proferente *1. Theſſ. 5. 2.*
 proſſos ſuos, à mortis & iudicii die, tum pleriq; a *Pet. 2. Luc.*
 ſis quibus nobis aures vellicat atque ad obſeruan- *12. Matth.*
 dam ſoludem noſtram ſtictos reddit. Exhibutum *25. Mar. 2.*
 eſt adoleſcentibus in ipſo ſtatim ætatis progreſſu ſa-
 lutaræ inſtituenda vitæ exemplum à Chriſto, qui
 prædicabat aſtate & ſapientia coram Dõo & homi-

*Luc. 2.
Ad Ioseph
vna Christi
laudata,*

*Christus Ico
pus & vna
exemplar.*

nibus, apud quos illum gratiosum ac fauorabilem reddidit modestia, ac morum integritas, quem in primis imitari par est, illiusque exemplo ciuibus ac popularibus studium operamque suam approbare. Quod autem natos annos duodecim apud viros cotuatos indolis suae speciem exhibuit Iesus, multaque opportune atque apposite sit loquutus, interrogatus placide ac modeste responderit, circa iactantiae aut fastus vllam speciem, qua vitia praecocis ac confidentis ingenii puberibus inesse solent. Magnam huic aetatis, sumto à Iesu exemplo, primo quoque tempore indolis suae aliquod argumentum proferat, ac vel parentibus, vel ciuibus nonnullam virtutis incoactae spei praebeat.

Quum autem opus sit ductore aliquo, qui velut indice viam commoñstret, qua progredi possit atque optima vita exempla consecrari, obiter commoñstrabo, quas artes amplecti conueniat, quibus autoribus te addicere, quo solidam eruditionem assequaris, atque ad summa, vel illis proxima prouehi possis.

*Qui autores ad excipendam linguam mentemque exornandam
vses, & quae artes potissimum amplectenda.*

C A P. XII.

*Optimique
imitandi.*

*Simile ab
infirmitate
arborum.*

AVtorum cum delictum habero, vt probatissimè tibi legendos atque imitandos proponas. Insuper est enim, in imitatione atque amulandi studio non optima quaeque sectari. Edocuit nos id in naturarum ipsa factio, in qua lectissimum triticum matorum dari terrae ac sulcis committi solet: ipsaque solet excogitata infitio vel inferendi industria, in qua furculos maxime generosos ac feraces in alienam arborum inferimus, quod etiam obseruari solet in circumprimenda pictura, Musica, poesi, atque Oratoria, in quibus amulator curiosus exactissima quaeque

atque ad vnguem facta imitari nititur. Hoc ipsum Paulus Apostolus obseruari vult in us, quæ ad pietatem ac dona spiritus spectant, vt ad ea adspiciantur que emittantur, quæ inter hæc sunt potiora ac præcipua. Quisquis enim tali ratione vel studium vel vitæ cursum instituit, nunquam illum infumæ opera vel impensilaboris pœnituerit, quod iis vero vsuuenire solet, qui superstitiosum vitæ genus amplexi sunt, aut quibus sermo incomtus, nec doctis vltatæ loquutio magno ta dieo dediscenda. Quo mihi merito laudanda videtur studiorum alumna & nutrita Italia, doctaq; Græcia, quarum institutum Gallia ac Belgica imitari non desinit, quod ætati tenere optima quæq; proponat. Hac enim ratione efficitur; vt adulescentes puritate verborum, ac sermonis elegantia imbuti, rerum cognitionem mature consequantur.

1. Cor. 12.
Paul. ex-
emplo ad
summa es
nitendum.

Italia &
Græcia laus

De ethnici scriptoribus censura.

CAP. XIII.

Vanquam non desint parvi æqui rerum aestimatores, qui auctores profanos (vt minus apposite nomina it) exagitent atque explodant, nec vlla ab iis peti velint exempla vel expliendæ linguæ, vel vitæ instituendæ, non tamen illos despicendos iudico: sunt enim Poetæ, Oratores, Comici, Tragicæ, Historici studiosæ iuuentuti ad rerum verborumque notitiam, ad artes liberales; atque ingenuas, ad solidas disciplinas adiumento, atque ad eas expeditum facilemque aditum patefaciunt.

Quæ lin-
guam expo-
lunt am-
plificanda.

Merito autem magna que ratione hæc studia, humanitatis ac politioris literaturæ elogio insignita sunt, quod teneram ac pubescentem ætatem comitate ac mansuetudine, moribusque placidis imbuant: Ex iis etiam prouectiores maturæque, ætatis viri conscipiunt honesta oblectamenta, vitæque tædia qua feronegotiosos innoluunt, discunturunt. Quæ res ad celsæ

Pelitiores
litera quid
præsent.

ut præter alios scriptores orthodoxos, Dinius Basilus cognomento Magnus; nepotes suos ad Oratorum ac Poetarum lectionem sedulo inuitavit.

Poeta efficitur, & quid studio sit inueniunt. arg. nam adulescenter.

CAP. XLV.

Poeta institutum.
Lib. 2. epist. ad Augustum.
Poeta exaltas morum institutor.

Quam sit exactus lingua & morum institutor Poeta Oratorum finitimus. (quo nomine designatur) Horatius eleganti carmine commouit:

O tenerum puri balbumq; poeta figurat,
Torquet ab olis, antea iam nunc sermone autem,
Mox etiam preceps præceptum formæ amicus.
Aspe h' eris & inuidia oritur, & tra,
Tolle saluta referi, orientia tempora noui
Instrui exempli, in oem saluta & agrum.

Tum alia quædam præcepta salutaria inculcat, tenellæ ætati non seuerè, non minaciter, non imperiose, ne ab instituto resiliret, sed blandè, placidè, suaviter, eaq; moderatione atq; artificio tractat, quo stabularii ac domitores generosos equos palpo & popifimate affuefaciunt subilire, atq; artificio pedum agilitate,

Georg. 3.

In saluta sal, ac gressum glomeratæ superbum.

Nec solè ista studiorum oblectamenta adolescentibus spiritus animiq; vigore excitant, sed etiam puerioribus vsui sunt, si quòd ab asperitate forensi, ac grauioribus seriisq; rebus respirare liceat. Antiquissimè præter Theophrastum, Cicero & Fabius restantur: Nam illos constat incultos ac vagos, agrestesq; homines ferarum ritu palantes in ciuilem vitam societatem contraxisse, quod venusto carmine expressit Horatius.

Poeta artium inquisitissima.
Lib. 10. e. 1.
Ita erit. Poetaologum.

Syluestres homines facer interpretis, Deorum
Castibus & vultu sædo deterruit Orpheus,
Diabus ab hoc lenire res, rabidosq; le. n. a.
Dictus & Amphion Thibana conditor arcis
Sana mensura sona trucidat, & præca blanda.

Devere quo vellet. Fuit haec sapientia quondam,
 Publica privati scerere & sacra profana,
 Concubina prohibere vago, tate turam vitiis,
 Oppida moliri, leges incidere ligno.
 Hic honor & nomen diuinis vultibus, atq;
 Carminibus venit.

D. H. floriarum vsu & vtilitate.

CAP. XV.

Quum historia, hoc est, rerum gestarum fida nar-
 ratio non minus habeat vtilitatis, quā oblecta-
 menti, ac praeter amoenitatem lectionis, vberissimam
 prudentia fructum adferat: par est ut in hac se quis
 que studiose exerceat. Quem autem vsum fructum-
 que habeat historia, Titus Liuius sic obiter indicat:
 Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salutare
 ac frugiferum. Omnis re exempli documenta, tang
 in illi ubi posita monumento intueri, inde tibi tuq;
 Res, quid imitere capias, inde fœdè incepti, fœdè
 exitu quod vites. Sic cum quis à Zenone discit
 tur qua quis ratione felix efficit possit: si, inquit, in
 superiorem aetatem intendat oculos, hoc est, si maio-
 rum res gestas, si veterum monumenta intueatur. Est
 enim historia, Cicerone teste, lux veritatis, temporū
 custos, vita & stabilimentum memoriae, magistra vi-
 rorum, virtutis, in qua omnia describuntur or-
 nate & copiose summaque; ut par est, fide ac veraci re-
 rum gestarum narratione. Aperiunt autem sacra Bi-
 blia amplissimum historiarum campum, ac fusi-
 mas rerum gestarum narrationes exhibent, in quib.
 salutaria documenta atque ad vitam instituendam
 idonea exempla desumi possunt, quorum pleraque res his-
 torias exhibet.
 stitenda Dei iudicia oculis mentique obiciunt, &
 quemque nostrum commonefaciunt, quam sit deces-
 tabilis Deo idololatris ac diuini verbi contemptus,
 nullaque affici erga ipsum reuerentia, atq; aliunde
 conquirere salutis praesidia.

*Comædia
vfu.*

*Comicorum
licentia,*

*Comædia
moderatio
adhibenda*

*Quædam
didicisse
oportuit.*

*Næ ætas
ad didicisse
admodum
færa.*

Historia affinis est comædia humanæ vitæ speculatio, in quo quisque mores affectusque suos atque expressam quotidianæ vitæ imaginem sub alterius persona perspicit ac contemplatur, suæque vitæ aut virtutes obseruat, iucundo genere, vt Cicero ait, elegantî, urbano, ingenioso, faceto, quo exercitii genere omnes fere nationes in suo quæque idiomate vtuntur, magna nonnunquam licentia ac dicendi libertate, sic vt iuxta Horatium, libertas in vitium excidat, quod in sectandis vitiis plerumque sint accubiores; neque enim populares tantum atque infime sortis homines notant, sed in frequentissimo ciuitatis theatro optimates ac viros primarios exagitant, rhythmicæque asperioribus perstringunt. Qui uero contra vlam contumeliam atque infamiam labem, minusque seditiosis verbis tale quiddam moliantur, atque in illos tantum qui id sunt promeriti linguas exacuât, tolerari posse videbitur, quo morbidi illi contacto hulcere resipiscant. Suique officii rationem habere meminerint. Belgæ hanc Comicam licentiam *Bataviam* vocant, vt Rhythmicos concentus & modulationes, quibus Fabulam suam peragunt, *Rymosi* dicuntur.

Hæc autem oblectamenta atque ingeniorum amenitates tempestiue primisque annis didicisse oportet, prouectioribus non addiscere, nam floridæ ætati congruunt ista studia, quibus tamen maturior ætas vbi superioribus annis ea degustarit, aliquando se oblectare ac reficere poterit.

Salutaria vero quæque ad virtutem ac probitatem profutura sunt, non pudeat adulta, imo ne deuexa quidem atque inclinata ætate discere; ad ea enim consequenda nullum tempus vel serum, vel intempestuum est, vt nec resiliendi a vitiis.

De

*De eloquendi dicendiq; dicitur, quæ nulli non, cuiuscunq; sit
idiomati, vtilis est & necessaria.*

CAP. XVII.

Rhetorica siue ars Oratoria, cuius munus est apte, distincte, ornateque dicere, ac lectissimis verbis, grauiusq; sententiis auditorum animos allicere atque inflammare, illis præcipue vtilis & necessaria est, qui cõcionandi munus obeunt, q; reipub. administrant, ac Magistratus funguntur officio, aut in cõsulari dignitate, vel Prætorio ordine constituti sunt, qui in militari discordia ac castrensi fremitu, tumultuque populari ac seditione ciuili versantur, quorũ interest atq; autoritas expõcit, incondita multitudinis animos, furore accensos, regere cõsiliis, ac maiestate verborum mitigare. Neque enim semper minis, terrore, vi, sæuitia, ferro, suppliciiis coercendi subditi (nisi res cruenta remedia expõcat sedandæ seditionis) sed placidis verbis, oratione medicata, vultuq; ad grauitatem ac constantiam composito, ab improbis conatibus ad officium reuocandi. Eadem prudẽtia ac dexteritate vti decet patremfamilias erga domesticos, & præceptores erga tumultuosi ingenii discipulos.

Ad quas disciplinã nobis aditum patefaciant humanitatis studia.

CAP. XVIII.

Conferunt autem humanitatis studia seu liberales disciplinæ non solum ad expoliendam linguã verborum lenociniis atque orationis illecebris, sed ad artes vitæ vtilis & necessarias, Physicam, Medicinam, Iurisprudentiam, & in qua præcipue conuiescit, & solatia concipit humanus animus, Philosophiam, non equidem humanam; sed celestem, qua Christo duce Dei cognitionem, amorem, fiduciam concipimus. Omnes enim artes, in quibus se exercet humana industria, huc referri debent, atque in hunc scopum dirigi. Non sunt hanc con-

*Eloquẽtia
quibus
vtilis.*

*Elõquentia
seditiones
suntur.*

*Literæ pelli-
tiores, stu-
dia exor-
nant.*

*Christi phi-
losophia,*

lequuti mundanae sapientiae professores, quia veritate deuri, falsa pro veris, inania pro solidis, fucata pro synceris, dum in pro certis, pro salutaribus noxia hominum mentibus ingerunt: quod afflatu diuino sunt destituti.

*Tres discipli-
nae po-
tissime
vires.*

*Theologia
vju.*

*Qua pars
Theologiae
omnibus,
vt. la.*

*Medicina
vju.
Deus. d.
vilit.*

*Amaena
herbarum
conspicatio.*

Cum autem inter ceteras, tres potissime sint disciplinae, quae non solum professoribus decus & emolumentum adferunt (tamen si id non magnopere spectari debet) sed etiam popularibus vsui sunt, atque ad vitam commode transigendam adiumento: quam amplecti velis, & cui natura sis appositus, mature deliberandum. Theologia hoc est, diuinarum rerum scientia afflatu Spiritus sancti prodita, mentem informat pietati, & qua ratione Deus coli debeat ac quisque salutem consequi, demonstrat, quae (modo pure tradatur) tanto post se interuallum reliquas artes relinquit, quando sunt diuina humanis, solida caducis potiora. Huius scientiae ea pars omnibus ad salutem consequendam est necessaria, quae mentem fide imbuit operibus caritatis exornata, vt alias fusius sumus testati. Per hanc enim, Christo duce, accessum aditumque habemus in vno Spiritu ad Patrem. Medicina praescripta frugalitate ac vitae temperantia, retinque salubrium vsu valetudini prospicit ac morbis medetur. Haec Plutarcho teste sic est de numero artium liberalium, vt per litae splendore, iucunditate nulla sit inferior, Mercedem autem vbertimam confert sui studiosis, nempe praeter rei familiaris amplificationem, corporis salubritatem, omnium rerum possessione praestantior.

Quid autem cum oblectamenti, tum utilitatis adferat herbarum contemplatio, earumque virum cognitio, quid ex dissectione corporis humani, membrorum omniumque partium observatio, non facile cuiquam persuadere potest, nisi viu & exercitatione

id sit expertus. Iuris civilis prudentia summo tempore *Iurisprudens*
 id honore existit, cuius munus est regere consilium *ita videtur*
 vrbis, fundare legibus, emendare iudiciis,

*Consulore in medium, ac rebus succurrere sesto,
 Parcere et subire, et debellare superbo.*

Quem ordinem si quis contemnendum putat, is, ut *Pro Calo,*
 ait Cicero, reuellit non solum vincula iudiciorum,
 sed etiam vtilitatis vitæque communis. Huius præsi- *Iurisprudens*
 dio fulciri Rempubl. conspicimus omniaque inter ci- *tra Ciceroni*
 ues & populares tranquilla præstari & pacata, idque *laudata.*
 sacratissimam legum auctoritate, qua princeps ac *Ius civile*
 magistratus iustitiam exercet, acceptaque à Deo pos- *Christo et*
 sitate (ut Paulus testatur) maleficos ac facinorosos *Paulo pro-*
 supplicio afficit, bonos tuetur. Quocirca vult Deus *batur.*
 singularem honorem & obedientiam præstari Re- *Rom. 18.*
 gibus, & qui Remp. administrant, modo, & qua præci-
 piant, nec à verbo Dei aliena.

Certo fixoq; disciplina generi inherendum.

CAP. XIX.

Cum nonnullis ita allubescant amœniora studia, *Certo disci-*
 ut in iis conefciant atque immoriantur, nec *plina generi*
 ad solidas disciplinas se conferant, consultum arbi- *inherendum*
 tritor, ut qui frugem eruditionis percipere exoptat,
 nec oleum operamque perdidisse, id disciplinae ge-
 nus adfiscat, ad quod natura maxime fit idoneus,
 ne inuita Minerua, hoc est, repugnante natura, ac si-
 nistro Genio aliquid aggressus videatur: deinde eius
 artis studio cui se addixit, sedulo incumbat, totoque
 impetu, ac summa contentione ad metam prope-
 ret. quo decurso studiorum spatio plenam perfec-
 tamque eruditionem (modò id obtineri queat)

*Inuita Mi-
 nerua nihil.*

*In dis-
sua: u. in-
sistendum.*

assequatur. Cætera vero studiorum oblectamenta per interualla, ac succisuiis horis, veluti à labore respirans degulset, ea tamen lege, vt ad solidum munus pensumq; diurnum se conferat, atque animus ad intermissa studia reuocetur.

Quæ studia & occupationes operosa ac minus frugifera, quæ noxia & perniciosa.

CAP. XX.

*In frugifera
studia: u. in-
sistenda.*

CAuendum autem, quod in nonnullis disciplinis quidam factitant, ne magnum studium multiq; operam in res obscuras ac difficiles, easq; non necessarias conferas, sed in rebus honestis ac cognitione dignis multum operæ curæque te ponere. Vt laudationem. Occupantur enim nonnulli quibusdam studiis: omnemq; suam industriam in eis collocant, quæ multum habent tædii, multumq; anxietatis ac molestiæ, minimum vero laboris impensæ fructum. Vt sunt curiosæ nimis obseruationes & astrorum iudicia, ex Chaldaica vanitate petita, quibus freti profectores temerarii indubitanter pronunciant, quid cuique euenturum sit quo fato natus, quis illi futurus reram euentus, quem quisq; habiturus successum, nunquam adhibita in consilium Dei prouidentia cuius arbitrio mundû hanc vniuersum constat administrari: quorum temeritatem ac fortuitas prædictiones exagitat Esaias, atq; illos irridet, qui ab iis responsa perit, atq; ab huiusmodi impostoribus oracula sciscitantur. Sic enim illis insultat. Srent & saluente aruspices cæli, qui contemplabantur sidera & supputabant menses, vt ex iis annuntiarent ventura tibi. Similiter Hieremias. Iuxta vias gentiû nolite dilcere, & a signis cæli nolite metuerè, quæ timent gètes: quoniam leges populorum vanæ sunt, hoc est, apodixes seu demonstrationes eorum fallaces.

*Astrologia
quæ tenus
exercenda.*

*Cap. 47.
44.*

*Cap. 10.
Astrologia
vanitas im-
probata
propheta,*

ces sunt & futiles. Quibus verbis sacri vates nō pro-
fus damnant aut expiō, ut astrologiam, quæ suum
habet vsum & vtilitatem, sed huiusmodi professori-
bus insultant, qui diuinationum fucis atque impo-
situris imperita plebi imponunt, ac credula turba
fumos offendunt. inani rerum expectatione. His
affines sunt vanitates Chiromantica, quæ inspectis
manuum lineamentis mira nugantur: sumi atq; im-
posituræ Alcumilicæ, quibus nugatores persuadent,
se vertere rerum species atq; argentum, & anea que-
que in aurum demutare: quibus accedunt artes de-
teriores Necromantia, quæ mortuorum corpora se-
pulcris exciri solent, atq; ab iis responsa peti. vt Phy-
tonissam fecitasse legimus, quæ vt Sauli gratificaretur,
Sannuelem ementita ficitaq; specie spectandum
exhibuit.

*Astrologia
non pro-
fus
expedienda.
Artes quæ
damnoſæ.*

1. Reg. 28.

Huic affines sunt Hydromantia & Pyromantia quæ
per aquam & ignem perficitur: multæq; aliæ præsti-
giæ Dæmonum, atq; incantationes magicæ Ariolatio,
Aruspicina, Augurium, Auspicium, hoc est, Diuina-
tiones, & quæ ex inspectatione extorum auim quæ
cantu ac garritu sumuntur præſagia.

Inter hæc maleficia ac veneficas artes refero, qui-
bus etiam in Belgica nonnullæ Stryges ac Saga vici-
norum armentis atque ouillo pecori detrimenta da-
mnaq; inferunt, atque illis Dæmonum ministerio
lac ac butyrum depeculantur, melleiq; & vineta de-
populantur, ac conterunt, quin & maribus virile
robur eripiunt, ac velut emaculatos ad congressum
Genialem reddunt impotentes atq; inualidos, quod
mihi aliquando questi sunt viri robusti ac lacertosi,
qui se deplorabant in eunuchos ac spadones dege-
nerasse magno suo pudore, vxorumque damno, qui-
bus ego medelam atque amuleta, ad ferre studui, ad
motis herbis, quæ ad tales præſtigias, Dei munere
efficaces sunt & præsentaneæ,

*Incantatio
damnoſa.*

Huiusmodi autem fascinationibus fatigare ingenium non solum superuum & inutile, sed etiam exitiale & damnosum; nam legibus diuinis & humanis morte prestantur, atque ad palum alligari ignitis facibus excruciantur, qui maleficas vllas artes Cacademonum opera exercent Qua autem ratione incantamenta abigenda, expugnandaque sint in calce libri indicabimus, vbi de Maiestate nominis lelu tractabitur, ne hic ordo atque orationis series interruptatur.

Non minus animo mentis, proficiendum, quam corpori.

C A P. XXI.

*Cultrus animo
no est corpori
impendendus.*

*Simile à rebus
domesticis.*

Cum autem homo ex corpore & anima constet & cōstatu sit, omni providentia vtriusq; partis incolunitati inagilendum. Anima potissima hominis pars est, corpus anima domicilium. Illius imperio, huius seruitio ac ministerio magis utimur. Vtriusque igitur non segniter habenda ratio: Si enim damus operam, ne aedes nostra paludes sint & vlginosa, ne tectum & culmina pluuie, ventisque exposita rimis fatiscant; ne denique vestes ac tegumenta situ obducta minusque ventilata rineis blatrisque scateant: quanto magis corpori prospicere par est? cuius virtus animum quoque per consensum ac lege confortii afficiunt, atque vitro citroque commicant. Nam

— *Corpus onustum*

Horat.

*H. spiritus in se animum quoque pregrauet una,
Atque afficit homo diuina partemque auræ.*

Cum illud Sapientis a fine, Corpus quod corrumpitur: aggrauat animam, ac sensum deprimit multa cogitantem.

Corpori itaque aliquod tribuendum cuius soltus

ris (et Plinius ait) animus ipse sustentatur. Obserua-
uit id Paulus, qui Timotheo interdicit aqua mode-
ratum vini vsum præscriptit, quo fulciet stomachus,
atq; in Evangelii propagatione esset alacrior. Cor-
pus enim inculpate constitutum, animo commo-
dus subseruit, nec menti in altissimarum rerum contem-
platione officit aut est oneri.

In primis autem menti prospicere, illiq; cultum
côferre conuenit, quod nulla re efficitur melius,
quam firma ac stabili in Deum fiducia, quæ in cer-
tissimam immortalitatis spem hominem erigit, atq;
que animo metum mortisque formidinem eximit.

Ut autem cibus corpori alimentum, ita Dei verbum
pabulum ac fomentum animo, quo vno concitur
in mente pax & tranquillitas, qua nihil homini in
huius vitæ cursu optabilius aut expetendum magis.

Quanto autem diuexentur angore ac mentis in-
quietudine impij, quam se uam experiantur animi
carnificinam, facinorosi etiam externus habitus cor-
poris indicat. Est enim, nequitia vltix sui sic, vt quam
semel occupauit meatem, nunquam securam esse
patiatur, sed continenter perturbationibus exagi-
tet. Quod etiam Elías eleganti similitudine ab

flu, xariniq; fluctibus defuncta expellit: Impi-
cor tanquam mare exafluat, & redondant fluctus
eius in lutum & conuulsionem, hoc est, mens il-
lorum, qui sceleribus contaminati sunt & nequitia
polluti, tumultuosa est, turbulenta inquieta. Cur ve-
ro vita sua uis esse possit & iucunda, aut animus tran-
quillus & placidus, qui corpus circumfert, foedissimis

morbis inquinatum, & mentem obsecnis vndique
vitiis oblitam & deformatam? Quis morbum cum
magna malorum pars a vitiosis animi affectibus e-
mergat, omnibus modis his ad sistendum, nequid in-
commodè corpus ab his concipiat, pari cura & studio
illud à morbis vindicandum, ne à corpore in ani-

Anima pabulum.

Impij inquieto

ti.

Cap. 56.

Affectus vitiosus mentis officium.

*Humores
pravi mens-
rem obnubi-
lant.*

mum aliquid labis aut contagionis transferri con-
tingat. Cum enim humores pravi ac vitiosi, cerebro
tetros fumos inferant, ad multa mala mentem impe-
pellunt atque incitant.

*Qua ratione corpori subueniendum, ut inculpata valetudine
suscipiat.*

C A P. XXII.

Vitia frugalitatis.

Sapientem tuerit, ac morbos propulsat frugalitas
ac victus temperantia, adhibita earum rerum mode-
ratione, quæ ad stabilendam valetudinem, viresque
firmandas sunt necessariæ.

Appellantur autem istæ Galeno, causæ conserva-
trices, quod habitum corporis conservare sint ido-
nex modo iis commode atque opportune vramur;
Recentiores, res non naturales vocant, non quod
præter naturam existant, sed quoniam extra corpus
constitutæ, nec nobis, ut humores, insitæ: vñ effe-
ctusque, naturam, eiusque facultates in commodo aliquo
afficiant, si sinistre, parumque apte adhibeantur. Hu-
iusmodi sunt circumfusulus nobis aer, cibus & potus,
somnia & vigilia, repletio, inanitio, affectus, motusque,
animi, quorum quodque corpus humanum, ad sui
conservationem ac tutelam exigit. Quoniam autem
potissima sanitatis pars in salubri diæta consistat, stu-
diose observandum, quid in ea corpori vel proffit vel
officiat.

Et quum non minus cæda sit, quam noxia ac pe-
niciofa valetudini ingluvies, tantum cibi & potionis
sumendum, quantum naturæ necessitas exigit, utque
vires corporis alantur, non opprimantur.

*Moderatio
victus studio
sive vultu.*

Est enim victus moderatio in omni studiorum,
magnarumque rerum occupatione, in perferendis elu-
cubrandi laboribus, in obeundis muniis publicis vitilis
cum primis & necessariis. Ea siquidem valetudinem
firmam

firmam constituit ea spiritus cum animales, tum vi-
rales, qui cerebro & cordi adscripti sunt alacres red-
dit, atque erectos ira, ut quæ quisque mente conce-
perit, expedite, nullaque molestia perficiat, atque ex-
sequatur. Luxu autem atque intemperantia vitæ
acciri morbos, impediti studia, honestas omnes co-
gitationes flaccescere, non progredi lucubrations,
labalcere mentis alacritatem, vigorem animi extin-
gui, hominesque ignavos effici, inertes, socordes,
somaticulosos, nec ad res vllas præclaras eniti quo-
tidiana exempla demonstrant. Quocirca qui studio
literarum se addixit, atque eruditionem affectat,
ita moderetur rebus suis, ne quid pro cupiditatis ar-
bitrio fiat, sed appetitus rationi pateat, omniaque ad
vsum vitæ ac naturæ necessitatem referat. Exigit
idipsum à suis professoribus Christus, et cosque has
iustinodi verbis ad temperantiam reuocat. Videre ne
quando granentur corda vestra crapula & ebrietate,
atque huius vitæ curis, iubitofque vobis ingruat il-
le dies, ranquam laqueus enim superueniet in o-
mnes qui sedent super faciem totius terræ. Qua
concioune infigit hominum animis sobrietatem, at-
que excutit rerum terrenarum amorem, in coque
negotio illos persistere vitæ ad extremum vsque vitæ
diem, ne quid decerint illis obueniat. Scitum est il-
lud Cornelii Celsi, Vbi a seibum ventum est, nun-
quam vllis nimia satietas sape inuultis nimia absti-
nentia, neque ex satietate fames, nec ex fame satie-
tas, & immodica ingurgitatio idonea. Quamol terra
inconsulte sciunt qui postpridianas epulas ac sym-
posia, mensisque Geniales potitue immodica me-
dia se maceiant ira, ut defectu animique desiquio
nonnuquam corripantur, atque osiferis testi-
ficiendi sunt. Alia ieiunio atque antecedentis diei
inedia assuetus, quam par est, cibo potuque se o-
nerant adeo, ut nisi relaxentur, dirum ieiunentur.

*Christum sim-
galtatam
imperat.*

Luc. 2.

Lib. 1.

*Vnenda
satietas.*

*Liberalius
ad ornanda
da nomen
dum.*

Liberalius autem nonnunquam cenare, ac cum æqualibus tempestius conuiuere se reficere nihil habet vitii nullaque ratione improbari meretur, modo omnia moderate perficiantur, atque intra mediocritatem, intra temperantiam limites consistant. Huiusmodi enim laxamentis dilentitur morositas & inæstima, que ex nimia intentione menti nebula ac caliginem offundit, ipsosque frigidusque extenuatis exhaustisque spiritibus melancholicos efficit terribiles, taciturnos, morosos, atque ab omni fidelitate ab omni consuetudine civili alienos: qui affectus à Philomusis, virisque politicis ac literarum candidatis alienissimi esse debent.

Liberalis ex Dei liberalitate ac munificencia, magna gratitudine ac gratiarum actione ferendus.

CAP. XXIII.

*In cibo Dei
agrosatur
munificencia.*

Quoniam autem ex Dei munificencia rebus creatis exordium in usum ac commoditatem hominum consecrata sunt: in ipso statim mensæ accubitu, antequam manum patina aut alimentis ad moueri contingat, in vniuersitatis Opifinem exigenda mens est, atque alacri viuendaque precatione impetrandum, ut ea que sumuntur sumis nobis per fidem salutaria efficiat atque ad alendum fouendumque corpus efficacia, neque enim in edulij atque obsonij nutriendi vis consistit ac vegetandi potentia, sed in verbo Dei que tali virtute illa imbuit. Quocirca ad Deum omnia referenda sunt. Sic præter Paulum Prudentius commemorat, à quo victus viteque subsidia peti aut sperari debeant, nempe à Deo patre, à quo per Christum omnia consequimur, Sic enim preces eo dirigit,

*Lathemus
lib. Prudentii
hymnus
in mensæ
accubitu.*

*Christe pater genitor patens,
Hæc mensa precor inuisa
Felle salutiferam faciem,
Fugate serenus, et iracundia,
Nuncupia ut subhonore ius
Hæc quibus licet capere.
Te pro nobis nihil Domine,*

Neo

Nec iuuat ora quid appetere,
 Pocula ni priu atq; cibos
 Chrifte tuu fauor imbuerit.
 O vana ser tificante fide
 Feru la noſtra Deum ſapiant,
 Chriſtus et iſſuat in patinas
 Seria ludere, verba, iocos,
 Dentq; quod ſumus atq; agimus
 Trina ſuerna regat P etas.

Inſtauratis cibo viribus ad gratiarum actionē Chriſti
 exemplo nos incitat: nam Seruator absoluta cœna
 nō, niſi hymno dicto à menta ſe ſubduxit, quo agno-
 ſcamus ab opulenta largaq; Dei manu omnia proſi-
 ciſci, atq; etis munere nobis eſſe ſalutaria. Sic autem
 gratiarum actionem proſequitur:

Matt. 26.
 Marc. 14.

*Paſtu v ſeribus cœog, ſumto,
 Quem lex corpori imbecilla poſcit,
 Laudem lingua Deo patri rependat,
 Sic nos muneribus tuis reſciat,
 Largitor Deus omnium bonorum,
 Grates reddimus, & ſacramus hymnos.*

Prudentiſſi
 gratiarum
 actio.

Sunt huius generis complures precandi formulæ aſ-
 pud probatiſſimos auctores, atq; etiam in Bibliis eiaſ-
 culationes paſſim obuia: verum nulla ad impetran-
 dum efficacior, quam quæ à Chriſto præſcripta eſt.
 Hac enim referri debet, atq; ab hoc fonte promanar
 quicquid vel petitur, vel mente concipitur. Conſtat
 illa quidem verborum paucitate, ac ſex ſeptemue
 concifa membris, ſed quæ tam ſir fœcunda referatq;
 myſteriiſ, vt omnia in ſe complectatur, quæ vel ad Dei
 gloriam, vel noſtram neceſſitatem uſumq; ſpectant,
 vel etiam proximi emolumentum.

Matt. 6.
 Luc. ix.

Quomodo hoſpitalitatis habenda ratio.

CAP. XXIV.

Hoſpites ſe-
 200 111.

QVod ad conuiuiarum hoſpitiuſq; rationē attinet,
 aut illoruſq; ſympoſita ac comedaſiones alteriuſ

*Rom. 12.**1. Tim. 3.**Titum 1.**2. Pet. 4.**Heb. 13.**Inopu vi bar**bēdā ratiō.**Luc 14.**Hospitum**b. b. d. d. d.**alecōm.**Carmen**conviviali**alegans.*

sumtu captant & venantur, prudentem ac circum-
spectum quemq; esse decet. Primum hospitalitatis, quā
præter ceteros Apostoli collaudant, ac Paulus in epi-
sopo exigit, cuique curæ esse par est, ac modestis ciui-
bus a diu vestibula ac cœnaculorū aditus patefactos.
Est enim, Cicetone teste, cum primis decorum homi-
num illustriū domos parere illustribus hospitibus. In
quo humanitatis officio, ut vitetur ambitio, atque o-
stentatio, apparatus, personarumque respectus, Chri-
stus conuocari voluit inopes atq; egestate oppressos,
nulla spe redituri muneris aut impenſi beneficij cō-
pensatione, nisi a patre cœlesti, qui omnia cū se nore
refundit. Verum quum sint impudentes quidam atq;
attrita frontis, qui deuorato pudore ac verecundia
vltro se conuiujs ingerunt, beneque pasti nonnunq̄
in salutato hospite tacite se subducunt: conuiujsrum
discrimen delectumq; habendum cenſeo sic, vt mo-
desti admittantur ac frugales: gurgites vero, liguri-
tores, helluones, pāphagi, menſarumq; assēctæ, qui
præter heri voluntatem, impudenter irumpūt, atq;
vltro se ingerunt, oculis foribus arcendi sunt, aut
ciuitate quadā blegādi, vel si id obtineri nequeat,
obijcendē ijs in cœnaculo adscriptæ insigniores alijs
quot sententia ac sicut dicta, quæ illos officij sui cō-
monefaciant, in quem vsu cum alijs, tum istud in-
triculino postibus affigi potest, illisq; spectandum, ex-
hiberi, quo pudore sustulsi meminerint decori,

*Vn conuiuia mea accubare mensa?
Hæc sermo paradoxa. Neminem nos
Dentate salu, nec inuido ore
Suegilla, a postu cœni ualatum
Apru. Quem neque cuprobore, nobis
Nec trahere, nec e Lannari,
Aegreles cyathos conne propines.
Fonti pone mina fuereris.
Et proſe. Ne eris uoſ, hanc
G. au. ſi. e. Deoſſeſſi. p. de-*

Quod

Quod non messuit in suo nouili,

Hac fac, si cupias tu esse gratus.

Non autem negligendam hospitem consuetudinem, ac conseruanda humanitatis atque amicitia iura, puerbium indicat, salē & mensam ne prateras: Quum enim veteres vltro cittoque inter se conuiuia agitarent, huiusmodi symbolis fouebant alebāta que semel initam amicitiam, atque illam communi mensa constabilerunt. Quocirca antiquitus proditiōnis ac perfidie insinulari solent, qui Salem & Mensam essent pratergressi, hoc est, Amicitia referam confregissent, ac violassent fœdus intimamque vitæ necessitudinem qua salē & pœne inter se erant deuincti, atque eiusdem mensæ participes. Ad hoc symbolum spectat Dauidis illa querimonia, qua Christi personam referens amicum ac familiarem proditiōnis ac perfidie insinulat: idque honeste specie ac simulato fictoque pietatis prætectu: Sic autem cum illo exoptulat: Etenim homo pacis me in quo speraui, cui fidebam, & qui mecum edebat panes hoc est, conuictor erat, mensæque eiusdem confors extitit super me supplantatio nem. Tolerari, inquit, possit, ac minus indigne ferri si quis hostis denuntiato per faciales bello, aperto Marte me esset aggressus: at illum mihi fraudes, dolos, insidias strueret, atque aduersum me ceruices erigere, calcepetere, qui cum mihi intercessit intima familiaritas, ac solitus sum arcana omnia communicare, intoleranda res est. & quæ perferri nequeat. Sic Christus huiusmodi facti indignatione commotus. Qui edebat, inquit, mecum panem, is fustulit aduersum me calcaneū suum: hoc est, hostis domesticus. quo nullus perniciosior, clancularius ac clandestinis me consiliis opprimere meditatur, metaphora sum ta ab amicis in speciem primaque fronte blandis, sed insidiolis, menteque venenata, qui latenter homines

*Proverbia
communiāle.*

*Pslm. 40.
Ioan. 13.*

*Dauidi lo-
cus explora-
tur.*

feriant, ac postico calcem impingunt sic, ut quis ma-
 lum intulerit, obseruari ne queat. Belgæ proverbiali
 figura auersa cuspe ferire dicitur tant. hoc est, non à
 fronte, sed à tergo atque auersa corporis parte, *vay
 va hten, ende meet de cramme priks. s. ken.* Huic assinis
 alia Davidis expostulatio, qua queritur ab illo sibi
 atque artissimo amicitia fœdere coniunctus sit, ut
 omnium consiliorum fuerit particeps, & tanquam
 intimus ac primarius amicus secretorum conscius,
 Sic autem rei ar. ocitatem ex. g. rat. Quoniam si inti-
 micus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Et
 si, qui me oderant, erexissent se contra me, ab-
 scondissem me forsitan ab eis. Sed tu homo vnani-
 mis, dux meus, & notus meus. Qui simul dulces
 mecum capiebas cibos, & in domo Dei versati su-
 mus cum consensu, &c. Versus sunt patherici, hoc
 est, pleni affectibus, quibus se grauius magna que
 indignatione ferre declarat, quod qui hæcenus huius
 amici speciem præbuit, infestissimum esse hostem
 experiatur, ac latenter taciteque perniciem moliri.
 Quo autem graphice depingat exprimatque homi-
 nem versipellem & subdolum, qui specie quadam
 assumulate amicitia & virtutis, vultu, oculis, ser-
 mone, blandiatur amico, quum intus in eius perni-
 cium virus & venena foueat. hoc ad perfidiam crimen
 adicit. Mitiora sunt buryo verba oris illius: quum
 in corde eius instruat bellum: Mollitiores sunt ser-
 mones illius oleo, quum sint reipsa gladii & iacula.
 Qua similitudine designat fucatos & malitiosos a-
 micos, qui aliud in pectore clausum habent, aliud in
 lingua promptura, quique altera manu panem ostentant,
 altera tera lapidem ferunt. Cuius proditiouis spe-
 cimen exhibuit Iudas Iscariotes, & post hunc pluri-
 que alii, qui ab ipso edocti sunt, ac fraudulenta ex-
 empla sumserunt.

Prouerbia
 in fidiis
 502.

Psalm. 54.

Davidis lo-
 cus explicat-
 502.

Similit ab
 oleo & b. 2.
 190.

De rei familiaris ac domesticae curae, & usq; administratione.

CAP. XXV.

Qvod ad œconomicã, h. e. rei familiaris admini-
 strationem attinet, quæ Cicerone teste ministra
 est ac famula corporis, in ea stabilienda ornandaque
 quæmq; in dultrium esse decet ac prudentẽ sic, vt ei⁹
 amplificatio ad vsum vitæ necessarium, ad comodi-
 tatem, ad ornatũ referatur, nõ ad luxum, ad delicias,
 non ad sumtuosas mensas atq; immodicos ferculo-
 rum apparatus, quæ opes quamlibet immensas ex-
 hautiunt atq; attenuant. Quocirca in exornando cõs-
 unio, mensaq; instruenda p̄ cæteris obseruanda fru-
 galitas ac victus moderatio, omniaq; euitanda gula
 ac libidinis incitamenta, deniq; cellaria delicatiora,
 quæ fere secundis mensis inferri solent cibolatiis, *Ephes. 5.*
 quo denuo edendi cupiditas incitetur, Hæc profusio
 vitæq; luxus præter id, q̄ facultates immuat, ac
 morbos p̄riat, etiã vbi vino incalescent, luxurieg fo-
 menta ministrat, ac lumbos incitat, parteq; abditas,
 atq; oblocenas tentiginẽ afficit, qua prurire incipiunt,
 atq; vt Apostoli verbo vtar, vii, hoc est, potentius ad
 Venerem incitari, *Quamobrem Paulus nihil pro cupi-*
 ditatum arbitrio fieri vult, sed omnia ad necessitatẽ *1. Cor. 7.*
 vsumq; nature referri, non ad luxum ac voluptatem,
 corpori mentiq; a que damnosam, Nemo autem ita
 absurdelicit ad naturæ sensum, vt corpus suum exo-
 sum habere sustineat, quin vt Paulus ait, enutrit ac
 fouet illud, vt Christus Ecclesiam *Quo exemplo in-*
 uitar Apostolus maritos vt vxores suas ament, eam
 que curã adhibere studeant, quam quisq; suo corpo-
 ri adhibet, atq; illis præster quod Christus Ecclesiæ
 sponsæ vnice adamatæ præstitit. Ceterum in rei fa-
 miliaris administratione ac stabilienda firmandaq;
 re domestica neq; illa detrimẽti patiatur, ita omnia
 moderanda sunt, ne vel prodigi aut profusi hominis
 nomen incurras, aut plus satis parci, aridi, tenaciq;

Ll. 6.

*Rei domestice
ca procuras
sio.**Ciborum apo-
paratus vi-
tandus.**Ephes. 5.**1. Cor. 7.**Ephes. 5.*

*Modus re-
bus ad in-
crendum.*

Conseruatur quidem res familiaris parsimonia, ea-
que augetur & incrementa concipit, verum non in
eam angustiam illa contrahi debet, vt defraudes Ge-
nium, ac te tuosque inedia conficias: quod fordidi
quidam opulenti tacitant: rursus ne, vt deo odiores
assolent parta profundas, ac patrimonia dissipet, as-
citisq; aliquot huius nota ac farina sudolibus, qui
ad haec perficienda exhortantur, ac classicum can-
nunt, abigurias Vt autem iuxta Terentium, Nee esse
est sumtum faciat, qui quasi lucrum: ita iuxta
Plautum, Non potest constare quod fuis si illud sum-
tus superat. Quam sententiam Belgae ita efferunt;

*Proverbium
frugalitatis
comendans.*

Stelt vteren, hi narru nembe. Quo indicat ita modes-
randum sumtibus, ne immodica profusione rem-
domesticam imminui contingat, sed a qualis ac pat-
sit census experitque ratio. Quocirca industrii pa-
tris familias officium est, pro tempore, velut ex
promptuaria cella quadam depromere, & quum res
poscit, recondere. Etenim, vt habet prae uerbum,
Sera in fundo parsimonia. Non est autem à nostro
instituto nec à Republicae commodo, ac rerum
domesticarum conseruatione aliena Lex, quam A-
maisis Aegyptiorum rex promulgauit, Soloni Athe-
nienfium Legislatore etiam usurpata, qua cautum
est teste Herodoto vt populares atq; inquilini sine

*Demonia
ostensa par-
simeria.*

*Lib. 3. Eu-
surp.*

gulis annis apud prouinciarum praesides demonstra-
rent unde uiuerent, & qua re libiuisum compara-
rent qui id proferte non possent, nec testarentur se
legitime uiuere, morte plecterentur. Qua edicti se
ueritate coercere uoluit otiosos, ne ad latrocinia ac
praedationes illis pateret aditus, quo fere deueniunt,
quibus alea, sortis computationibus paterna here-
ditas decocta est, ac funditus exhaustum patrimonium:

*Lex Ama-
sis contra
otiosos.*

Ex his emeruisse opinor apud Corinthios. Legem
sumtuarum contra prodigos, & qui suas facultates
temere profundunt, aut sumtuosius n. agisq; effuse

50411-

conspiciantur, quam res familiaris ac pretentus an-
 tius exigit. Quam cum D. phylus apud Athenam Lib. 6.
 tulerat ac Latini verbis expresserit Erasimus, de
 omni disciplinarum genere optime meritis non
 grauior adscribere quo Magistatus rationem mo-
 dumque inerat, qua effici possit, ut ciuitates ac subur-
 bana praedia minus infestentur a violentis proflato Lex sum
 ribus qui interdum ac noctu facultates quietatq, ho- tuaria Co-
 minum possessiones diripiunt ac corpora immuni- stitutorum.
 ter excruciant, nisi confestim thesaurum proferant. His
 autem verbis exprimitur legis huius sententia.

*Haec legi cantum est hic apud Corinthos,
 Si quempiam discipulare semper splendide
 Videmus hunc rogamus, unde viuatur,
 Quid faciat operum: Si facultates habet,
 Ut reddat harum solvere, x'en as queat.
 Periet enim illum postquam suum bonum,
 Si forte fuerit, superat ea quae possidet,
 Prohibemus hinc ne faciat hoc in posterum:
 Ne faciat, am. Alibiur multo grauius,
 Si non sanctus est, ut in qui nihil habet,
 Tradent eum tortoribus. Proh Hercules!
 Nec enim licet vitam atq, malo vobis agere
 Talem scias, sed est neesse aut nocte vobis
 Abigere praedam, aut fore mirum edium,
 Aut hanc patratum iungere comites cios.
 Aut in foro agere hycophamam, aut per fidum
 Per abere testem: Nos genus hoc mortalium
 Et cimus hac ex vobis, velat purgamina.*

Non minus seuerus est officiorum exactor Paulus
 Apostolus, qui praecipit ut ignaui atq, otiosi excusso 2. Thes. 3.
 veterino operam manuariis officiiis impendant, quib. Paulus 1-
 se & domesticos alant, quod tam rigide obseruari gnauis ex-
 voluit, ut iis alimenta denegaret, qui non insisterent stimulat ad
 labori, atq, ad constabiliendam rem familiarē essent indolentiam
 intenti, sed tanquam fuci qui apum laboribus & mellis

*Pauli ad
romanos
1. Ephef. 4.*

Luc 29.

*Somni &
Vigiliae mo-
deratio.*

*Somnus me-
dianus
quando no-
cturnus.*

ficationi insidiantur, ex aliena liberalitate & munificencia viuerent atque otiantur, nullo opere nifi reru' curiositate occupati. Ad hanc disciplinam ac censuram seueritatem Paulus etiam fures reuocat, qui aliena compulant ac depeculantur; quos non solum commonefacit, vt ab aliorum opibus manus abstineant, sed qua' honesto labore parta & conquista sunt, egenis subleuandis impendant: ita si quid labis aut maculae contractum sit ex re aliqua infami & pudenda bonis operibus ac liberalitate in tenuiores elai potest, quale exempli editum est in Zacheo, qui fenore parta distribuit egenis. Hac enim ratione efficitur, vt antea vitae errores, & vitia virtutis compensatione obliterentur, muris scilicet in diuersum affectibus, exutaq; inclita naturae prauitate ac vitiosa consuetudine.

Somni ac vigiliae moderatio.

CAP. XXVI.

Studiois virisq; politicis inter cetera habenda somni & vigiliae ratio. Hac enim si moderata sunt & tempestiue adhibeantur, plurimum commoditatis adferunt in stabilienda firmandaque valitudine: nam praeter id, quod corpus alacre praestant & vegetum, tum mentem quoq; reddunt ad obeunda quaeuis munia ac functiones erectiorem. Somnus autem immoderatus atq; immodicus stupidos reddit homines, ignaues, socordes obliuiosos, & qui non facile emergant, atque ad praedaras vltimas artes evitantur: Quocirca huiusmodi conditionis homines ad exercitationes ac subeundos labores exercitandi, quo torporem veternumque excutiant, atque aliquid libero homine dignum meditentur.

Quod ad meridianum diurnumq; somnum spectat non consulo vt iuuentus illi assuetat, nisi lassitudo ex actu ac labore contracta vires affluerit, aut nox pridiana intempestiuis vel vigiliis vel symptomaticis transacta sit: tunc enim extra incommodum admitti potest.

potest meridiario: alias memoriam labefactat, mentemque obnubilat, & praeter capitis gravedinem, oculis caliginem adfert, praesertim ubi cibo oppleti decumbunt, quibus hoc quoque accedit incommodi, quod sopore excussio nauseabundi sint atque oscitent, patissique brachiis pandiculentur, hoc est, membra quaquaersum distendant, diffuso vndique per corpus vaporum concursu, ex languida quadam affectione & febrili rigore, quem *Wavisi* nominantes vocant. Latini veteres Helucum. Quae vox designat vel à crapula, vel meridiano somno nausaeantes ac flaccidos, quique subinde ad oscitandum impelluntur.

Senes vero & qui in aetate matura consistunt, tunc meridiari possunt, hoc est, prandio absoluto, modo non nihil intervalli intercedat, se somno dedere, praesertim aestivis mensibus caeloque seruido, quae aeris intemperies homines somnolentos efficit, quo tempore ea commoditas captanda est, vel in sedili collocato corpore, vel in culcitram composito, capite sublimius panloque erectius in pulvinum inclinato. Talenim somni laxamento spiritus cum naturales, tum vitales, à quibus spiritus animalis, qui cerebro insidet, fomenta concipit, instaurantur ac reviviscunt.

Vigilia autem intempestiva est omni aetati noxia, tum senectuti nocentissima, ut etià inedia, quorum utrumque cerebro siccitatem adfert, ac praeter phrenesin & delirium, quod inducit, totum corpus aridum efficit, squalidam strigosum. Quod si immodica vigilia, vel inedia, vel intempestiva lucubratione, aut etià nimio labore, aut immoderata Venere virescitur sint ac spiritus exhausti, consumtoque succo vitali, macties contracta, humido alimento ac somnificis potionibus vires rescitenda, quales sunt lactuca, spinachia, malva effectui par, atriplex, buglossus,

Pandiculari quid sit,

Helucos nauseosus affectus.

Meridiano somno commoda.

Vigilia enervat.

*Somnifica
qua ceres
brum humus
stant.*

Et que vulgo borago dicitur, semen papaveris recentis nymphae flores, vulgo nenuphar, vel liliu aquaticum & palustre, Bataui seu Hollandi *plompen* vocant. *off. Wateil-Lien*, quibus accedunt violarum flosculi, auclei pini, amygdala dulcia, pistacea seu fistici, ordeï cremor, vix & passa, & Corinthiaca illæ minutis acinis, vinaceis immunes; dactyli seu palmulæ, mala Medica seu corticis citri zaccaro aut melle conditi: his enim nativus ac vitalis humorreficitur, ac cerebrum mentis sedes velut rorscido humentique vapore perfunditur, ac suavi halitu irritatur, ex quo emergit somnus placidus ac quiete minus turbulenta aut tumultuosa. Quod si quis sit natura somnolentior, nec illi incalcescat animus ad res vilas praclaras, continenter exercitationi ac labori insidat, vitet cibos omnes frigida humentisque facultatis, eosque assumat, qui vi calidifica humores supervacaneos in quibus consistit somni causa, excicant: quales sunt hyssopus, rosmarinus, salvia, origanum, amaracus, vulgo maiorana cunila seu tyndra, brassica, rubicunda, zinziber, piper, nux muscata, caryophylli, & pleraque alia, quæ cerebrum vaporoso ac fumido humore oppletum releuant, mentemque densis vaporibus obnubilatam erigunt, atque ad concipiendas honestas cogitationes alacrem reddunt atque expeditam.

Quid afferat commodi v. l. incommodi repletio & inanitas, denique abusus vel astrictior vel laxior.

CAP. XXVII.

*Moderatio
cibo adhibenda.*

Adem quoque aliis rebus, quæ valetudini vel profunt, vel officiant adhibenda moderatio: quales sunt repletio & inanitas, qua scilicet corpus cibo potuque reficitur, vel humoribus oppletum euacuatur. Ut autem frugalis esse debet ac temperata studiosis virisque politiciis victus ratio: ita non nimis tenuitate & parca, ne spiritus extenuentur: quibus & id accu-
rate

rate obseruandum, ne alius sit strictior, aut plus
 iusto laxior. Vtrumq; enim (si modum exceſſerit) va-
 letudini aequè noxiū. Si enim plus nimio profu-
 ac sit citior, corpus aridum reddit ac strigosum, so-
 mniq; paucitatem infert, atq; inducta cerebro sicci-
 tate, memoriam imminuit: si vero nimium areſcat
 ac sit coactior, memoriam obnubilat atq; oculis ca-
 liginem inducit, somniaque tumultuosa ac turbu-
 lenta efficit, crassis dentisq; humoribus ad cerebrum
 delatis, *Quæ autem ventrem aliumq; placide mol-*
liunt, sunt viola, lactuca, spinacia, atriplex, malua,
congeneres quam veteribus in eum vsum commen-
datam Martialis indicat.

*Ventrē qua-
 laxant,*

*Herba qua
 alium lu-
 bricum præ-*
congeneres quam veteribus in eum vsum commen-
datam Martialis indicat.

Exoneraturus alium tibi villica malua.

Attulit, & varia quæ habet hortus opis.

Hæ accedunt buglossus, & quæ vulgo Borago di-
 citur, chera phylum vel gingidium, vulgo *Kemel*, bes-
 ta, bitum, pruna Damascena, vix passa & Corinthias
 ex minutis ætatis, mora, ficus. Medicamentosa quæ
 id præstat, sunt mercurialis, fumaris, polypodium,
 fenna, rhabbaron, carthamus, epithymus, calisia,
 manna seu mel aerium concretum, nam scamonea,
 tripolium seu turbith, mezereon, &c. vires deijciunt,
 quocirca non nisi validis ea exhibentur, cum malo
 nodo malus quaendus sit cuneus. Si autem venter
 magis lubricus est, quam valetudini commodum,
 sihi potest cerebro vsu mentha rubicunda, & quæ in
 officinis passim obuia est, ex ea confecta mellagine
 vel syrupo. Ventrem quoq; adstringunt ac corrobora-
 rant cotonea tenera sanugine mala. & quicquid ex
 his conficitur, rosæ rubentes, hæc accedunt melspila an-
 tequam vliuigena sint perpeſsa ac tenerescant, cor-
 na lapidosa quidem intra nucleo, sed non insuaui
 insu, doque sapore, eoque acido atq; adstringente,
 Rhus Ponticum. n. fratres Ribes volant, quod ap-
 petentiam mire excitat ac nauſeam discutit, ipsique

*Quæ ventrē
 adstringunt.*

*Rob. quid
Aucenna.*

Stomacho retinendi sibi vires confecti, praesertim autem
his mensibus, vbi biliosus humor alium prolixa du-
xum prouocat, in quem usum succus eius saccharo co-
cretus; quem Rob. Aucenna vocat, praesentaneus;
nam aluum plus nimio profluentem cohibet, atque
appetendi vires languidas erigit, cibiq; auiditatem ex-
citat, vt etiam mala punica, vulgo granata, rubenti-
bus intus atq; angulosis acinis sapore modo dulci,
modo acido.

*Stidiosi viri, politici sapienter meatus, per quos excrementa
deseruntur expurgandos.*

CAP. XXVIII.

*Meatus ex
purgantur
excrementis
desinat.*

NON frustra Deus humani corporis opifex tot
meatus ac vias expurgandis humoribus proluen-
disq; excrementis condidit, ne scilicet ex horum re-
dundantia obrui hominem, atque emanantibus ab
iis vaporibus suffocari contingat. Sic caput per nares,
aures, palatum se emungit atque exonerat. Creatu ac
sternutamento. Pectus & pulmo per vocalem arte-
riam ruffi pituitam elicit: Stomachus seu ventriculus
vomitu ac ructibus sentinam exhaurit. In aestina
per aluum se expurgant; ac postico emissis flatibus
e sordibus faeculentis cloacam proluunt. Renes &
vesica per meatus ductusque vrinarios lotum detri-
uant. Corporis autem superflui per cutem poro-
sam, ac multis minutisque foraminibus peruiam
fuligines ac sudoriferos halitus discutit. Quocirca
cum corpus inculpate consistere nequeat, nisi sin-
guis partes bene constituta sint, suoq; officio citra
offensam fungantur: danda cum primis opera, ne
quis error aut intemperies suboriatur, qua organo-
rum actionem vel vitiet, vel reddat deteriorem;
horum enim ministerio mens ipsa vritur ac res praer-
claras perficit. Si morbus aliquis infectat, si caput
grauedine tentatur, si pituita molesta est, si calculus
au

aut stranguria seu urinæ stillicidium vexat, si caligo ac lippitudo oculos vitiat, si manus aut pedes articulari morbo tentantur,

Si mala quem scabies, aut morbus regis urget,
minus expedite sua munia ac functiones obit aut
exsequitur humanus animus. Quo mihi consulto facere
videntur, qui valetudinis rationem habere curant, ac corpus eiusque partes ab omnibus excrementis purgatiore efficere. Sic enim mens ipsa magis
nirescit atq; ad qua suis actiones redditur accommodatior. Magna mortalium pars neglecto omni cultu, nec observata valetudinis ratione, opibus inhiat, ac studio comparandi conquirendiq; est intenta, um tamen sanitas sine auro potior, nec vlla res animi tranquillitate optabilior. Confirmat id versibus hinc
Horatius,

Horat. in ap-
te.

U. letanda
auro potior,

*Si ventri bene si lateri est, pedibusq; tuis; nil
Diuitia poterunt regales addere masus,
Non domus, aut fundus, non auro aceruus, & auri
Aegroti domini deduxit corpore febres,
Non animo curas.*

Lib. 5,
Epist. 10.

Et quo quemque ad frugalem & moderatum rerum
vlium reuocaret, subiicit,

——— *Valcat possessor oportet,*

Si com'ortata rebus bene cogitat vit.

Hebraeus Sapiens per omnia huius verbis sic conso-
nat, Praestat pauperem esse sanum, & firma valetu-
dine, quam diurem male affecto corpore. Sanitas &
bona habitudo est omni auro praestantior & validum
corpus immensis opibus. Nulla meliores sunt diui-
tiae, quam sanitas corporis, nec vlium obletamen-
tum maius, quam animi latitia & gaudium cordis,
Quocirca non est merienda felicitas opum affluentia
aut prospero rerum successu, sed corporis mentisque
inculpata sanitate. Ille enim demum & viuunt & valet,
qui horum commoditate inoffense fruitur.

Lib. 1.
Epist. 2.
Eccl. 1. 30.

Sap. 4.

Præcepta salubria non minus animo quam corpori idonea.

CAP. XXIX.

Tria feruntur vulgo saluberrima, quæ quemque obſeruare par eſt, Veſti citra ſaturitatem, Non refugere laborem, Natura ſemen conſeruare. Qui bus oppoſiti totidè inſaluberrima, quæ præter morbos, præ maturam ſenectam accelerant, morteque proſperata homines conſiciunt. Crapula diſſendi, Ignauia corpeſcere, Immodica Venere eneruari. Cum enim frugalitas, proſſigata ingluuie; ſalubre corpus conſtituat, exercitatio, excuſſo otio atq; ignauia, id ipſum agile reddit & expedi tum, tum ſi ab equino genere documenta ſumere liceat;

*Rebus natura
re modus ad
libendius.*

Virgil. lib. 3.

Georg.

Senectus,

Amor &

Veneris in

deco. a.

Nulla magni animi virtus in ſuſtria firmat,

Quam Venem & cæcis ſtimulos auertere Amorib.

Siquidem intemperans ac libidinofa adoleſcentia eſt. tum corpus ſenectuti tradit. Quæ circa cum in adoleſcentia, tum maxime in ſenectute moderandū cupiditatibus, ac luxuriæ præcludendi aditus, quæ vniuenti turpiſita, Cicerone teſte, ſenectuti foediſſima ac maxime indecora Venim in bello ac caſtris opus eſt viribus. opus agilitate, opus robore tollerandis ferendis quæ laboribus: ita in amore ac præſtanda Venere vires exiguntur ad ſubeundos noſtrurnos labores, ad deuoranda matrimonij rædia, ad perferendos vxoris procacis atq; imperioſæ mores. Quamobrem nec ſenibus bellum, nec amor conuenit, quod vtraque res multas circumferat difficultates, moleſtias, incommoda, ad quæ ſenſcens atas impar eſt, atq; ijs perferendis inidonea. Explicuit elegantiori carmine Ouidius:

Lib. 1. Am.

mor.

aleg. 9.

Mita omni amans, & habet ſua caſtra Cupido:

At te, crede mihi, militat omni amans.

Quæ bello eſt in bello, Vener qui q; conuenit atas.

Tu peſe ſenex miles, tuus ſenſu amor.

Mita ſpecies amor eſt, aticæ te ſignes.

Non ſunt hac im, du ſigna inenda viris.

Non

*Nex & hyems longa q. via, seuq. labores
Mollibus in castris & dolor omnis adst.*

Quis autem non perspicit quam sit indecorum exo-
letum rugosumque senem iuuenili more oscula fi-
gere, atque in amplexus prorure? cum ad peragen-
dos Hymenæos sit inhabilis. Sic recte Sophocles, qui
ætate confecta à quodam interrogatus, vteretur ne
rebus Veneris? Dii meliora, inquit, libenter vero
istinc tanquam à domino agresti & furioso profugi.

Existimationis ac fame habenda ratio.

C A P. XXX.

M Odis omnib. efficere studeas, vt tui ciues opti-
mam de te opinionem concipiant, tuæq. existi-
mationi ac nomini laudabile testimonium deferat.
denique praclare de te sentiant, atq. honorifice lo-
quantur, Nec obseruare pudeat, qua persuasione po-
pulares tui erga te sint imbuti, quo animo affecti.
Negligere enim quid de te quisq. sentiat aut loqua-
tur, non solum, vt Cicero ait, arrogantis est, sed etiam
dissoluti. Sic Christus sciscitatus legitur ab Aposto-
lis, quam opinione de illo cõciperet promiscua mul-
tudo, quos rumores de ipso spargerent, quid deniq.
de Messia ipsi sibi psuaderent, nõ ambitionis aliquo
aut gloriæ aucupio, sed vt periculum faceret, an audi-
tis tot salutaribus concionibus, conspectisq. tot mi-
raculis, sublimius ac magnificentius de illo, quã vul-
gus sentirent, ita hoc percõtatus est, quo ab iis elice-
ret solidam professione fidei, atq. exploraret quantũ
profecissent in doctrina cœlesti, quæ nihil habet fa-
ci aut vanitatis, nihil fallacia vel impostura, vt calu-
mniati sunt Pharisei: sed prorsus salutaris est & syn-
cera, ab ipsa veritate, ipsõq. iam dudum expectato
Seruatore Dei filio prolata. Quod cum Petrus summi
patris astatu omnium nomine exerte esset professus, fides,
atq. indubitanter pronuntiaasset Iesum omnis salutis
auctorem, illiusq. fiducia genus humanũ redemptio-

Fama habenda ratio.

*Lib. 1. Offic.
Matth. 16.*

*Christus au-
rem popula-
rem suam cas-
pauit.*

*Professio
fidei.*

KK

nem consequi Christus Petri confessionem diuinitus illi inspiratam collaudauit, eamq. immobili fundamento innixam confirmat inuictam fore & inuic pugnabilem. In qua uis actione, omnibusque iudiciis ac factis memneris decori, & quid maxime deceat: id enim honestatis ratio exigit: unde scitum est pro uerbium, Caput artis est decere quod facias, hoc est, quod nature sit aptum, atque ingenio moribusque conueniens, Dat uel uegente heracur. Compensaria atque expedita via est ad solidam gloriam si te ralem praestes qualis haberi uelis: quod obiter monet Horat.

Decori habenda ratio.

Qua ratione affeclanda gloria. Lib. 1. epist. 17.

Turelle uines si curas. Ite quod audis.

hoc est, quod diceris, & quod de te ciues ac populus res testificantur, qui te ut virum probum atque integrum existimant, recte quidem, modo ne iis fucum facias, nec imponas honesti specie, ut personati quidam histriones, qui primo intuitu spectatae prohibita- tis apparent, cum vesipelles sint atq. improbi.

Pers. sat. 5. Si lentis uisum praemium.

Nam fronte politis

Astutum uapido seruantis salu postore vulpem.

Memineris duas praecipuas esse virtutes, quib. adolentes potissime solent commendari, Fidem & Taciturnitatem: quibus si accedat Pudor amabilis pubertatis color, quem candore suffusus, rubor uelut ornatus quidam commendat: nihil ad decus ingenuitatis ac modestiae accedere potest magis fauorabile aut gratiosum. Quisquis autem hac indole, iis adolescentis ornamentis destitutus est, aut horum iacturam fecerit, perditus & prostrigatus censerit solet, summaque improbitate atque impudentia indignus. Quocirca non proflus aliena à uero hac lententia:

Pudor adolescentis commendat,

Ege illorum perisse uero cui quidem perit pudor.

Commendat n. supra quam dici queat adolescentis pudor & uerecundia a se, ut non temere ad fugam

gem deueniant, aut aliquam de se virtutis aut probi-
tatis spem polliceantur, in quibus nulla elucet aut se
profert pudoris significatio: Sic Dogenes cum ado-
lescentem quendam pudore fissulum conspiceret
atque erubescere; Confide, inquit, fili, huiusmodi
est virtutis, probitatis, modesti color. Similiter cum
apud Terentium Mitio optimam spem de filio con-
ciperet; Erubuit, inquit, salua res est. Est autem in no-
centiæ argumentum ac testificatio pudor & cor lesi-
sio, si quando deprehensa est in iis, que non de tanta
malitia committit: Nequitia autem impudens
atq; obstinata, nec verentur iuuenes quidem confi-
dentissimi viros etiã graues in cõmuniõibus fixilq;
oculis obrueri, ac denegare factum; etiam si id palam
sit, nec in faciliari queat. Vt autem sine inuidia laudem
inuenias, & amicos pares, Assuesces, vt Comicus ait,
omnes perferre ac perpeti.

*Ingenuitatis
argumentũ.*

*Confidentia
vitiõsa.*

Terent.

Andr.

Albia 3.

Scena 1.

Quibuscum verjaris, atque amate tu ledere

Eorum, modo honesta sibi, atque suauis,

Aduersus nomini, nunquam te proponis vllis.

Est in generosa mentis & modesti animi argumentũ
plurimum facere, minimũ de seipso loqui, vt Iugur-
tha apud Salustiuũ factitauit, secus quã Thraõnes ac
iactabundi milites, q se insolenter offerunt suaq; fa-
cinoza magnifica ostentatione p̃dicant. Cum autem
odiosa.

tañtantiõ

nulli nõ sit odiosa ventosa iactatio, nemo sibi de in-
genio, eruditione, pp̃b̃ blãdiatur, suaq; munera an-
bitiose p̃rdicer, sed in actiones suas moderetur, vt
submitte ac modeste de se sentiat ac loquatur; ne vt
Paulus ait, alios despiciere ac fastidite videatur. Cõ-
monefacit id ipsum p̃ter alia his versibus, Horat.

Rom. 12.

lto 1. ep. 19.

Arcanum neque in sermone vllius inquam,

Commissumq; reges & virotoitus & va.

Ne tua laudabũt acta, aut alen reprehendes.

Calamitosiss

Nunquam in animũ induxeris, vt aliena calamitati non insubilia
insultes, ne inimici quidem, sed condolescas potius dum.

* K K. 2

eiufq. fortem commiferatione dignam deputes. Illæ enim funt vices rerû humanarû, vt multi ex fumma felicitate atq. ampliffima rerum poffeffione ad inopiam ac miferandos cafus deuoluantur, fanefiumq; ac lucrofum exitum non nunquã fortiantur. Rurſus alii ex infimo loco ac miferanda feruitute ad opes, ad honores, ad dignitates & imperja prouehuntur. Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris. Ad hanc enim amiffum exigi vult omnes noſtras actiones ac ſtudia Chriſtus, cum inquit: Omnia quæcunq; volueritis vt faciant vobis homines, fic & vos illis facite: hoc eſt: præſtate cuiq; honorem, decus, ſubſidium, ceteraque humanitatis officia, quæ quique ſibi exhiberi veſit.

Ecleſ. 10.

Matth. 7.

Præcipitan-
tia lingua
improbãda.

Ne ſis in proferendo ſermone præceps, temerarius, inconfideratus, deniq; efficitio ne lingua mentẽ præcurrat, aut effutias per iugulum redituras voces, quæ aliquando recoquendæ ſunt. Sunt enim multi quib. cũ verſamur lubrica fidei, ac ſilentii minus tenaces, qui non ſolû, quæ incautiùs cuiq; exciderunt, eliminant, ſed obtreſtatione ac calumniis exiſtimationi ac fama proximi officiunt labemq; adſpergunt. Quo circa Horat. ſalubri conſilio quemq; inſtruit:

Epiſt. 17.

*Proinũ vt moneam, ſi quid monitorũ eges tu.
Quid de quoq; viro, & cui dicas, ſæpe videto.
Peccatorem ſugeto: nam garrulus idem eſt:
Nec retinet patula commiſſa fideliter aures.
Et ſemel emiſſum vocat irrevocabile verbum.*

Futilitas
damnoſa.

Quibus verſibus quemq; commonefacit, vt confidate ac parce de aliis loquatur, nec quidquam temere effutiat, quod illi aliquando faciendi eſſe poſſet, atq. aliquid detrimenti adferat, deniq; Coricæos atq. exploratores obſeruandos, qui omnibus ſe ſodalitiis ingerunt, ac ſubodorantur, quæ ad Cenſores ac Criticòs deferant, ita vt nemini tutû ſit de villa remutare, nec liceat in tanta temporû infelicitate palam & exerte profiteri quæ mens dicitur, ſuadet ratio, etiamſi

Verſpiers.

veri.

veritati ac sincerae religioni sint contentanea, idque metu delatorum, quibus etiam premia atq. honores decernuntur, quo magis oculatos auroque se præbeant in explorandi negotio infami cum primis ac detestando, vt quos etiã exosos habent, qui illorum vruntur ministerio. Placet n. nonnullis pro litio ac delatio: sed is eius rei artifices inuili sunt, licet officium q̄ præstant, pro tẽpore sit gratum, nam illos vt lubricã fidei suspẽctos habent Testatum fecit id Augustus Cæsar, apud quem cum insolentius sua merita iactaret Rhymirales Thracum rex: Proditionem, inquit, amo, proditorem detestor. Sic, vt Iulius Capitolinus refert ab imperatore Antonino Pio quadruplatores exstincti sunt, hoc est, id genus hominum, quod ex accusatione quartam bonorum partem cõsequi solet, Belgæ huiusmodi conditionis homines.

Acubrenses vocant, qui eo magis inuisi sunt summis pariter atq. infimis, quod in dictis factisq; omnia exasperent, & quam pro rei veritate, faciant atrociora. Quocirca Marcus philosophus Imperator calumniis quadruplatorum intercessit, apposita falsis delatoribus infamie nota. Satorius parasitus apud Plautum infame ducit ac detestabile quadruplaturã exercere, ac maauit parasitando pascere ventrem ex maiorum suorum instituto, q̄ quadruplatorem agere, atq; huiusmodi ratione discessere, bonisque aiorum ac vitæ inhiare. Quantq̄ id genus officiorũ non magnã laudẽ mereatur apud cordatos, qui nō patiuntur sibi à parasitis atq; assentatoribus auriculas assili, illorumq; blandimentis ac lenocinis mentem eripi.

Laudabilis desidiõrum pacificatio.

CAP. XXXI.

SI quid simularis ac contentionis inter illos ciues aut confodales incidit, probi viri officũ est pro virili illud sopire, offensiones diluere, diuidia, ne acerbius incrudescant, cõponere, dirimere litas & cõ-

Es. 31

Corici,
vulgo vera
spiers ob-
seruandi.

Quadruplatores om-
niuitus
odiosi.

Augusti
dictum de
proditione.

Marcus
Imperator.
Capitolinus.
Inposita
Parasitus
delatore
rasurus nee
xiu.

Contentin-
res so, iudic.

troueritas, sedare discordias, facere concordiam, rationibus contentiosos ac diuidentes conciliare, si-
demque ac sedulum pacificatorem se bonorum al-
terationibus offerre. Quos huiusmodi, et cum
non minima beatitudinis parte collocat beator,
qui huius rei studiosos filiorum beuelogio conde-
corat. Ab hac & plerisque aliis uirtutibus, quibus ca-
ritas, hoc est, studium de omnibus bene meendo or-
natur, alienissimi sunt turbulenti quidam ac tunul-
tiosi homines, quibus cum odiosa sit atque inimica
omnis pacificatio. prauitate quadam animi omnia
perturbant, rebusque exulceratis non medentur nec
fomenta adhibent sed exasperant, atque ut habet
prohibum. Oleum flammæ adiciunt, etiam cum
reges ac principes in iram contingit, quorum animus
natura generosus ac ferrox magis magisque illorum
malefantis consiliis accenditur atque inflammatur:
quo hominum genere nihil detestabilius aut exfe-
randum magis, præsertim ubi religionis negotium
agitur, à quo decet omnes uirtuosos affectus esse re-
motissimos; ne a seueritate ac sanctitate alienari potius
hominum animos à studio pietatis, quam lenitate
allici contingat. Sive enim ueterem consuetudinem
stabilem uisum sit, siue sublati ex orbibus qui sensim
intrepserint, aliquid inuolare, ac religionem ad fon-
tem reuocare, omnia iudicio ac sano consilio perfici
debent, adhibitaratione, ordine, ac modo, ne quid
tumultus exortatur, ut superiore anno in Belgica e-
uenit, in qua distractis in diuersas partes ciuium ani-
mis, Religio vi & armis propagari cepta est, quæ res
funestum exitum est consecuta Delatore non minus
damnosus obrestator uirulentus, qui probris, con-
miciis, calumniis, contumeliis immerenti perniciem
adfert, ac lingua uenenata conficit, quæ non hominibus
uersibus & notat, & uitandum Horatius præcipit.

*Abstem quæ redi amicum,
Quinon defendit alio culpante solutus*

Qui

*Matth. e.
Pacifica
laudem me-
atur.*

*Regum ante
m. uirtus
bitu.*

*Obrestatio
fugenda.*

*Qui rapit risus hominum, famamq; d' occis,
Fingere qu' non v' sapere, commissi' tacere
Qui nequit h' niger est, hunc tu Romane cauto.*

Prov. 4.8.

His affinis est illa Salomonis admonitio, Remoue à teos prauum & labia detrahentia procul sint à te. Et paulo inferius: Cum detestatoribus ne commiscearis, quoniam repente confurget perditio eorum. Fuisse autè spectatissimis viris inuisam ac detestatam obtundendi iracundiam, sacri scriptores passim testantur ipsiq; August. adeo odiosã vr Carmen noc in coenaculo affixum obtestatorib. obiiceret, eoq; iis os obturaret,

Prov. 24.8.

Ecclesi. 10.

Exod. 22.

Psalm. 70.

100.

Eze. 6.22.

Qui quis amat delin absentum rodere vitam,

Iacob 4.

Aut quem delectat lubrica ter a liqui,

Rom. 1.

Aut pleni cyathis lapidis facigare sodales,

Carmen

Hanc mensam vitæ nouerit esse sibi.

Augustino

v' suspensum.

Hac enim ratione illos ablegauit à suo conuictu ac contubernio, qui aut ingluuie, aut maledicendi studio delectantur, vel etiam impudicos obscenorumque sermones mente inferunt.

Nemo in solis rebus prosperis, ne deiciatur aduersi, sed Dei se prudentia falciat.

CAP. XXXII.

Quoniam in humana vita nihil sit stabile ac diuturnum, nec omnia temper vno tenore, ac continuata perpetuaque serie decurrant, sed viciisitudine quadam nunc felicia blandiantur, nunc mutatis rebus premant aduersa: circa constantia atque æqualitate stabilenda mens est, vt non insolescas rebus prosperis, nec deiciaris aut succumbas aduersis, sed quocumque res humanae se inclinant (vt leui aliquando momento affollet) semper Dei verbo, eiusque prudentia te sustineas, cuius arbitrio mundum hunc administrari consistat, eiusque voluntate omnia perfici, ad quam omnis euentus successusque prosperi & aduersi referri debent, non ad fortunæ inconstantiam ac remeritarem: Absit enim, vt quod Dei scientia ac cognitione sunt imbuti,

Stabilitas

Laudata.

Prudentis

Desultorie

da non.

Fortuna

v' e ibulum

Christianis

ex: lo sum.

aliquid casu aut fortuito fieri psuadeant, quum præcipua rerum omnium causa in Deum sit referenda.

Vitanda curiositas.

CAP. XXXIII.

*Observatio
aliena rei
improbatur.
3. Cor. 5.*

*Simile à
Medicis.*

*Alieni
negotii non
se immis-
scas.*

*3. Thess. 4.
Foris ocu-
lari, domi
seci.*

*Perfusus
Sary. 4.*

Alienarum rerum ne sis curiosus obseruator: sed in hoc sedulo incumbas, vt tuam vitam corrigas potius, quam in seæteris aut obserues alienam. Paulus quoq; Apostolus sedulo cuiq; inculcat ne foris intentos habeat oculos, sed se oculatum ac vigilantem præbeat in rebus domesticis, ac attente obseruet, ne quid committatur, quod ab exteris merito possit improbari. Alienas autem res ac negotia, quæ ad nos non attinent, non vult magnopere cuiquam curæ esse, aut anxie obseruari, etiam si quid erroris commissum sit. Sunt n. nonnulli à professione Christiana adeo alieni, vt sana consilia respuant, illosq; habeant exolos, quorum opera ad saniozem mentem renouentur: vt morbidi ac ficosi quidam, qui salutarem fidumq; medicum despiciunt, ac malunt in vitiosis humoribus sordescere, quam medelam salutiferam admittere. Quocirca quum non semper consultum sit omnibus se negotiis immiscere, nec expedit in alienis rebus esse curiosum, Belgæ sententiam hanc prouerbialem Ardemonibus obiciunt, *Lutzel onder Wijnmaect niet vreesdes*, hoc est, Plurimum sibi parat tranquillitatis, qui aliis negotiis se non ingerit. Hinc Paulus Thessalonicenses ad proprias occupationes & negotia reuocat, nec patitur illos in alienis rebus esse curiosos. Mirum autem est, quam sint perspicaces plerique in exterorum negotiis, quam oculati in excutiendis obseruandisq; rebus alienis, quum sua negligent, totaq; mente ac cogitatione foris peragentur, quum domi vt Lamia, cæcutiant, ac sint talpa magis cæci.

*Sia nemo in se tentat descendere, nemo
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.*

Qua.

Quales præter Persium etiam Horatius perstringit: *Serm. x.*

Quom tu prævideas oculis mala lippus inunctis, Sat. 3. 3.

Cur in amicorum vitis tam cornis acutum,

Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius.

Deniq; te ipsum

Concute num tibi quid vitiorum in seuerit olmo

Natura, aut etiam consuetudo mala, namq;

Neg. l. ita vrenda Filix innascitur agris.

Quum autem hoc philauria vitium magnam humanæ menti cecitatem adferat, eamque nebulam animo offundat, vt multi vitis suis blandiantur: Christus acerbe in illos inuehitur, qui in aliorum vitam ac mores potius, quam in suis defigant oculos, & qui festucam, hoc est: minutissima nulliusque momenti errata curiosius obseruant, eaq; exagitant in immensum, quum tragem, hoc est, crassissima vitia sua nec obsequunt, nec excutiant.

Cecus amor sui detestandus.

*Math. 7.
Luc. 6.*

Provardiura explicatam de festuca ac trabe in oculis.

Vsua rerum spectandus.

Fœmina cultus auidi. Apostolus matronas commonefacit, ne immodicos sumus impendat mundo muliebris, ne crispis intor-

1. Pet. 3.

Genes. 16.

In vestitu moderatio **CAP. XXXIV.**
VT autem in apparatu conuiuii spectanda frugalitas ac victus temperantia: ita quoque in vestitu ac cultu corporis eadem habenda moderatio, sic vt nihil ad luxum vanamq; ostentationem, sed omnia ad naturæ necessitatem, vsunq; vitæ ac commoditatem referantur; quibus si accedat decor & ornatus non profusus exquisitus, omnia tolerari posse video. Quum autem sexus foemineus præ ceteris expoliti comique gætiat, ac decentius ornari, quoque nuditatem formæque gratiam sibi conciliet, Petrus Apollolus matronas commonefacit, ne immodicos sumus impendat mundo muliebris, ne crispis intortisque crinibus, non auro, gemmis, torquibus, armillis se oculis spectantium exponant, sed habitu modesto, cultuque sobrio ac minus operoso maritis suis gratificentur, illorumque fauorem ac beneuolentiam captent, vt veteres illæ Heroïna Rachel, Sara, Rebecca, Sulanna fascitabant. Multos autem

*Professio ut
sanda.*

*Et alie-
num con-
statum.*

noui & nostra & auctorum memoria, qui sumtuoso vestitu eoque subinde addeitis exoticis quibusdam feris renouato, denique operoso ferentiorum apparatu ad mendicitatem atque inopiam redacti sunt, irriti etiam ab illis, qui ipsis ad profundendum patrimonium fuerunt adiumento, & qui dolis, technis, fraude, fallaciis, captationibus ab illis aliquid corraferant adeo, ut ne rerum quidem impederent subleuandis miseris, quos ad xenodochium redegerant, & extremam rerum penuriam. Ceterum cum tot passim conspiciantur prodigi ac decoctores, rerumque suarum profusi, atque alieni appetentes: nulli mirum videri debet tam multos passim obutos obaratos, atque ere alieno oppressos non solum plebeios ac populares, sed proceres etiam aulicos & heroes gestamine Regio insignitos, qui defraudatis nonnunquam pupillis ac viris, a quibus pecunia corrata est, nulli quidquam numerant ne viui quidem, nedum mortui, cum plusquam animam habeant oppignoratam ac creditoribus obnoxia ita, ut mox ab extincto corpore omnia eorum bona praconis voci subiiciantur: ac creditores de praefertentia decertent.

Nemo sortem sibi deservatam despiciat.

CAP. XXXV.

*Sua cuique
sors placeat.*

EA sorte ac conditione, quae tibi in hac vita statione atque orbis huius theatro obtigit, contentus esto, eamque pro tempore moderate feras ac toleranter, quamcunque etiam personam sustineas, quo loco, quove ordine ac statu consistas. Exigit tale quiddam a Corinthiis Paulus inducto in concionem ingenii ac ferui circumcisi ac praepuciati, nupti inuuptique exemplo, ac singulos hortatur, ut aequo animo sortem suam perferant, nec ob ullam vitam conditionem a suscepta semel religione Christiana deficiant. Est enim, ut apud Timotheum profert, vberem magnamque;

*3. Corint. 7.
Quisque in
sua vocatio-
ne consistat.
3. Timot. 6.*

namque quæstum pietatem cum animo suo forte contento. Sunt autem nonnulli quo: cum concitio-
 nis suæ peniteat ætatis in quo versantur sit per-
 tetum; illum immutari exoptant, atq; in alium ma-
 gis idoneum transferri, quod si ex animi sententia
 aut pro voluntate obtineri nequeat, aut non pro-
 fus expediat, non est quod se macerent, aut in cetero
 conta bestant, sed omnia placide ferant ac sedate,
 nec Deo rerum omnium moderatori repugnant aut
 obloquantur, qui singulari sua providentia mundum
 hæc administrat, rebusque humanis optime con-
 sultat, non solum, ut Cicero ait, universis, sed singulis.
 Quod etiam David multis locis inculcat: tum præ-
 terque, cum inquit, qui fingit sigillatim corda ho-
 minum, qui intelligit omnia opera eorum. Quo-
 circa hoc persuasum esse cuiq; deceat, Deum rerum
 omnium esse moderatorem, ac nihil non geni eius
 arbitrio, nutu, voluntate; denique obseruare, qualis
 quisque sit, quid agat quid committat, qua mente,
 quo affectu ac pietate religionem colat, quid cuique
 expediat, aut sit salutare. Quamobrem si quando
 non omnia votis nostris respondent, atque optata
 nos frustrantur, quisque tamen in sua vocatione,
 quam illi assignavit Deus, subsistat, donec fauor
 & benignitas summi Patris aliud de rebus illius ita-
 ruar. Ipse enim pro voluntatis suæ imperio vices
 rerum humanarum mutat atque ordinem inuertit.
 Ipse erigit à sordibus abiectos, illosque illustrat di-
 gnitate, honore, potentia. Ipse arrogantes atque
 elatos fastuque tumidos delicit, atque è felicitatis
 solio deturbat. Ipse mulieres debiles & effortas, tax-
 cundas efficit, ac numerosa prole gestientes. Quo-
 circa quisque placide suam sortem perferat melio-
 ris assequende ipse ac fiducia, totusq; Deo innatus,
 atq; in illo conquiescat, cui potissimum rerum huma-
 narum cura incumbit. Quo spectat illud Esaia c. 38,

*Inconstantia
improbat.*

*Dei rerum
moderator.*

Psalm. 32.

4 Reg. 28.

Esaia 38.

Iosue 10.

Psalm. 110.

Psalm. 112.

*Esaiæ locus
explicatus.*

Hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel, in silentio & spe erit fortitudo vestra. *suuisti enim veru vobis.* Quibus verbis turbulentis & inquietis animis diffidentiam excutit, atq; hortatur, ut ipsi racire ac secure expectent Dei opem ac subsidium: futuram n. ut suo tempore consequantur quod optant, modo ne diffidant illius promissis; tamen si autem aliquando serus auxiliator, non frustratur tamen anhelantes auida sua spe atque expectatione. Quum autem Horatius rerum humanarum obseruator curiosus perspexisset homines in ratione atq; instituto vitæ quod semel essent amplexi, tam inconstanter ac turbide iactari, nec ullam illorum animis inesse firmitatem & constantiam, sic ut suam quisq; conditionem fastidiat, ac cum alterius immutare exoptet, mercator, miles, agricola, iuris peritus. Sic enim iactatur,

Satyr. I.

*Qui sit Mæcenas, ut nemo quam sibi sortem
Sua ratio dederit, seu fors obiecterit, illa
Contentus vivat, laudet diuersa sequentes?*

Quod postmodum eleganti proverbio prosequitur ab armentis desumpta Metaphora.

*Lib. I.
Epist. 14.
Nosiri
nosmet
penitet.*

*Optas ut his pecus piger, optas arare caballus,
Quo notat humanis ingenii insitum, ut propria sortis
peniteat cam; cum aliena mutatam cupiat, & in ex-
perta expertis ducat potiora, huius inconstantie ac
leuitatis, qua mens fluctuat, rationem alio modo
subiicit ex oblatione ruris atq; vrbis exorta alter-
catione. Alter enim res vrbanas populiq; frequentia
ac strepitum laudabat, alter solitudinem ac res rusti-
cas, sylvarumq; amoenitates duxit potiores. Sic enim
inter se disceptant,*

*Epist. 14.
Animi in
constantia.*

*Rure ego videntem, tu dicis in urbe beatum,
Cui placet alterius, sua nimirum est odio fors.
Suis tunc vterq; locum immeritum cassatur iniquo
In culpa est animus, qui se non effugit unquam.
Recte mea quidem sententia Poeta animu incusat,
atque,*

atque omnem culpam in illius temeritatem atq. inconstantiam reicit. Quum enim animus humanis affectibus, non ratione ducatur, ac non secus, quam nauis æstu marinisq. fluctibus, agitur omni nomen in diuersa rapitur, ac varias cogitationes concipit, quo fit, vt quodeunque vitæ aut instituti genus amplectatur, non stabiliter in eo perseveret, sed identidem aliud quoddam meditetur: quod futurum sperat commodius, cum status aut conditionis mutatio affectus non excutiat, aut curas eximat, vt quas non rebus, sed animis hominum in esse cõstet. Siue enim solitudo in frequentiam cuiq; permuretur, aut paupertas in opulentiam rerumque omnium copiam transferatur, nihilo futurus est animus pacior, q̃ turbidos animi motus rationi minus obsequentes non exuat. Simile autem quiddam huiusmodi hominibus euenit (vt Plutarchus & Basilii testantur) quod iis, qui Oceano vastoq; mari se committunt, vt in opratum aliquẽ portum puehantur. Illi enim non minus in magna, quam parua nauis nausea, vertigine, vomitu affliguntur sic, vt nec in hac aut illa iis remittatur vomendi desiderium: quoniam bilis & pituita in corpore redundantia vtrobiq; illos committatur. Sic in mutando vitæ instituto nemo consequitur animi tranquillitatem, nisi prorsus affectus excutiat, ac ratione omnes suas actiones moderatur. Vnde apposite Seneca: Primum argumentum compositæ mentis existimo, posse consistere ac secum motari, quo circa gaudeo, inquit, Lucilli, te non discurrere aut diuagari. Nusquam enim est, qui vbi que est. Quam obrem nihil prodest mare traicere, aut vrbes mutare, aut modo hanc, modo illam stationem conseruari. Si vis ista, quib. vrgeris, effugere, non alibi sis oportet, sed alius, h. e. mentem compone, affectus vitiosos excute, ratione, consilio, prudentia omnes actiones tuas ac studia moderare. Etenim, vt is ait,

*Simile ab
æstu maris.*

De tranquillitate animi.

De vita solitaria.

*Simile ab eis
qui in mari
iactantur.*

*Ad Lucillum
Epist. 2*

Caelum non animum mutant qui trans mare currunt.

Quid mentem stabiliat

Ceterum aduersus tumultuosos affectus, qui animi in varias diuersasq; partes distrahunt, ita vt leui momento à suscepto consilio resiliat, verba Dei et iulque salutaris doctrina depugnandum est. Hac n. vaqua ac palabendum animum stabilem prestat, suaq; forte ac conditione contentum, sic vt eam nec deserat nec fastidiat, aut alteri ambitiose nimisq; auide inhiat.

Improbam consuetudinem ac familiaritatem vitandam.

C A P. XXXVI.

Lib. 3. de ira.

Improbam commercia vt pestem fugito. Sunt enim, vt testatur Seneca, a conuersatione mores, atq; vt contagiones in corpus, ita vitia verbis in animum transiunt. mentemq. contaminant. Sicut non tam valetudini proficit aura salubrior, quam animis parum fitis in bonorum contubernio versari.

Probo quisq; assuecat.

Documento sunt immanes ac feroces bellua, q. consuetudine conuictusq; hominum mansuescunt ac circulantur. Quemadmodum & probitatis conditio, vt suos sectatores virtute imbuat, integritate moribus exornet: ita quoq. improbitati ac nequitie insitum, vt suos cultores deprauet ac vitiiis contamine.

2. Cor. 15.

Quo circa Paulus Apostolus, ne quem abduci coningat à veritate, à salutis spe, à fiducia consequendæ immortalitatis, à morum integritate. Auasiose commonefacit pietatis cultores, ne eam opinionem mente cõcipiant, vt sibi persuadeant, nihil superesse hominis

Improbi vitia vitandi.

à morte, sed quicquid est huius officii, prorsus vt muta corpora interite quod impij atq. à Deo alieni sedulo imprudentibus inculcant ac pernicioso dogmate mentes dubias à salutaris doctrina à re certa ac minime ambigua auertunt. Quomobrem modis omnibus abducit Christianos Apostolus ab illorum conuersatione, qui parum cautos subdola doctrina in errorem pertrahunt: sic enim Menandri Senatio lo exhortationem suam illustrat.

Contempnit bonos mores collegit in prima.

Lin-

*Linguam cohibendam non solum ab obscenis verbis, sed etiam
odiosis.*

C A P. XXXVII.

Quum autem à Christo culpari audiamus verba
oriosa hoc est, infrugifera, superuacanea, ftiuo-
la, futilia, quæq; nulla vel audientis vel proferentis
utilitate proferuntur, sic vt de his in die iudicii ratio-
nem sit exacturus: quanto magis, vt Paulus ait, de-
testandi sermones spurci & scurriles, obscena festi-
uitas, facete illiberales, vrbauitas indecora, quæ mo-
rum integritati impense officunt, deniq; scommata
denata, sermones mordaces, quæ cū acrem sui me-
moriæ in animo relinquunt atq; aculeum, vt auo-
lantes vespe, infligant, odiorum ac similitudine fomen-
ta ministrant, sic vt res aliquando reciproca dicat
te ac figuratis obliquiq; dicitur vtro citroq; retor-
tis in eruentum certamen deueniat atque infligant
tibus nonnullis, acetosa, odia, irasq; implacabiles sus-
citet, quæ intimo animo conceptæ ac cordi tenacius
impressa, tum maxime recrudescunt, cum obliteratæ
atq; expunctæ videbantur, penitusque obliuioni da-
te. Dissipant autē supra quā dici queat Paulo Apo-
stolo dissidia ac maledicendi rixandiq; rabies, ac stu-
diote commonefacit Galatas, vt ab his vitiosis ac re-
terrimis affectibus abstineant, nec patiantur inter
se incrudescere rixoribus dentatos ac virulentos, nec
vlla conuicia aut obrestandi libidine, nec tum al-
ter alterū arrodīs, mordet, exagitat. alius aliū belua-
rum ritu consumat ac dilaniet. Id ipsum agit apud
Corinthios, quos amanter per nomē Dei Iesu Chris-
ti ad mutuam concordiam inuitat, illosq; hortatur,
ne odiis ac similitatibus inter se dissideant, sed con-
sentiant, sintq; eadem mente eadē sententia. Sumit
hoc exemplum Paulus a Christo, qui tot modis suis
dilectionem ac caritatem mutuam inculcat, quæ vna
est vinculum perfectionis, ac vna multarum legum

*Matth. 12.
Ostiosa verba
quæ.*

*Ephes. 5.
Sermo scur-
rili vitan-
dus.*

*Dentati
morsus vi-
tandi. cap. 5.*

*1. Corint. 11.
Simultate
vitanda.
1. Ioan. 15.
Colos. 3.
Ephes. 4.*

Nihil enim opus legum calcaribus, ubi ex prompta est benevolentia, atque erga proximum ardens suique pro digna Caritas. Quoniam autem ex incontinentia lingua, funesta tragoedia ac graues tumultus exoriri solent, praesertim cum alter in alterum virus acerbioris suae euomit: salubriter Colossenses Paulus instruit, & quae moderatio verbis adhibenda, obiter indicat: Sermo vester cum omni gratia sit sale conditus, ut obseruetis qua ratione oporteat cuique res

Cap. 4.
Lingua colibenda.

Pauli salubris exhortatio. 1. Tim. 3. Tit. 1.

Paulus in omnibus decorum obseruari vult.

spondere, hoc est, sermo non sit in laetitiam aut iocum effusior, ne in lasciuiam recidat: ne seuerus, asper, amarulentus, ne audientes offendat, abigat, alienet. Omnis oratio humanitatis gratiam respiciat, ac prudentiae sale sit condita. Vnde etiam in Episcopis & ministris Ecclesiae exigit mansuetudinem ac lenitatem, nec sustinet subditos obiurgari inclementius asperiusque tractari. Quum vero Paulus in omni actione vitae, in dictis ac factis omnia ad decori atque honestatis amulsum exigit ac metiatur, ipsaque lingua intemperantia, praeter obrestitutionem & maledicentiam, praeter calumniam & conuicia, turpitudine ac verborum obscenitate synceras purisque mentes inficiat: haec quoque vitia animis hominum eximere studet. Sic cum linguam Ephesium formam, ac mentem componit, Nullus, inquit, sermo spurcus, aut vitiosa oratio ex ore vestro prodeat, sed quae bona est ad aedificationem, quoties opus est, ut de gratiam audientibus, hoc est, ut instruat auditores, ut aliquem fructum atque utilitatem illis conferat. Et quoniam vitia omnia inter se connexa sunt, atque aliud ex alio pullulat, quo nihil mali in animis hominum resideat: Omnis inquit, amarulentia, tumor, ira, odium, vociferatio, maledicentia tollatur a vobis cum omni nequitia. Estote autem alii in alios benigni, misericordes, condonantes vobis iniuicem, quemadmodum & Deus per Christum

Cap. 4.

Vitium vni ex alio pullulat.

Benevolentia alterius erga alterum fovenda.

sum condonauit vobis. Id ipsum etiam prolixè Romanis inculcat, ac præcipit vt dilectio non sit simulata vt odio psequantur, quod malum est, vt per fraternam caritatem ad mutuo diligendos sint, ppenis vt honore alius alium præcedat, hoc est, in exhibendo subsidio ac præstando officio alius alium vincat, vt tempore se accommodent, vt spe se fulciant, vt bene loquantur de iis, qui illos insectantur, nec male præcentur aut diris deuocent, vt eodem animo alij in alios sint affecti, ne arroganter de se sentiant, ne malum pro malo rependant, vt cedant ire, nec se ipsos vlciscantur, vt inimicū officijs pietatis obrutū ad re admandum inflamment. Hoc est enim vtere aduersarium, ac carbones ignis coaceruare in caput illius. Quocirca inter alia quæ fule commemorat: par esse cenet, vt quisq; omnia humanitatis officia in omnes exerceat, ac singulis sit expositus. Multam enim, Cicerone teste conciliat hominem homini affabilitas comitasq; sermonis, atque obsequium, beneque merendi studium amicitiam patit stabilem ac diurnam, quæ cum inter Ethnicos mutuum amorem foueat, illam decet esse ardentiorē in ijs, qui Christi fœdere sunt deuincti.

In verbis omniq; a ratione vita detestabilis succus & simulatio.

CAP. XXXVIII.

Vera semper proferre condiscas. Nam mentiri, perplexè, intricate, confuse, turbanter, simulate loqui ac tergiversari seruire est, ac libero homine indignum. Quocirca grauitè & senere Paulus Apostolus. Quæcunque sunt vera, quæcunque decora & honesta, quæcunq; iusta atq; æquitati consentanea, quæcunq; pura ac sincera, quæcunq; ad alendā concordiam accommoda, quæcunq; boni nominis, hoc est, laudabilem famam atq; existimationem conciliant, si qua laus, hoc est, si quid virtuti coniunctū sit & laudabile: hæc cogitate, hoc est, hæc vobis cordi

LL.

Cap. 11.

2. Cor. 8.

Heb. 12.

Deus. 32.

Prov. 25.

Lib. 1. officii
humanitatis
officiis inter
se certent
Christiani.

Philip. 2.

Pauli salutem
vri exhortatio.

sint, hæc animis vestrâs continenter imprimite, hæc oculis assidue obuersentur, hæc menti penitus infixata sint, eaque pro virili contendite assequi, ac vita moribusq; exprimere: & Deus pacis erit vobiscum. Siquidem vt idem ait, his qui diligant Deum, omnia adiumento sunt in bonum, hoc est, felicem successum consequuntur.

His actus, hoc est, cæcus amor sui excutiendus, atq; inanis deterræque siasis. CAP. XXXIX.

*Doctrina
persuasio
abolenda
ex animo.*

Cum non minimum officiat studiis eorumq; progressum retardet, ac remoretur maturius concepta eruditionis opinio: cum primis cauendum ne vel in literarum studis vel quavis arte quâ tibi perdiscendam proponis, eam persuasionem mente concipias, vt illa te assequutum existimes, a quibus es remotior, aut quæ tibi sunt incognita parumq; explorata. Sunt enim plerique philauti hoc est, sui amantes, qui tibi de eruditione plauant ac blandiuntur, nec quidq; ad consummatam vel doctrinam vel pietatem deesse opinantur atque ad metam deuenisse se, quam vix medium iter sint euenti; quo efficitur vt multa præ clara ingenia rebus maximis destinata, nunquam ad summam deueniant. *Quod* cum Fabio esset perfectû, hoc in primis a professoribus exigit, vt aut sint eruditi aut se non esse agnoscant. Nihil enim peius ijs, qui paulum aliquid vitra primas literas progressi, falsam scientiæ persuasionem induunt, nam & præcipiendi peritis cedere non dignantur, & iure quodam potestatis, quo hoc genus hominum intamescit, magno supercilio imperitiâ suam alijs inculcant. Non desunt etiam nostræ ætate, qui impudenter ad concionandi munus assiliunt, cum in hac palestra sint exercitati, nec vllis instructi dicendi viribus, nulla rerum cognitione imbuti, nulla sacrarum literarum peritiâ instructi. *Quo* fit, vt auditores audiendi aulo salutari doctrinæ pabulo reiciantur, nulla concio-

Eib. 1. c. 2.

*Ludimagie
stri vmpariti.*

Concionatores indolli.

conciant verbi Dei solatia, nulla animæ fomenta, sed tantum meras nugas atq. aniles superstitiones imbibant. In eundem ordinem illos refero, qui nec ratione nec experientia fulti, medendi provinciam sibi adsciscant, artemq; medicam magno mortalium detrimento, ac valerudinis lætura exercent. Cum itaque tantum damni adferat fecundis ingeniis inanis suiq; ostentatix doctrinæ persuasio: modis omnibus evitandum studiosis, qui solidam eruditionem affectant, ut adscitis omnibus præfidis, ac studiorum ædificiis ad summa properent, sublata reiectaq; omni adeptæ eruditionis opinione, adeo ut si aliquo usq; sint progressi, non temere ab incepto desistant, aut pedem referant, sed tantisper progrediantur dum metam attigerint, decursoque spatio palmam consequantur, aut illi proxime adsistant. Nunquam frustra illa & præclaris ingeniis damnosa opinio mente concipiatur, aut animo insideat, ut cum adhuc in limine primoque aditu ac vestibulo eruditionis consistas, iam perfunctum te discendi munere exillimes, eaque adsequutum, à quibus longo intervallo absis; ac sis remotior. Ea enim persuasio hoc in animis hominum efficit, ut longe citra metam desideant, omniaq; remissius agant, nec progrediantur, ut socordes & ignavi, qui cum in stadio decurrant, non alacriter nec expedite ad palmam properant, sed subinde respectantes resistunt, palmamq; sibi intercepti pariuntur, magno suo pudore & dedecore. Hac autem in re Pauli exemplum imitari par est, qui in functione Apostolica atque illustranda propagandaque doctrina Evangelica, in qua omnium salus consistit, ingenne quidem fatetur se non adsequutum, quod consecraretur, verum nulla interposita mora aut cunctatione, viriliter cursum suum pericere, totoque conatu ac molimine iuxta præfixum scopum, eniti ad supernæ vocationis palmam.

LL 2

*M. dici m.
peritis
Opinio Sciens
via tollida.*

*Philipp. 3.
Paulus locutus
et lucidatus.*

hoc est, beatitudinem quæ à Deo per Christum cuique
 proposita est, sic ut ipse quæcunque à tergo transmissa
 essent, quibusque perfunctus videbatur, obliuisceret,
 nec ea prorsus in mentem reuocaret, ad ea vero
 alacriter totoque impetu se conferret, quæ à fronte
 essent, atque adhuc peragenda restarent, posthabitis.
 reiectisque omnibus, quæ illum ad metam præfixam,
 ac præmium immortalitatis properantem possent
 remorari. Huc spectat illa Christi concio. Nemo qui
 admota manu aratro post tergum respexerit, aptus
 est regno Dei. Quæ similitudine desumpta ab arandi
 colendique agri industria, commonefacit suos, ut in
 salutis negotio, quod quisque est aggressus, ac semel
 arripuit, persistat ac progrediatur, donec summum
 sit assequutus, nec desinat animum ad res fluxas ac
 caducas, aut ab incepto resiliat, aut aliorum rapiatur:
 sed rem bene incoctam perficiat. Damnoſa est enim
 in re salutari ac seria tarditas, ac procrastinatio at
 que in suscepto negotio lentus progressus, ac minus
 alacris. Paulus quoque huiusmodi itineri accincto
 non vult cursum impediri, vllamque moram iniici,
 exemplo desumpto ab iis, qui in populari certamine
 præmium affectant, quorum nemo non paratus sit
 omnia aut facere aut pati, vitamque suam pro laude
 pacisci, quo palmam plausumque populi assequatur.
 Horatius poeta quidem ethnicus, sed optimus mo-
 rum institutor, cum obseruaret quantum damni affer-
 ret rebus gerendis tarditas, & cunctatio à re infami
 desumit exemplum exhortandi ad res salutares ac
 fructuosas;

Luc. 9.
 Christi solu-
 tari concio,

1. Corint. 9.
 Simile à
 pugilibus:
 Vng. lib. 5.
 Aeneid.

Lib. 1.
 Epist. 11.

Exemplum
 à grassatore
 nocturno.

*Vi iugulent homines surgunt de nocte latrones
 Vi te ipsum seruas, non experscieri? atquis
 Si nobis sanus, cur es hydropticus, & cur
 Quæ laidunt oculos, seſtinas demere, si quod
 Est animum, differis curandi tempus in annum?
 Dimidium facti, qui bene cepit, habet.*

Eandem

Eandem sententiam sic exprimit Ouidius;

*De corpus redimes, ferrum patieris & ignes,
Arida nec fit ens ora leuabis aqua.*

Vt valeas animo, quidquam tolerare negabis?

At pretium parvum hac corpore maius habet.

Christus quoq; in eodem argumento verifatur, no-
stramq; induttriam acuit, atq. ad excubias quemq;
exstimulat, à villicis iniquis parumq; fidis, à furib. ac
nocturnis perfossorib. producta parabola. Veni, illi
suis commodis intenti sunt, ac quamuis occasionem
captant, vt aliquid corradât, aliquid suffurentur, atq.
aliena depeculentur: ita par est vt quisq; salutis suæ
inuiget, nec elabi sinat commoditatem, qua tem-
pestiue ac suo tempore ea sibi comparare possit, quæ
salutaria sunt, mentiq. atq. animo profutura.

*Familiarium atq; amicorum habendum delectum ac disersa
men.*

CAP. XL.

NE quosuis temere nullog. delectu & discrimine
in familiaritatem adscifcas, sed eos quorum ex-
plorata est virtus, ac spectata vitæ probitas. id monet
puerbum. Ne cuius dexterâ inieceris: Quod Bel-
gice sic effertur, *Siet vne ghy byder hand nempt*, desum-
ta similitudine à chorcis ac tripudiis. Nam iuuenes
in adeunda saltatione non cuius manus possunt,
sed iudiciū delectumq. puellis adhibent vel plebiis
vel patriciis: quod etiam in vitæ societate ac contra-
henda amicitia cum primis obseruandum. Sunt n.
non nulli rerum humanarum imperiti, qui cum sin-
ceros amicos à fucatis discernere nequeant, quosuis
indiscriminatim in familiaritatē intimam admittūt
etiam inexploratos, quos postmodum sycophantas
experiuntur atque impostores. Quocirca vt omni-
bus fidum te præbere decet: ita nemini temere fi-
dere, nisi vt habet prouerbium, cum quo modium fa-
lis consumseris, hoc est, diutinam vitæ consuetudi-
nem habueris, ac cuius mores atque ingenium

*Liv. 2 de
Rem. amo
vi.*

*Matth. 24,
Luc. 12.*

*Amicos
habendus
delectus.
Prouerbium
a tripudiis
sumtum.*

*Non cuius
fidendum.*

Eccleſ. 9.

Amicitia
immortalis
eſſe debet.

cognitum exploratumq. habeas. Quo ſpectat illyd ſapientis Hebraei: Extraneo ne arcana commiferis, neſcit enim quid pariat, hoc eſt, quid monſtri alar. Non cuius homini mentem tuã patefacias, ne forte falſam gratiam tibi referat, & poſtmodum conui- cietur tibi. Hominum autem leuitas & inconſtantia efficit, quo minus amicitia fœdera ſint perpetua, multiq. hac de cauſa ſibi perſuadent. ita habendos amicos quaſi aliquãdo inimici ſint futuri. In hoſtes quoq. atque inimicos ita exercēdas ſimilitates atq. odia, quaſi diluta ſuo tempore inimicitia in gratiam fidamq. vitæ ſocietatem ſint recipiendi. Sic Martiaz lis deterreret à nimis arcta vitæ conſuetudine:

Lib. 12.

*Si vitare velis acerba quadam,
Et triftes animi cauare morſus:
Nulli te facias nimis ſocietem.
Gardebu minus, & minus de lebit.*

Inimicitia
mortalis
eſt.

Non eſt ramentum à ratione aut humana natura aliena illorum ſententia, qui cenſent ſimilitates atq. inimicitias debere eſſe mortales; Amicitias vero, qua ſida quadam animorum ſocietate, ac voluntarium conſenſu conſtant, tempiternas. Neq. enim effugiunt leuitatis atq. inconſtantia crimē, qui temere amicitia vincula diſſoluunt patiuntur. Quocirca Cicero cenſet amicitias que minus probentur, ſenſim diſfluens das, non violentius precipiendas.

Ne temere te cuiquam ſponſorem offeras.

CAP. XLII.

Sponſans
a. m. 1177.
ſi. 11. 1.
Pro. 6.
Salomon in
ſpondendo
dicitur.

NE præcipitanter & in conſiderate te cuius ſponſorem offeras, Sponſioni enim noxa preſto eſt. Nam qui pro altero fidem ſuam interponit, periculo ſe obicit. Altero enim fallente plectitur vades, illic exſoluendum quod pro alio ſpondidit. Quocirca Salomon rerum humanarum peritiſſimus filium à ſponſionis ſacilitate detere: Filii mi ſi ſpondideris pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam.

nam, illaqueatus es atq; irretit' verbis laborū tuorū
 rum captulq; sermonibus propriis, quamobrem ppe-
 re, inquit, efficit ut liberati possis à manu proximi
 tui. Ceterū non nimis rigide istud obseruari debet.
 cū nonnunq; in vrgentissimis causis, amicis obseq;
 cōueniat atq; ijs quib. natura legibus sumus obstri-
 cti gratificari, nostramq; fidem ac facultatē s. non un-
 quam etiā vitam pijs exponere: tamen vt nemo ille-
 sorū causa à recto dimoaeatur. nec qd agat qd hone-
 flati sit contrariū, quemadmodū monet proverbiū,
 obtemperandam amico sed vsq; ad aras, hoc est, non
 transiās religionis iura, neque. n. fas est amico ob-
 sequi conscientie damno aut pietatis iactura.

Assentatores quos vulgo Plumstücker vocant, vitandi.

CAP. XLII.

Cum assentatio atq; adulandi peritia, seu potius
 vassificēs, artificiosa quodam verborum aucupio
 homini minime fucato facile imponat communiti-
 te volo, ne assentatori aures patefacias. aut eius hūi-
 dimentis ac lenocinijs delectari te patiaris. His autē
 notis sincerum fidemq; amicū ab improbo & fu-
 cato adulate dīscernas Ille n. libere ac grauitē, cui
 optime consultum cupit, officii sui commonefacit,
 quod Salomon in precipua amicitie parte collocat:
 iste scite assentatur ac palpat, singula approbat, ap-
 plaudit audientis erroribus, omniaq; donat illius au-
 ribus, ac non modo ad voluntatem, sed etiam ad nu-
 tum ac vultum verborum blandimenta a commo-
 dat. Exprimunt huius conditionis homines graphice
 apud Terentium Gnatho, qui parasiticam disciplinā
 instituit, & quā ratione animos hominum sibi de-
 nuncire soleat, his versibus indicat.

*Est genus hominum, qui isti primos e cranium rerum velint,
 Nec sunt, hos confector hūce ego non pavo me ut videant,
 Sed his vltro arrideo. Et eorum ingenia admiror simul;
 Quicquid dicunt, laudo; id rursūm si negant, laudo id quoque.*

Lu. 4.

*Amicus
 quatenus
 obsequan-
 dum.*

*Assentator
 parniciosus.*

*Adulatoris
 & amici
 discrimen.
 Prov. 27.*

Ese. 30.

*Eunuch.
 act. 2.
 Scen. 2.*

*Parasiti con-
 ditio.*

*Neque, neque, ait, alio postremo imperavi e. omne: mihi
Omnia assentari. In quibus nunc est melior v. v. v. v. v.*

Quocirca cū omnibus detestabilis sit & odiosa adu-
latrix blandiloquentia, quamlibet tenuis sit atq. an-
gusta res familiaris: nunq. te vili paratū Gnathonē-
que praebeas, aut assentari in animū induxeris. Parit
quidem aurū titillatio fauorē nonnullorū, sed cua-
ni lū minimeq; diuturnū. Emergit aliquando ex eo
quæstus vberimus, verum infamis ac probro cōiun-
ctus, postremo vbi fucus detegitur, artificii damno-
sus, sic vt nemo ingenuus ac liberaliter educatus hāc
notam sibi imprimi sultineat. Assentatori bus affines
sunt vergeratores quidā & versipelles qui vulpina ca-
liditate atq. astutia ad circūueniendos fallēdosque
simplices miris strophis ac technis sunt instructi, atq.
hominum facultatib; & vroribus, vt hyena & croco-
dili inhiant, in speciem primaq; fronte blandi, sed
qui postmodum damna inferant ac pēn'ciē molian-
tur. Sūt huius satiræ subdoli quidā & versuci, sed mi-
re officiosi, atq; ad omnē obsequiū parati, qui eo cō-
silio, eaq. mente atq. inreptione se in familiaritatem
ac vitæ consuetudinem insinuant, quo aliquid ab iis
cortadant ac compilent. Nam captata vndiq; oppor-
tunitate ad conuulsandum aliquid oculos manusq;
habent intentas. Quocirca non temere cuius fiden-
dum, nisi edito fidei ac probitatis specimine.

Præcepta quædam ad bene beatę, viuendum accomoda.

CAP. XLIII.

*Quibus ve-
bus constet
vita felici-
tati.*

Lib. 10.

Cum multa tradantur à viris disertis ad bene bea-
tę viuendum documenta, tum Martialis quæ-
dam complexus est ab honestate non prorsus aliena
quibus velut indice demonstrat, qua ratione vita
commoda transigi possit, ac non modo corporis va-
letudini, sed mentis etiam tranquillitati consuli. Sic
autem ista prosequitur:

¶ Nam quæ faciunt beatiorē,

INCIPIT

Invidiosissime Martiale, hæc sunt.

Res non parva labore, sed relicta,

Non ingratus agor, focus perennis,

Libi nunquam, ioga rara, mens quietæ,

Vires ingenuæ, salubre corpus,

Prudens simplicitas, pares amici,

Convictus facile sine arte mensæ:

Nex non ebria, sed saluta curus.

Non tristis thorus, at amen pudicus:

Quod si esse vult, nihilque malis.

Summum nec metuas diem, nec optes.

Has vite commoditates, si non prorsus ex voto aut animi sententia obtinere queas: nõ est q̄ te maceres aut in cerore conficias, sed ad Dei voluntatem, eiusq̄ p̄videntiam, quæ vna est rerum humanarũ moderatrix, omnia referas, q̄ etiam faditavit David in iis, q̄ illi obuenire soleant, prospera vel aduersa, quorum nihil nõ eius potestati subicit, nulla casus aut fortuna respectu: sic cū omnem vitam decursam illi attribuit, in manibus tuis, inquit, tempora mea, hoc est, pro tuo arbitratu nostra omnia decurrunt.

De exercitatione qua defatigata vitæ insubstantur cum animi tum corporis.

CAP. XLIV.

CVm natura humana subsistere nequeat, nisi subinde respiciat, atq̄ aliquo laxamento reficiatur, nonnulla illi laboris relaxatio indulgenda ne corporis animiq̄ vigor flaccescat, atq̄ immodica occupatione obruatur. Vt autem fomnus placidus ac tē-
pestius membra lassæ ac labore confecta instaurat
ac reficit: ita quoq̄; animum studiis aut lucubrandi
molestia defessum, spirituq̄ exhaustos ac sopitos
erigit reparatq̄; intentionis remissio. Veteres, si quã-
do à Reip. functionibus, ac forensi negotio conquiescere licuit, rerũ rusticarum amoenitate se oblectabant, atq̄. ex agricultura studio non minus commodi, quam voluptatis conceperunt. Nam præter sylvas

Dei prouidentia verã moderatrix.
Psalm. 30.

Pii fortunã non aznoscent.

Respiratio à labore vtilis.

Agricultura oblectamentis.

& vitidaria ad spectu gratissima, præter loca conſita ſeptaq; arboribus atq; ornata virgultis, præter villarum ac prædiorū commoditates, amœnoſq; ſecellus, & feraci ac bene culto fundo, ex ſpecioſa meſſe proventuq; annuo quantum conſecuti ſunt cum iuſſu ſimum tum vberriſimum. Utilitas nō honeſtati ac iuſtitia conianctā à nullo improbari poteſt. Omnium ſiquidem rerum, ut reſtatur Cicero, ex quib; aliquid exquiritur, nihil agricultura melius, nihil vberius, nihil homine libero dignius. Sic, ut Hæſiodus ſenſerit, nihil eſſe tam regale & magnificum, quam agri colere, ac ruſticandi ſtudio occupari.

Ltb. 1. ſſi.

*Agricola
nunquam
ortioſus.*

Quocirca veteres Romani urbem perſi, tanquam ex vinculis extracti, ruſ ſe cōtulerunt. Hic enim multa ſe offerunt, quibus ſtatis vicibus poſſis oblectari. Nunc enim putandis rutiandisq; arboribus ſetempus offert & occaſio: nunc inferendis in alienam arborem ſurculis ver blandum inuitat: nunc tempeſtuum vineas colere atq; adulta vitis propagine altas maritare populos;

*Nunc captare ſe in laqueos, nunc fallere viſco,
Atq; etiam magnos caribus circumdare ſaltus,
In ſiluis anibus meliſſis, incendere vepres.*

*Horat. in
Od.*

*Virg. 1.
Georg.*

*Exercitatio
num multa
genera.*

Eſt autem aucupium & venatio iuuenili atq; adulto corpori ſalubris, aptaq; exercitatio, nec proſus improbanda, modo ne quis nimium illi rei ſit deditus, omnemq; operam impendat inſectandis laniandisq; feris, neglectis rebus ſeruis, ac domeſtica adminiſtratione Oblectare vero ſe tabulis Geographiſis, atque intra Muſæi limites peragrare longe lateq; exportectos mundi ambitus, ac remotius diſſitas regiones oculis ac circino dimetiri potius, quam magna rei familiaris iactura corpore foris peregrinari, animum miſericie reſicit. Inter chartas Coſmographicas refero artiſcioſe elaboratas expreſſasq; picturas vel coloribus adornatas, vel *per. 02. 01. 02. 03.* hoc eſt,

*Pictura oculis
loſuſcit ac
reſicit.*

nudaſ

nudas nulloque pigmento aut fūco delineatas, quæ non inani spectaculo oculos afficiunt, præsertim si ab sit superstitio. ac nonnulla ad virtutem & pietatē documenta exhibeāt, ut sint ea quæ sacras historias complectantur. Vnde non inferte veteribus pictura muta poësis dicta: poësis vero loquens ac viuida minimeq; muta pictura: siōne ita est ante ac cum primis iucunda Musicę oblectatio, qua animus ubi languēscit, maxime erigitur ac reuiuiscit. Hæc uocū concentu atq; instrumentis modulare resonantibus non solum aures sonorum suauitate permulcet, sed sonitu per arterias undiq; diffuso spiritus cum vitalium animales excitat, discussaq; animi caligine ac nebulis, mentem agilem reddit atque erectam. Quo effectum est, ut Pythagoras animum cithara excitare soleat, ubi euigilasset, quo esset ad functiones obeundas, ac diutina munia expeditior: & cum somnum peteret, rursus celsitudine lenire mentem, quo affectus redderet sedatior. Sic Epaminondas Princeps Græcia concinne fidibus cecinisse legitur, utaq; Græcia, Cicero teste, summam eruditio nē siam in uocum neruorumq; cantibus censebar, & qui eius artis esset imperitus, habitus sit indoctior, sic priscis seculis inter regales mensas Heroum Dionorumq; gesta ad lyram decantari solent. Ita apud Virgilium,

Cithara cremitus Iopas

Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.

Hic canit errantem Iunonam, Solisq; labores

Vnde hominum genus & secudis, unde imber & ignis,

Arcturum, pluuisq; Hyades, geminosq; Triones

Quid tantum Oceano preperent, se tingere Solis

Hyberni, uel qua tardæ mora noctibus obset.

Non defuisse Hebrææ genti huius oblectamentiv
tum, magnisq; uiris illam exultam atque in pretio
habitam, præter alia, Dauidis historia commonstrat, rēp. ueruna

*Musica
mentem ob-
lectat.*

*Fab. lib. 2.
cap. 7.*

Cicer. 1.

Tull.

Veteres

Musices

studios.

Lib. 1.

Æneid.

Hebræi obles

elementa

musica non

resep. ueruna

17. Reg. 16.
David ins-
trus
mentis mu-
sicis Deum
honorat.
4. Reg. 3.
Helisau
musica af-
ficatur.
- Eccle. 32.
Similitudo
musicis so-
nia & gem-
mum.
- Eccles. 40.
- Esaias vino-
lentus incre-
pat.
- Cap. 5.
- Cap. 6.
- Nam vates ille sacros hymnos ad lyram decantare solitus est, animumq; Saulis furibundū ac maligno Genio, atraq; bile exagitatū modulate resonante cithara permulcere, ac Regem ad saniozem mentem reducere. Helisau quoq; vates importuna regum- interpellatione exasperatus, accita psalteria, harmonia cōcentuq; Musico animum composuit, ac de pulsa omni perturbatione, sopitisque affectibus assillu diuino perfusus, vaticinari incipit, ac tribus regibus euentura pradicere. In conuiuio quoq; Musicos adhiberi solitos sacra Biblia passim restantur. Sic Sapiens desumpta similitudine a gemmis auro decoratis; Sicut Carbunculus, inquit, aurum exornat; Sic concentus Musicorum in conuiuio cum moderata vini portione, Et quemadmodum, vt idem ait, Smaragdus, cuius pellucidus est & insatiabilis viror, vulgo Amarant Aurum cōmendat: sic modulatio Cantorum in iucundo conuiuio. Verū ne quis plus satis huiusmodi illestantis insillat atque occupetur, quid huic oblectationi praeferri debeat, obiter ita indicat. Vinum & Musica mentem ac cor exhilarat, sed vtroq; magis studium sapientia. Improbat quidem Esaias vinolentos, & qui comestationibus continenter additi, Musicis instrumentis suauiter se oblectant, sed ex ratione, quod nulla iis habeatur opificis ratio, nec quidquam eorum quib. affluenter & cumulate fruuntur, ad Deum referat, à cuius munificentia omnia profluunt. Sic enim illis minitatur; Vt qui confurgitis mane ad ebrietatem sedandum, & potandum vsq; ad vespèram, vt vino astuetis Cythara, lyra, tympanum, & tibia in conuiuio vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis: hoc est: non habetis oculos mentemq; in illum erectam, à cuius munificentia ac liberalitate hæc proficiuntur. In eodem argumento versatur Ainos propheta, qui huiusmodi mi-

nis lasciuos ac profuse viuentes vellicat. Væ qui opulenti estis in Sion, ingredientes pompatice, qui decumbitis in lectis eburneis, ac lasciuitis in stratis vestitis, qui canitis ad sonitum psalterij, bibentes vinum in phialis, atq; vnguento optimo delibuti, nec ququam vestrum in opum calamitate afficitur, aut condolescit affictorum miserix: nulla habetur tenuioru ratio aut respectus, nulla exhibetur Deo tantorum beneficiorum gratitudo. Quocirca oblectamenta Musica, atque inter hæc moderatus vini ac ferculorum vsus, quo spiritus sopiti ac languidi eriguntur ac reuiuiscunt, quo fumi melancholici dissipantur, nihil habent vitii, nec ab vlllo tetrico culpa merentur, nisi illorum abusu atque assiduitate profunda obrepat diuinarum rerum ac salutis obliuio. Inter exercitationes mitiores, minusq; molestas aut laboriosas, vesticiones referuntur, quæ vel equo, vel vehiculo, aut etiam nauigio perficiuntur, nec non ambulationes subdiales, quas hortenses aræ ministrant, ac longius expositæ pergulatæ iugatæq; vineæ, sic vt sub fornice viridi ac pampinis virentibus concaemerata testudine non minus salubris sit, quam amœna deambulatio. Et si qua forte inter deambulandū obrepat lassitudo ac fatigatio, non desunt in excultis hortis topiaria, atque vmbracla, sub quibus capere opacum frigus, æstusq; discutere liceat. Vbi vero apricari visum sit, atque acri libero apertoque se opponere, in patenti campo aut eminenti edito loco id perfici poterit. Vt autem studiosis virisque politicis inter moderatas ac salubres exercitationes apta est clara ac vocalis lectio, vsusque declamandi: ita validis ac robustis luctatio, balistarum ac parua pileæ vsus, Galeno, libello edito, approbatus, certamen gladiatorium & equestre, quibus calor natius augestie, ac corpus robur concipit, sanguine per membra vndique diffuso: quo fit vt exercitatie

*Amos vine
sui vellicat.*

*Exercitatio
minus laboriosa.*

*Hortorum
amanitas
reficit animam.*

*Æstate opacum
frigus, æstusq;
discutere liceat.*

*Vbi apricari
visum sit, atque
acri libero apertoque
se opponere,*

*in patenti campo
aut eminenti edito
loco id perfici poterit.*

*Ut autem studiosis
virisque politicis
inter moderatas ac
salubres exercitationes
apta est clara ac
vocalis lectio, vsusque
declamandi:*

*ita validis ac robustis
luctatio, balistarum
ac parua pileæ vsus,
Galeno, libello edito,
approbatus, certamen
gladiatorium & equestre,
quibus calor natius
augestie, ac corpus
robur concipit,
sanguine per membra
vndique diffuso:*

quo fit vt exercitatie

color efflorescat, acutus suavi vndique rubore perfundatur. Ceterum hoc meminerint, qui in huiusmodi palatris se exercent, ut omnia moderate persiciantur, ne agitationes violentæ ac tortuose membrorum luxationes inferant, hoc est, ne qua corporis pars à sua sede diffiliat, aut operosius agitato flexoque in gyrum corpore, à loco dimoueantur. Atqui ut nō statim à summo cibo mēs studiis est defatiganda, quo ventriculus commodius concoctioni insitit, nec diffundi ac dissipari calorem narium cōtingat: ita nec liberalius prans, ciboque differtis nimii labores subeundi: efficiunt enim concoctioni motus violenti & incompositi, omnesque agitationes corporis immoderate crudos ac semicosios cibos in venas rapiunt, qui oborta oppilatione ac putredine, morbis seminaria ministrant. Verusius ludus Astragalimus seu talorū iactus, qui officulis oculis leuore perpolitis perficitur Belgæ *Pickelen* vocant, quibus nostrates puellæ nondum nubiles aut maturæ viro lustrant, eosque non nuptæ statim ab inito coniugio despiciunt. Adolescentulæ autem Tali quodam genere inter se decertant, quod boum pedibus eximitur, *Ceren* Belgæ appellant, eoque se exercent certo anni tempore, ut etiam nucibus & crepitaculis, quæ exercitamenta puerili paulo prouectioribus vilescunt, atque habentur despiciata, sic ut iam ex ephebis egressi indecorum durant, parumque generosum huiusmodi nugis occupari. Nam puerili more, ut Horat.

Edificare casas, pro stello ad iungere mures,

Ludere par impar, equitate in arundine longa

Si quem delectat baybatum, amentia versat.

Ceterū diuersi sunt tali ab aleis quæ Belgis *Torlingh* vocantur, nam illi quatuor lateribus constant, aleæ sex: quarum abusus tam frequens est in rota Europa, ut plerique crebro harum vñ patrimonium profundant, exhaustisq; facultatibus ad inopiā redigantur: cum

*Violentus
matus conco-
ctiōis officit.*

*Astralg. f.
mus quid.*

*Talorum
iactus.
Puerili ex-
ercitatio
multiplex.
Lib. Ser. 2.
Satyr. 3.*

*Alia à Tali
libo diuersa.*

cum talorum vsus apud nos ad puellas deuolutus, nullam rei familiaris iacturam inferat: nam illis vel triiduum temporis discurrunt, aut si quando ferari liceat pro re non magni momēti decertāt nempe castaneis, auellanis, aculeis, fibulis, alijsque nonnullis apophoretis. Trochi autē agitatione ac celerrimo illo turbini in gyrum atq; orbem decursu, adeo vt motus conspectum fugiat, fallatq; oculos, adolefcentes se alacriter exercent, idque hybernis mensibus, quo incalescant. Quod genus exercitationis veteribus etiam in vsu fuisse testatur Persius, illoq; se ac pterique alijs impense delectatum:

*Trochorum
agitatio.*

Satyr. 5.

*Iure etenim id sum vnum, quid dexter senio ferret,
Scire erat in vultu, de vinea cantica quantum
Raderet: angusta collo non fallit orca,
Nec quis collidit buxo et torquere flagello.*

*Orca stūtila
genus, ut no-
strum in qua
indulgetur
sterni,
Spreen
Belgica.*

Huius puerilis instrumenti Virgilius quoque meminit ac Lauinia mentem ex Turni amore turpijs agitatum, elegantissimis versibus turbini componit, eamque non aliter rotari, quam trochum flagellis scuticisq; hinc inde tubatam, Belgæ Top vocant. Sic autem rem prosequitur,

*Tum vero infelix ingentibus excita ministris
Immanis sine more furit lymphata per orbem,
Ceu quendam torto volantis sub verbere turbe,
Quem pueri magnæ in gyro, vacua atria circum
Intenti ludo exercent; ille actus habena
Curvati furvis statim stupet inscra turba,
Impubisq; manū mœta volubile iuxta
Dan animos plaga, non cursu signor illo
Per medias turbes agitat, populisq; feroces.*

*Virg. lib. 7.
Aeneid.
Elegans
Virg. de
scriptio.*

Huiusmodi ludis fere ætas puerilis occupari solet; adultior vero & quæ iam pubescere incipit, aceniores expetit. In omni exercitatione ex qua corpus atq; animus aliquid commodi concipit, semper decori atq; honestatis habenda ratio.

*Ingruitha ins
doles.* Sic Sallustio laudata Ingruitha indoles, cum non-
dum ambitione ac regnandi cupiditate esset deprava-
ta. Is enim ubi primum adoleuit, pollens viribus
& decora facie, sed multo maxime ingenio validus,
non se luxui aut inertiæ corrumperendum dedit: verū
vri mos illius est gentis, equitare, iaculari, cursu cum
æqualibus certare, & cum omnes gloria anteieret, om-
nibus tamen carus esse, plarium facere, minis-
mum de se ipse loqui.

*Iuuentutis
exercitatio.*

Alcarum, cartharumque ludos, & si qua sint alia
otiosorum hominum oblectamenta, vt rem maxi-
me damnosam atque infamem fugito. In huiusmo-
di enim ludis non artis peritia viget, sed fraus, fallacia,
dolos, astutia: non habet locum ratio, consilium,
sapiencia, sed casus, fortuna, temeritas. Complecti-
tur autem alea omnem ludum fortuna-nutabilitati
subiectum, tesseras, pyrgum, fritillum, latrunculum,
omnemque iactum talarium, adeo vt in minutissi-
mis etiam rebus ac puerili negotio improbetur, si
vel crebro fiat, vel fallaciter, vel contentiose. Sic scite
Martialis;

*Infames lus
di.*

Alca quid.
Alea parua, nuce, res non damosa videtur:
Sæpe tamen pueri abhulit illa nates.
Quamobrem cum omnia fere in huiusmodi certa-
mine cupide, improbe, dolose peragi solent, ea mo-
deratio adhibenda, vt oblectationem potius, quam
quæstum scdemur. Nam incantos paramq; oculos
à subdolis emungi argento contingit. Et quanquam
nonnulla lucri spes in talibus exercitiis animum
hominis titillet, victoremque solent præmium, non
tamen spe nimis auida, aut lucri cupiditate quidquã
facere decet. Infirmetur autem exercitatio, aut ludẽ-
di licentia conceditur; non lucri, sed valetudinis at-
que oblectamenti ratione, & quo animus defatiga-
tus respiret, nouasque vires ad inbeundos deuoila-
bores concipiat.

Lib. 14.

*Alea parua, nuce, res non damosa videtur:
Sæpe tamen pueri abhulit illa nates.*

*Quæstus non
dolosus fit.*

Quamobrem cum omnia fere in huiusmodi certa-
mine cupide, improbe, dolose peragi solent, ea mo-
deratio adhibenda, vt oblectationem potius, quam
quæstum scdemur. Nam incantos paramq; oculos
à subdolis emungi argento contingit. Et quanquam
nonnulla lucri spes in talibus exercitiis animum
hominis titillet, victoremque solent præmium, non
tamen spe nimis auida, aut lucri cupiditate quidquã
facere decet. Infirmetur autem exercitatio, aut ludẽ-
di licentia conceditur; non lucri, sed valetudinis at-
que oblectamenti ratione, & quo animus defatiga-
tus respiret, nouasque vires ad inbeundos deuoila-
bores concipiat.

Ea est autem aleatorum natura & conditio, ut ubi semel illa prurigo & scabies animi occupavit, a grege excuti queat. Sollicitantibus enim undique eiusdem farinae hominibus, singulis momentis damnosas illas voluptates repetunt. Quod vitium etiam scortatoribus insitum. Quocirca salubriter Ovidius:

Sperne lectum, venat mentes insana capido,

Et reuocat trepidas alea saepe manus.

Nulli mea quidem sententia improbari debet conquirendi industria, ac rei familiaris amplificatio, sed lucrum sectari par est, quod vtile sit & honestum, ac nullius iniuriam damnoque coniunctum. Scitum est pro nobis Plautinum. Ad suum quemque questum quantum est esse industrium potius, quam calidum. Nam res sine fraude atque improbe conquisita praeter id, quod infamiam pariant, minus etiam diuturnae sunt aut stabiles, sed facillime dilabuntur, ut opes fallacis, dolo, sycophantis, captionibus, versutis, denique foenore, talis, aleis patia. Quamobrem quos habes studiorum sodales, omnibus modis a rebus improbis abducere pergas, atque ad honestatem, ad decus, ad virtutem esse incitamento. Hoc enim humanitatis officium non solum apud cordatos viros laudem promeretur, sed Deo etiam gratum acceptumque est: quod ita apud Hieremiam testatur Dominus: *Qui separauerit pretiosum a vili, quasi os meum erit. Quo designat illum palmarium quiddam profuisse, ac proxime ad Deum accedere, diuinisque honores promereri, qui vel seipsum vel proximum (Deo enim nihil homine carius, aut maioris pretii) a vilissimis rebus, a vita sordida ac contaminata, ab itinere deuio abduxerit, atque ad vitam integritatem, moreque inculpatos auctor sit & instigator. Quo spectat illud Iacobi Apostoli: Fratres si quis inter vos errauerit, a veritate, & conuerterit quis eum, sciat se a morte reuocasse peccatorem, ac saluam fecisse animam illius;*

MM

Aleatorum conditio.

Dolose parata cito dilabuntur.

Cap. 15.

Hieremia locus explicatus.

Cap. 5.

In rebus gerendis, a rationem in consilium adhibendam.

CAP. XLV.

IN quavis actione, omnibusque vitæ negotiis sic omnia ratione ac consilio moderanda, ne quid prorsus die agas, cuius te post die poeniteat. Turpe est enim aliquid committere, ut re peracta cogaris dicere. Nō putaram. In quem scopulam minus impinges, si nihil temere ac precipitanter agas, sed omnia considerate, mature, prudenter, ita, ut ad rationis amulsum singula exigas. Sic recte præcipit Salust. Priusquam incipias consulto: & ubi consulueris, mature factopus est. Et Cicero. In omnibus rebus, si quid aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Quo spectat proverbum. Festina lente: &, Sarcira, si latet oculus.

Quæ dubitas ne feceris. CAP. XLVI.

Nihil agas quod animo serapulum iniicere possit, ac dubitationem inferre, sic ut ambigas, a quam ne sit, an iniquum, quod aggredi paras: & quitas enim ut Cicero ait, lucret ipsa per se, ac cum virtuti tam honestati coniuncta est, dubitatio autem iniustitia a liisq; vitiiis affinis est. Huic consentaneum est illud Pauli: Beatus est qui seipsum nō indicat in eo, quod probat; hoc est, qui in adeundo aliquo negotio non sentit tacite reclamantem conscientiam. Quam sententiam, tametsi de ciborum delectu, & vitando offendiculo scripsit Apostolus, ut superius sumus testati, aliis quoque rebus apposite accommodari potest. In omni enim actione, cum quid agimus nulla firmitate, nullaque animi constantia, sed vacillante mente & dubia, iudice conscientia damnatur. Quisquid enim non proficiscitur ex fide, qua Deo approbamus nostram mentem, ipsaq; refragante conscientia vitiosum est, & peccato obnoxium. Siquidem cum quis rem per se non malam, hæsitans mala sit, nec ne; committit tamen, declarat se rem nefariam commissurum, si occasio incidit, aut oportunitas sit.

*Non putarā
vitiū conium
brum. Nihil
præcipitanter
agendum.
Lib. 1. officio.*

Lib. 1. officio.

*Rom. 14.
Dubitatio
menti, in as
gendo scri
pula inueni.
Pauli locus
explicatur.*

sit oblata. Vera autem pietas ac solida sapientia fide
 stipata, diuinoq; Spiritu fulta, omnia scienter diu-
 dicat, nec quidquam aggredi sustinet, quod vllâ ma-
 li speciem præ se ferat, aut mentem aut conscientiam
 aliqua a gritudine possit contaminare.

Virtutū ac vitiorum præmia.

C A P. XLVII.

Q uod Cato senior commolitionibus inculcare
 solet, id cuique menti infixum esse conuenit: si
 cum labore præclari quidquam egeris, & quod honeste
 fieri sit coniunctum: labor ab honeste factū rema-
 ner. Si cum voluptate mali quidquam commisiū sit:
 voluptas, vt res momentanea, cito auolat atq; eua-
 nescit; improbitas vero & nequitia, vt indelebile vi-
 tium perpetuo adhaeret. Quo spectat proverbum, *Voluptas mo-
 mentanea.*
 Qui semel scurra, nunquam paterfamilias. Quisquis n.
 semel in re infami, existimationis ac pbitatis iactu: *Virtus atro-
 nam fecerit, nō facile probi viri elogium conseques-
 tur, quamlibet etiam durescat, aut opulentus efficias-
 tur.* Non dissimili ratione extimulauit iuuenes Plā: *Platonē eni-
 to ad felicitatem cōsequendam proposita virtutis ac hēritatio ad
 voluptatis vitiosæ imagine.* Huius enim momenta
 neam dulcedinem atq; illecebras subita pœnitentia,
 angor animi, mens inquæta, dolor perpetuus comi-
 tatur. Illius vero breues labores & ærumnas, pacata
 mens, tranquillius animus, secuta concientiā, deniq;
 solidum æternumq; gaudium subsequuntur. Quo spe- *Sententia
 dat illa sententia, Momentaneum est quod delectat, D. Gregoriū.
 æternum quod eruciat.*

A Deo sumenda omnium actionum nostrarum initia.

C A P. XLVIII.

Q uidquid aggredi meditaris ac perficere, Deum *A Deo petē.
 OPT. max. in consiliū adhibeto, ita si quid iras da actionum
 sine iudicis, si qua obire munia vel priuata vel pu primordia.*

M M 2

blica illius numen implores, quo afflatu suo optima quæq; ac salutaria inspiret. Dicit enim vix queat, qd adiuventi adferat ad felicem operum successum, omnia actionum nostrarum auspicia, omnia vota ad Deū referre. Nam sinistre fere atq; inauspicato procedunt, quæ tali non sunt inchoata principio. Hinc illa Dei apud Esaiam comminatio, Væ filii defertores, qui consilium initis, & non per me, qui ordinini tes lam, & non per spiritum meum, Quibus verbis infelicem parumq; prosperum successum illis denuntiat:

Cap. 30.

Deus actiones nostras moderatur.

Prover. 1.

quod aliunde quam à Deo salutis præsidia conquirant, nec illum in consilium adhibent, ab eo que responsa petunt, cui omnia submituntur; & penes quem consistit totius orbis dominatio & imperium. Per hunc enim, vt Salomō ait: Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt; p hunc Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam, illius est consilium & æquitas, illius præsentia, fortitudo, decus, potentia, qua in imperio constituti suas ditiones stabiliunt, ac subditos in officio continent. Quocirca cum Dei arbitrio ac voluntate omnia perficiantur, atq; ipse sit primaria rerum causa; ab eo felicè operū successum, ab eo salutaria quæq; atq; ad bene beate que viuendū necessaria, summis votis petēda. Quod nobis Christus inculcat, cū inquit, primum qua rite

Deus primaria rerum causa.

Matth. 6.

Luc. 12.

regnū Dei & iustitia eius, cetera vobis vltro ex illius munificentia obueniunt, ac velut auxilium adiciētur. Est autem auspiciatissimum diei initium, quod à rerum cœlestium contemplatione, à doctrina Evangelica, ab illustranda Dei maiestate sumitur.

Diluculum auroraq; matutina ad componendam mentem, atq; animum in Deum erigendum, apissima.

Aurora presationi apta.

C A P. XLIX.

Nvlla est diei pars ad erigendam in Deum mentē accomodatior, quam antelucana. Tum enim animus discussa noctis caligine, est erectior, atq; ad concipi-

concipiendas salutares cogitationes aptior. Facilitat.
 se id sacros vates, Bibliorum codices passim testatur. *Psalm. 5.*
 Sic David in angustia constitutus: Deus Deus meus, *Psalm. 16.*
 ad te de luce vigilo. Mane adstabo tibi & videbo. *Cap. 27.*
 Mane oratio mea praeueniet ad te. Sic Esaias: Erigit
 mane, mane erigit mihi autem Dominus. vt audiam
 tanquam magistrum, hoc est, monitorem qui oici-
 tantibus aure vellicat. Rursus, Anima mea desiderat *Cap. 26.*
 vit te in nocte, sed & in spiritu meo & p̄cordiis meis
 de mane vigilabo ad te. Quibus verbis Propheta ins-
 dicat totam mentem, omnemq; animæ vires ac facul-
 tates, spiritus cum vitales, tum animales, & quid quid
 illi insitū est, in Deo iugiter esse defixum, sic vt nulla
 temporis pars absque illis recordatione transigatur,
 sed omnia dicta factaque & si qua animum turbat cog-
 gitatio, in Deum transferatur.

*Esaiæ locus
 explicatus.*

Exaucto die exigenda à mente diurnarum actionum ratio.

CAP. I.

Omnia negotia diurna q; actiones, & quid quoq; *Exigenda*
 die dictum factumque sit, vesp̄ri ab animo re- *à mente as-*
 poscas. Sic consummato die, antequam te quieti *tionem;*
 dedas exige à te peracti diei rationem, atque inter- *nostratum*
 rogato animum tuum: quod hodie malum sanasti *ratio.*
 cui vitio obstitisti qua parte meliores effectus; quid
 incrementi accessit pietati; quis in virtute factus pro-
 gressus?

Quo prætergressus? quid gestum in tempore? quid non?

Cur isti facti decus affuit? aut ratio illi?

Quid tibi præteritum? Cur hæc sententia scdit,

Quam melius mutare sua? miseratus egerem.

Cur aliquem fracta pars consimula dolor em?

*Virg. in vito
 ro bon.*

Dici vix queat, quam tranquilla sit futura ac pacata *Concipien-*
 mens, quam quietus ac placidus somnus, vbi conce- *duxo quosia*
 pro emendationis proposito, huiusmodi cogitatione *die amendas*
 animi nebulas discussis. Cum autem diurnæ actio- *tionis propos*
 nes, & quæ interdum oculis obuertantur, somno non *stare.*

nunquam officiant, studiose elaborandum, ut honestis occupationibus dies transigatur, ne quid mentibus obiciatur, quod nocturnam quietem possit interturbare, aut turbulentiam efficere.

Non oportet sui blandiatur, aut maleficia extenuet.

CAP. LI.

Si quid insipienter actum sit, atque aversa à festaratione voluntate commissum, quod honestati ac decori aduerletur, nunquam in animum inducas, ut errori blandiaris, aut crimine excusatione extenues. Parit enim confidentiam peccati excusatio, atque iterandi commissi occasionem ministrat. Sic cum David obseruasset, quantum prauitatis ex hoc mentis errore pullularet, Non declines, inquit, cor meum in verba malitiae ad excusandas excusationes, in peccatis. Quibus verbis precatur, ut longe absit ab ipso mala mens, malus animus, quo impii imbuti scelera sceleribus accumulunt, suaque flagitia diluunt atque extenuant: nec in se ullam culpam transferri aut deturbari patiuntur. Qua coecitate ac mentis caligine efficitur, ut ubi animus semel vitio occalluit, ac cupiditate se deinsit mala, indies magis magisque in deterius prolabatur, ac corrumpat, nulla emergendi spe. Quo spectat illud Salomonis, Impius cum in profundum peccatorum deuolutus est, contemnit; hoc est nihil admisisse se habet persuasum, nec magnopere commouetur patrii sceleris, aut nequitiae enormitate, verum ut idem ait, hunc sequitur confusio & ignominia. Quo indicat illum cum existimationis iacturam subire, tum infamiae labem consequi, ut non facile in posterum probi ac laudati viri nomen promereatur. Pari malo implicati sunt, qui ubi deliquerunt, atque in peccatum aliquod prolapsi sunt, non agnoscunt scelus, nec id confiteri sustinent, etiamsi confessionem extorqueat conscientia, carnicina, sed silent ac conticefcunt, omniaque obli-

uione

*Alto
diurna ho
nesta est.*

Tsal. 140.

*Davidu
locu expli
catus.*

Prouer. 18.

*Imbio occa
lesat scelere
= 1817144.*

uione obruere meditantur. Simile enim quiddam
 iis vsuuenit, quod pueris qui a rebus interdicitis non
 abstinent, praesertim ubi sperant fore clam, nec à pa-
 rente id restitum iri. Cuius rei exempla edita sunt in
 Adamo & Cain. eorumq; posteris, in quos heredita-
 ria labe est transfusa. Proinde qui animi tranquilli-
 tati optime consultum cupiat, nec vilam perpeti car-
 nificinam, non pergat abs se commissa vel inficiari,
 vel silentio inuoluere, sed Deo patefaciat. Agnitio
 enim peccati, & errati confessio veniam impetrat, om-
 nesq; animi sordes ac maculas eluit, absterget, ab-
 olet. Reticentia vero & tergiversatio malum exasperat,
 caussamq; rei reddit deteriorem. Quod in se ex-
 pertus Dauid: Quoniam tacui, inquit, inueteraue-
 runt ossa mea, cum clamarem tota die: extorsit qui-
 dem criticatus & doloris intolerantia clamorem at-
 que eiulatum, sed non delicti confessionem expref-
 sit, mox tamen admissum crimen Deo detegere mes-
 ditatur, quem certo scit proutum ac facilem ad con-
 donandum peccatum, ubi quis ex animo respiciat
 suaque vitia detestatur. Itaq; sumta fiducia, dixi, in-
 quit, confitebor aduersum me iniustitiam meam Do-
 mino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Is est
 enim amor & propensio Dei erga homines, illa pla-
 cabilitas & mansuetudo, ut ubi respiciere meditan-
 tur, confestim illis peccatum remittat. Quod per se
 sciam ita indicat: & erit antequam clament, ego ex-
 andiam, & adhuc illis loquentibus aurem accommo-
 debo. Quod indicat promptam & expositam suam mu-
 nificentiam ac fauorem, ut etiam si homo mente cõ-
 cipiat emendatoris vitæ propositum, statim illi ad-
 missum scelus remittat. Sic apud Ezech Quocunq;e
 tempore peccator ingemiscet iniquitatum eius, non
 recordabor amplius.

In Deum transferendum quidquid nobis boni obigit.

CAP. LII.

MM 4

*Simile à
 pueris inas-
 tura.*

*Peccati a-
 gnitio pec-
 catum ex-
 pungit.*

*Reticentia
 malum
 exasperat.
 Tsal. 21.*

*Dei facilitas
 in re
 misiendo.*

Cap. 65.

Cap. 18.

*Quicquid
homini ob-
sigit, in De-
um transf-
ferendam.*

Siquid tibi in fragili hoc ac caduco corpore, vita-
momentanea ac fugaci obtigerit splendidam, re-
gale, magnificentum, si adlint latifundia atque suburba
na prædia, si opes affluant & diuitiæ; casq; exornent
decus, honestas, amplitudo, dignitas, gloria; si mens
imbuta est multarum rerum cognitione ac scientia,
nec desit prudentia coniuncta sapientia: corpus deniq;
salubre ac vegetum, aut si quid iis accedat ampli-
us: omnia hæc munificentissimo patri Deo feras
accepta, à quo quidquid est boni, promanat ac pro-
fluit. Reuocat huc Paulus instarum, atq; inani glori-
atione turgidum, illiq; sui fiducia hinc verbis eximit.
Quid est, quod non accepisti quod si acceperis, quid glo-
riaris, quasi non acceperis? Id ipsum etiam vrget, ac nulli
non inculcat apud Hieremiam Dominus, Non glori-
etiar sapiens in sapientia sua, nec gloriatur fortis in
fortitudine sua, nec diues in diuitiis suis: sed in hoc
gloriatur qui quis gloriatur, nosse & scire me: Qui
gloriatur, inquit Paulus, in Domino gloriatur, à quo
quidquid est bonorum, affatim ac cumulare sumus
consequuti per Iesum Christum, qui factus est nobis
à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, salus, redemptio.
Quo autem nemo sibi plaudat ac blandiatur, seseq;
effertat insolentius de externis interniq; donis, com-
monefacit Paulus gestare nos thesaurum hunc in va-
sculis testaceis, hoc est, fragili ac moribundo corpo-
re; quo cuiq; innotescat, hoc Dei virtuti atque emi-
nentia adscribendum, non hominis viribus. Ut aut
quidquid est in homine lucis, quicquid sapientia,
quicquid virtutis aut iustitiæ, Deo assen debet, ac
patri luminum, à quo omnes dotes, ac munera de-
scendunt, vt Iacob Apostolus testatur: ita quidquid
est in mente humana vitii aut nequitia, quidquid
caliginis ac cæcitatatis, quidquid prauitatis ac corru-
ptela, id omne nostra voluntati malitiosè adscribi
debet, neq; vel minima culpa in Deum transferri.

Peccata

2. Corint. 4.

Cap. 9.

1. Cor. 1.

2. Cor. 10.

*Omnia vo-
stra bona à
Deo pro-
manant.*

*Cap. 1.
Omnis ne-
gatiua no-
stra mente
diffunditur
Sapient. 2.*

Peccatum enim ac diuini mādātū transgressio, omnis generis ærumnas, calamitates, morbos cum corporis rum animi, postremo mortem inuexit; omnemque procliuatē ad nequitiam menti iniecit.

Delectum & consideratio habenda in eligendo vitæ genere.

CAP. LIII.

IN eligendo vitæ genere, quod amplecti statuis, & in quo ad extremum meditaris conuiescere, ac pacate consensuisse, hoc in primis spectari debet, vt considerate omnia aggrediaris, ne ceterē te alicui instituto addicas, à quo postmodum si pœniteat, nō liceat resilire aut extricari. Qui enim a tate immatura, nec satis explorata excussa, naturæ propensione aliquod vitæ genus arripiunt, illiq; se perpetuo adfringunt, vitam agunt in amœnam, plenamq; tædii & molestiæ, si quando (vt plerumq; affolet) illos capiat instituti satietas, aut se sentiāt, ferundo oneri impares. Quocirca ne quis inconsulte sibi laqueos iniiciat, antequam aliquod vitæ institutum amplectatur, deliberandi spatium sibi constituat, quem potissimum vitæ cursum consecrati uelis, cui se addicere. In qua deliberatione, vt suadet Cicero, ad suam cuiusque naturam cōsiliū omne reuocandum est, quo adhibita, omni cura constituenda vitæ, stabilitate in suscepto negotio persistat. Multi enim optima petentes, non tam uoluntate, quam cursu errore falluntur, atque à scopo quem Christus nobis præfixit, deuii ad superstitionem, hoc est, fucate religionis speciem deuoluuntur. Quin à Christo potissimum petenda sunt salutis præsidia, quo vno duce in hoc mundi salo ad optatum portum peruenimus. Ipse est ostium, quod nobis aditum accessumq; patefacit ad patrem, ipse est via, ueritas & uita, à quo nos auertere nititur satanas, qui transformans se in Angelū lucis per improbos doctores falsa pro ueris, dubia, p. certis.

De liberatione in eligendo vitæ genere.

Lib. I. offic.

Errore non uoluntate quidam desunt.

Ioan. 10.

A Christo petenda salus.

fucata pro synceris, pro salutaribus noxia mentibus
 hominum ingerit. Hac fuit prima hostis nostri im-
 postura, qua Adamum adortus est, atq; illius menti
 fumos & caliginem offudit, incautoq; ac nimis cre-
 dulo specie veritatis imposuit. sic vt in omnem illius
 posteritatem eadem moliri non desinat, atq; abolito
 sincero Dei cultu ac salutaris religionē, superstitio-
 nem, idololatram, fucaram doctrinam, institutiones
 vitæ ancipites & periculosas inuhere, denique nul-
 las non ad mouere machinas, quibus humanum ge-
 nus extincta luce veritatis, sopitroq; fidei lumine à
 Dei cognitione abducatur, ac menti cœcitatē don-
 famq; caliginem inferte conetur.

De legitima matrimonii societate.

CAP. LIV.

*Matrimonii
 definitio.*

MATRIMONIUM legitima est atq; indiuisa maris
 ac fœminæ coniunctio à Deo insutura, partim
 ad domandas libidines, atq; euitandos illicitos va-
 gusq; concubitus, partim ad liberorum procreatio-
 nem. Est autem, vt præter Paulum Columella ex X
 Lib. 12. c. 1. nophontis Oeconomice prodidit, maritalē coniu-
 gium natura excogitatum, vt non solum iucundissi-
 ma, verum etiam vtilissima vitæ societas ineatur, &
 ne genus humanum temporis decursu spectaret ad
 interitum, matrem fœminæ, infusa diuinitus benedi-
 ctione legitime coniunctum esse voluit, vt ex in-
 dissolubili copula non decisset homini mortali adiu-
 mentum, quo præter amorem gignendi sobolis, mu-
 tua vitæ ac fortunarum coniunctio illos deuinciret.
 Quocirca cum coniugii portus sit tutissimus, atque
 humano generi, cui natura insitus ardor ac propen-
 sio propagandæ sobolis, si daq; statio nō male is consu-
 luerit suæ tranquillitati, qui in hunc ipse cōferet, p-
 sextim

Lib. 12. c. 1.

Genes. 2.

*Coniugii
 usus.*

fertim vbi aetas adlenit, ac virile robur sit cōsequen-
 ra Inconſulte autem fac unt. nec ſatis pro aetatis ra-
 tione qui pramature atque intempeſtine tale quid
 dam aggrediuntur, non exploratis viribus, excuſſa
 que natura firmitate. Senti enim nonnulli propo-
 modum impuberes qui vel temeritate quadam in-
 conſulta, vel lenonum inſtigatōne, aut etiam pa-
 rentum impulſu, qui optimæ doti inhiant, hoc iu-
 gum ſubeunt, quorum nonnullos noui, nec dum
 abſoluto anni curriculo, ſtaccidos atque elumbas
 tos, omniſque vitali ſucco exhauſtos, ſic vt vires illis
 labefactatas ac collapſas, erigere atque inſtaurare
 fomentis ſim coactus. Quocirca ne pueri, aut paulo
 proveciores pueris procreandis incumbant, quiſq;
 vires ſuas ipſe metiatur atq; explore r, quid valeant
 lumbis; quid ferre recuſent. Qui autem connubio ſe
 addicere meditatur, id potiſſimum obſeruet vt ex
 honeſta familia non tam dotatam (tameſi id non
 reſpui debet) quam ingenuam, honeſtam, pudicā,
 ac verecundam, beneque moratam in vitæ ſocieta-
 tem adſciſcat. Mulier enim (vt Comitus ait) ſi bene
 morata eſt, dotata eſt ſatis. Scitum eſt illud Alcu-
 menæ apud Plautum, quod ſingulis virgunculis &
 matronis inſixum eſſe debet. Non ego mihi dotem
 duco eſſe, quæ dos dicitur: ſed pudicitiam & pudo-
 rem, & ſedatum Cupidinem: Deum metum, paren-
 tum amorem, & cognatum concordia, virum mori-
 gera, atq; vt munifica ſim bonis, præſim p̄bis. Quo-
 circa parentibus ſolicite elaborandum, ne ſexus iſte
 frogilis, atque ad tuſnam procliuſ, præfertim vbi nu-
 bilis eſſe incipit ac matureſcere, aliquid ſabſ conce-
 ptiar, aut vllam pudicitia iacturam patiatur, ſed ad
 decus & virtutem ſuas filias inſtituant, atque ad vi-
 ra integritatem moreſq; inſcalpatos ſint incitamen-
 to. Non deſunt progenitores quidam improbi,
 qui male conſulant virginum ſuarum integritati,

*Coniugium
 non temere
 adueniunt.
 Coniugium
 multos enor-
 nat.*

*Honeſta
 familia ob-
 ſeruanda
 in aduendo
 connubio.*

*Amphi.
 lib. 2.*

*Conſulen-
 dum puella-
 rum fragilita-
 tati.
 Eccleſ. 7.*

*Quælibet nulla
danda occasio
lapsus.*

*Errores in
adulando
coniugio
commissi.*

*Coniugio
inæpti &
elumbes.*

*Mature o-
mnia agens
ad un aduen-
do coniugio.
Robusta æ-
tas matri-
monio ad-
suefcas.*

Nam illas domesticis exemplis corrumpunt, atque iis ad temulentiam, ad daciã, impudentiam fenestram aperiant. Quæ efficitur, vt sensim concuscant pudorem exuere ac pudicitiam venalem habere, sic vt eam facilitate expugneti partantur, aut non magnos pere obsilant calido virginitalis iohediato, cuius contactum, oscula, iustillationes non exhorretunt, nec admodum grauate aut repugnanter admittunt contrectantium blandimenta. Inter multos errores ac vitia, quæ committi solent in aduendo statu conubiali tria potissimum mihi culpanda videntur, ex quibus multa incommoda emergunt. Primum quod magna mortalium pars præcipitanter, atque inconfidexate, nullaque naturæ deliberatione hoc vitæ genus aggrediatur, idque ea ætate quæ huic rei minus apta est. Deinde, quod nonnulli serius ac minus tempestiue se matrimonio addicant, atque vbi iam defloruit ætas, atque anni ingrauescunt, hoc onus subeant. Postremo, quod dispari coniugio alligari suffineant sanus morbidus, iuuenis qui doti inhiet, ancilla, quod à naturali societate alienum; senex adolescentulæ, quod non profus culpari potest, nec naturæ ordini & statui contrarium, cum multis senibus crudis ac viridi senectâ nen desit facultas procreandæ prolis, quod mulieribus annosis atque effortis denegatum. Vt autem merito improbatum in ætate iuuenili, quæ coniugium animo concipit, nimia celestas & festinatio: ita in proæctioribus cunctatio ac tarditas. Qui enim præmature ac properanter nec capistro se alligari patiuntur, nõ satis firmo validoque corpore, nec adaudis viribus, non diu in hac palestra subsistunt, sed post vnum aut alterum insultum labascunt ac conuelluntur. Qui vero procrastinando legitimum nubendi tempus præterlabi patiuntur, atque in longum differunt contrahendi matrimonii consilia, vitam agunt tetricam atque inam-

moenam.

incenam, vel nonnunquam vago illicitoque concubitu se pollunt: quod tot passim ficosi, morbidi, distorti, lippi, incurui, podagrici tumidis inflatisque cruribus commonstrant; quos si postmodum, vbi eius vitæ persuasum est, legitimo connubio alligari contingit, in magnas molestias ac tædia se coniciunt. Nam cum exhausti sint atq; exoleti, viribusq; attritis ex antea tæ Veneris intemperantia, & sibi graues fiunt, ac nouæ nuptæ spes ac desideria frustrantur.

Omnis sibi et ea, qua non consistit intra coniugii limites, vitiosa atq; a legitimo matrimonio aliena.

C A P. LV.

Cum impudicitiam atque obscenos illicitosque amores Christus & Apostoli detestentur, atque à regno Dei excludendos pronuntient, qui se adulterio aut scortandi libidine contaminant, non video quo se colore tueri possint, qui matrimonium perosi, libere ac suauiter soluteque viuere meditantur. Non desunt enim qui extra coniugii cancellos vni amatiæ pro tempore se addicant, non satis decore, nec mente tranquilla, aut pacata conscientia. Sectantur illi quidem commoditatem vitæ, vt sibi persuadent, nec vlli se addicere, à qua non possint resilire ac diuerſi, verum acerbiora aliquando experiuntur, læstantur, magisq; indigna perpeti, ac proferre coguntur ab amica imperiosa ac procaci, quam ab ea quæ alicui legitime addicta adscitaq; est vxor. Quin & hoc accedit mali, quod huius generis sexui diutina vitæ consuetudo audaciam pariat, ac confidentiam adeo vt si quem eius satietas capiat, atque illam ablegare cupiat, non sine tumultu perfici queat, nam coelum terra miscent, vbi incidit id diuortii mentio, aut cū exorta aliqua intemperie, ex ædibus exclusum iri se metuunt. Exempla abunde multa suppédiant familiares illæ & domesticæ, quas in vitæ societatem

Matth. Heb. 13.

Illiciti amores & concubitus. Quis si accidit qui soluta venere se oblectant.

*Conubitus
extra matri-
monium
conscientiam
anerat.*

*Nihilus vita
statu mole-
sta caret.*

1. Cor. 5.

*Proles deli-
tia matri-
monii.*

*Oritas pla-
cide ferenda.*

adſeunt ſarrificuli, à quibus, interdicto legitimo
matrimonii uſu, ex libatuſ exigitur, reſ cum primis
operoſa atq; imenſa molis vegetis ac ſucculentis.
Quapropter toto errant color, atque in humana ſo-
cietatis delectu proſuſ hallucinantur ac ca cutiunt;
Qui exultant illos commode & pacate uiuere, qui
ab uxore liberi, aliquam domi alant, aut foris uenē-
tur, qua ſe oblectent, ac cuius cōſuetudine, cū libet
fruantur, cum plerūmq; p̄ter mentis inquietudinē;
ac cōſcientiæ carnificinā plus ta dii ac moleſtia, plus
zelotypiæ ac ſuſpicionis à conductitia ac temporaria
amica ſubōriatur, quam legitima ac fida uxore, in
perpetuam uitæ ſocietatem ſolemniter aſſūpta. Et
quanquam in hoc ſtatu, ut plerūque aliis, dulcia ſint
permixta amaris, acerbis ſuauiſus, lata triſtibus nu-
bila ferendis, nec deſunt huic uitæ inſtituto ſimul-
taſ, contentiones, iurgia, zelotypiæ affectus (ut nihil
eſt in quouis uitæ genere omni ex parte beatum.)
non eſt tamen vlla culpa in matrimonii ordinem
transferenda. Tameñ enim plurima incommoda
hoc uitæ genus comitentur, magnaſ re ſollicitudo,
cura, anxietas illos habeat occupatos in educandis
aliendiſque liberis, ut Paulus teſtatur, in conſtabili-
lienda re familiarit ac domeſtica: Omnia tamen mi-
tigat, ac condoleſcat amor mutuus, atque ex Dei
inſtitutione liberorum procreatio. Sunt autem
pueri delicta ac ſingularia oblectamentum, matri-
monii quibus augeſcit ac fouetur amor coniugalis,
magis ſumque uero citroque concipitur ſolatio. *u.*
Sivero præter uoluntatem atq; animi ſententiā,
nullam propagari ſobolem contingat, ac diſſerri in
aliquot annos poſteritatis ſpem: ſanctè tamen co-
lenda matrimonii fides, fouendaq; mutua uitæ ſo-
cietas ſic, ut alterum ſuſcipiat, ut in conſinio con-
ſira arbores fructifera vineam, quibus ſulta ac uel
ut mathataſ illiſque clauiculis aſſurgit in nomen-
ſum,

sum, ac spatiosissime se propagat. Ut enim vitis destituta pedamentis ac statumignibus, caduca est, atque in terram procumbit: ita quoque matrimonium ac res familiaris corrui, nisi mutus viri ac mulieris opera fulciatur. Quod siquid vitii subit huic societati, si qua ingruat intemperies, suspiciones, tumultus, discordia: hominum affectibus ac morofitate potius, quam huic institutioni adscribendum. Sunt enim ista non coniugii, sed deprauata natura, ac turbulenti animi vitia peccati originalis labe cōtacta, in quam omnis culpa transferenda est.

*Vitiū & morofitatis cō-
tritionis cō-
paratio.*

*Affectus
hominum
non natura
culpanda.*

*Qua ratione obtineri possit, ne mori homini natura provide sit
formidanda.*

C A P. LVI.

¶ Vm in rebus humanis nihil sit fixum ac stabile, sed omnia fluxa fragilia, caduca, ruinosā etiam spectatissima quaque: non est, quod quis ea magnopere admiretur ac suspiciat, illi sēque plus nimio afficiatur. Quin potius mente atque animo in superas sedes credo, res solidas atque aternas spectet ac meditetur. Qui quis enim concepta in Deum patrem per Christum Iesum fiducia, certa spe atque expectatione immortalitatis ducitur, non est quod metuat imminentes casus & incommoda, non est quod pertimescat morbos, calamitatem, pericula, mortem denique quam illi potissime exhorrescunt, qui spiritu Dei destituti sunt, nec vlla notitia diuinitatis imbuti nam qui in Deo fiduciam suam collocant, diuino spiritu fidei, intrepide, infractoque animo contra omnes aduersitates subsistunt. Neque enim, ut Paulus ait, accepimus spiritū seruitutis aut timiditatis, sed spiritum adoptionis spiritum potentis & dilectionis per quem confidenter clamamus, Abba Pater. In hoc, inquit Ioannes, perfecta est caritas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicii

*Non fiden-
dum rebus
caducis.*

*Christi fidu-
cia mortem
non timor-
midamus.*

*Rom. 8.
2. Timot. 1.
Galat. 4.
1 Ioan. 4.*

Timor non est in caritate, sed perfecta caritas abicit omnem timorem, quoniam timor cruciatum adfert seu trepidationem. Quocirca ut omnem metum ac mortis formidinem menti excutiamus, & si quid aliud trepidationem inferte posse t, omnes nostras cogitationes, spem, vota, fiduciam in munificum patrem coniciamus, atq; in Iesum Christum, qui nos suo sanguine expiuit, atq; à peccato mortisque tyrannide in libertatem asseruit, deleto expunctoq; quod aduersus nos erat chiographo, quo Diabolo eramus obstricti, & velut obarati, Belgæ vocant, *In presb. Ioan. hem ghehoudem, Teghens hem verbunden.* Quo autem *16. Ioan. 12.* Christus pauidas ac meticulosas mentes fulciret, omnemq; spem ac fiduciam in ipso constitutâ declararet. Confidite, inquit, ego vici mundum. Iam princeps mundi iudicatus est, hoc est, qui mortem inuenit, morte mea depulsus est, ac iudicio condemnatus, exutusq; nocendi potestate. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Quibus verborum solatus indicat satanam, & quos habet in hoc mundo per peccatum confederatos nihil obtinere potestatis, vel in Christum aut illius membra, quæ fide illi adherent, atq; insita sunt. Hæ salutares ac viuide conciones hoc efficiunt in mentibus hominû, qui illius præsidio innituntur, ut excusso mortis metu, alacriter aduersus ingruentes, qualuis tempestates se musiant, ac præstent inuictos, magnaq; confidentia in has voces erumpant: Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellet à laqueo pedes meos. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum; non timebo millia populi circumdantis me. Si exsurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo, etiam si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniâ tu mecum es.

Etiam si

Colos. 2.
Christus deuicit mortem.

Simile ab aliis opressis Ioan. 16. Ioan. 12.

Christus Satana formidabilis. Consolatoria sententia.

Psalm. 29.
Psalm. 26.

Psalm. 3.
Psalm. 22.

Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: hoc est, Si mihi ^{106. 23.}
 hi obijciat horrorem mortis, ac vita sum si obliandus,
 illi tamen fidam qui sua providentia rationem ini-
 bit, qua me servet. Dominus auxiliator meus, non ^{Plal. 117.}
 timebo, quid faciet mihi caro. Et illud Hieremia, ^{Heb. 13.}
 Ecce ipsi dicunt, ubi est verbum Domini? veniat. Et ^{Cap. 17.}
 ego non sum turbatus, te pastorem sequens, & diem ^{Hieremia}
 hominis non desideravi, tu scis, hoc est, non exspe- ^{locum ex. 10}
 aliunde, quam à te subdidum; sic ut illos qui mor- ^{caum.}
 tem minitantur, pro nihilo ducam nec pertimescam.
 Non sis tu mihi formidini, spes mea in die afflictio-
 nis meae, paueant illi, non paueam ego. Eodem ardo-
 re fidei inflammatus Paulus, ac Dei presidio innixus
 confidenter pronuntiat nihil usquam esse tam for-
 midabile aut horrendum, quod possit pijs mentibus
 meum, incurere; aut à Dei amore ac fiducia illos di-
 vellere. Nam certo mihi persuadeo inquit, quod ^{Rom. 8.}
 neque mors, neque vita, neque angeli seu invisibiles
 substantiae, neque principatus, neque potestates, neque
 instantia, nec futura, nec vlla alia creatura separare
 nos poterit à dilectione Dei, quae est in Christo Iesu
 Domino nostro. Ita Paulus constanter pronuntiat ^{Pauli fidei}
 illum qui Deo Patri per Christum, in usus est, intrepide ^{etiam omnes}
 subsistere contra omnes terrores vnde cumque in- ^{curat.}
 cidentur, contra incursum & fremitum hostium,
 contra mortis horrorem; quem vel inimici in-
 tentant, vel etiam morbi, aut naturae lex infert. ^{Plal. 50.}
 Cum itaque nihil efficacius metum ac trepidatio-
 nem mortis humanis, mentibus eximat, quam ^{Quid mortis}
 Christo duce, firmam in Deum fiduciam, qua concipi- ^{metum exis}
 tur certissima resurrectionis spes atque aeternitatis ^{mat.}
 expectatio: huc properent ac contendant omnes,
 hanc salutarem doctrinam singuli amplectantur ac
 foveant, insignantque animis, hac se in periculis, aut
 ubi extrema imminet; fulciant; hac peccatam ac
 tranquillam conscientiam reddant, huius medi-

tatione dolorem animi diluant, ac merore luctum-
que quem ex orbitate vel parentum, vel merore
1. Thess. 4. concipiunt, discutiant. Huc spectat viuida illa Pauli
Mortuos nō consolatio, qua expectatione resurrectionis ac certa
legendos mos æternitatis spe fulcit. Thesalonicensēs illosque la-
re gentili. crymas collibere vult, nec lugere amicos & viuis lub-
Mors somnus laros, more gentili. Nolo vos ignorare fratres de iis,
Philip. 3. qui obdormierunt (velut somno, non morte sopiti)
 ne dolorem concipiatis, vt ceteri qui nullam habent
 reuiscendi spem. Si enim credimus Iesum mortu-
 tum, & reuixisse, sic & Deus eos qui obdormierunt,
 per Iesum adducet cum illo. Rursum cum Philip-
 penas à rebus terrenis abducit, atque ad solidas re-
 uocat. Nostra inquit, conuersatio in celo est, ex
 quo expectamus Dominum Iesum Christum, qui
 transfigurabit corpus nostrum humile, & conforme
 reddet corpori suo glorioso secundum efficaciam,
 qua sibi potest subicere omnia. Quo sermone sua-
 det Paulus, vt se consolentur ac fulciant in afflictio-
 nibus, amore ac desiderio æternitatis, atque in hu-
 ius vitæ certamine nihil pertimescant, quod illos
 possit auocare à priori vitæ, ad quam nobis viam
 patefecit Christus resurrectionis potentia. Quocirca
 cum ad extremum vitæ diem deuentum est, ac
 mors imminet quæ nulli non formidabilis est, nisi
 Christo se fulciant, aut vbi sanis beneque constitutis
 subit aliqua huius rei cogitatio, vel si premit ege-
 stas, morbi calamitas, ceteraque vitæ discrimina
 ad Christum omnia nostra vota, spes, desideria re-
 feramus, qui morte sua poenas nobis debitas exsol-
 uit, qui nobis condonauit omnia peccata, qui est
 propitiatio pro sceleribus nostris; qui est aduocatus,
 vt Iohannes ait, & interpres apud Deum Patrem,
 qui est conciliator Dei & hominum, & qui, vt Pau-
 lus ait, exposuit seipsum redemptionem ac victi-
 mam pro omnibus. In eo constituta est salus, vitæ
 resur-

*Quib. metus
mortis discus-
siendus.*

*In Christum
desideranda
sunt.*

Coloss. 3.

1. Iohan. 2.

3. Tim. 2.

Esai. 50.

Resurrectio. Per hunc accessum, aditumque habemus in vno spiritu ad Patrem. Per illius effusum sanguinem consequuti sumus redemptionem ac remissionem peccatorum Quoniam in ipso complacitum est Patri inhabitare omnem plenitudinem, & per eum conciliare cuncta erga se pacificata per sanguinem eius. Cum itaq; habeamus Pontificem maximū, vt auctor ait ad Hebræos, q; penetravit cætos, lesum filium Dei, qui tentatus p omnia absq; peccato afficitur sensu in firmitatem nostrarum, accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt consequamur misericordiam auxilio opportuno. Huius tanti Ducis præsidio fulsi ac stipari latellitio, contra omnia demōnū portenta, qua confessim exorta luce veritatis euasit nesciunt: contra peccatum, mortem, infernum subsistimus, atq; ex malefida vitæ huius statione ad optatum portum, sedesque beatas deuehimur. Quod si quid in huius vitæ decursu incommodi atque infelicitatis accesserit, si quem conuicti contingat in aliquâ vitæ discrimine, si premi paupertate, torqueri morbis, vexari ab inimicis, ingruere vastationes ac calamitates, abundare scelera opprimi innoxios, atque iis vitæ rami eripi, sanas & salutares doctrinas contemni pululare hæreses ac perniciofa dogmata, disseminari vndique peruerfos errores: in tanta rerum confusione ad Christum quisq; se conferat, ab illo salutis præsidia conquirat, in illo totus conquiescat, illo se tanquam sacra anchora fulciat, deniq; id Davidis identidem in animo verset, Constituâ Dominum in conspectu meo semper quoniam à dextis est mihi; ne commoueat. Quibus verbis indicat se oculos in Deum continenter habere desixos atque illius præsidio niti, illius auxilio in rebus periculosis ac dubiis subsistere, non vacillare, aut quouis vento doctrinæ circumagi, sed stabilem esse & constantem, nec à concepra in Deum fiducia dimoueri, hac vna ra-

*Ephes. 2.**Coloss. 1.**Ioan. 1.**Heb. 4.**Christus pacificator inter Deum & hominē.**Quomodo firmanda sunt omnia in huius vita decursu incommodi atque infelicitatis accesserit, si quem conuicti contingat in aliquâ vitæ discrimine, si premi paupertate, torqueri morbis, vexari ab inimicis, ingruere vastationes ac calamitates, abundare scelera opprimi innoxios, atque iis vitæ rami eripi, sanas & salutares doctrinas contemni pululare hæreses ac perniciofa dogmata, disseminari vndique peruerfos errores: in tanta rerum confusione ad Christum quisq; se conferat, ab illo salutis præsidia conquirat, in illo totus conquiescat, illo se tanquam sacra anchora fulciat, deniq; id Davidis identidem in animo verset, Constituâ Dominum in conspectu meo semper quoniam à dextis est mihi; ne commoueat. Quibus verbis indicat se oculos in Deum continenter habere desixos atque illius præsidio niti, illius auxilio in rebus periculosis ac dubiis subsistere, non vacillare, aut quouis vento doctrinæ circumagi, sed stabilem esse & constantem, nec à concepra in Deum fiducia dimoueri, hac vna ra-**In Christo omnium calamitatum clamor, Christus in tempestate sua anchora. Psalm. 15.**Ephes. 4.*

Heb. 13.
Psal. 27.

tionem, quod Deum experiatuſ propitium, atque in omnibus ſibi aſſiſtere, ſic ut cōfidenter in hanc vocem erum pat: Eſte Dominus auxiliator meus, & in ipſo ſperavit cor meum & adiuſtus ſum, & in ipſo reſoruit caro mea, & ex voluntate mea conſitebor illi. ¶

De immnis leſi Chriſti amplitudine, & eſſe, potentia: qua una obſcuro Magico incantamento, atq; illuſione Demonum expugnanda, & ſua detrimenta, vel menti vel corpori inferri conuergat.

CAP. LVII.

Cum paulo arte demonſtrari incantamenta arteſque Magicas proſtus extirpandas, nec vlli hominum exercenda malicia: reſtat vt oſiter indicē, qua vi & efficaciam, quibus verbis & precaminibus ſubleuentur obſeſq; aſſictaq; mentes, ac Demonum præſtigiiſ irerita, tum quibus modis faſcinationes eximi poſſint, quas miniſtri eadē demonum miſeris inferunt, illorumq; mentes & corpora diuexant Inſiliunt latenter in corpora hominum, ac natura humana vim inferunt, eamq; ſuis facultatibus ſpoliāt, aut ſaltem illas immutant. Immiſcent ſe mali Genii alimentis, humoribus, ſpiritus, aura atq; aeri, quē intra corpus concipiunt, ac quo ſpiramus, multaq; alia qua nobis vſui ſunt, & valetudo conſeruetur, vitiānt. Quocirca opera præſtiam me facturum ſum arbitratuſ, ſi commoſtrem, qua ratione calamitoſi homines ab iſis nexibus, quibus ſe implicitos ſentiunt & impeditos, commode poſſint extricari. Nam incommoda ac detrimenta quibus afficiuntur, non poſſunt in cauſas vllas naturales referri, nec iſis remedijſ, quibus vulgares morbi, expugnati. Si morbus vel a grotatio corporis à crapula, à Venere, laſſitudine, frigore, aſtu, ſerietate, inedia contacta eſt: quodque eorum ſuis remedijſ expugnatur. At quaſ mali Genii inferunt, non proſtus naturalia remedia expoſcunt, ſed diuina ac ſupercocelia. Mirantur

NON-

*Dæmones
hominibus
inſeſt.*

*Dæmones
humoribus
ſe immiſcent
vt contagia
corporibus.*

*Incommoda
qua dæmo
nes inferunt
in va males
cauſas refer
ri nequeunt.*

nonnulli tantam Dæmoni attributam, eiusque ministris potestatem, vt ita homines diuexent, sic ex crucient. Connuet Deus partim ad ea damna quæ Satanicè miseris inferunt, atque illos exagitari permittit, in eaq; re constat illi consilii sui ac prouidentrix ratio, partim instigat Dæmones eiusq; ministros, vt in plerisq; tale quiddam promeritos sequant, illoruq; abutitur malitia ad castigandos impios. Sic mittitur spiritus mendax in ora omnium prophetarum, quo seductus rex Achab pugnam inecat, qua illi presens exitum parabatur. Nonnunc detrimenta inferri permittit nonnullis, quo exploret illorum constantiam. Sic Tobum passus est non solum exui bonis suis, omnibusq; facultatib; spoliari, sed in corpore quoque lanienam pati. Quod ipsum Deus fieri passus est, partim quo exploraret viri constantiam, ac reliquos mortales ad malorum tolerantiam excitaret, nec calamitatibus fracta Deo desierent; partim vt declararet potentiam suam, quod & ipsius fiducia fretos consolatur & fulcit, & iam in nihilum redactos erigit, atque in pristinam dignitatem restituit. Diuersa est autem ratio in iis vulgarib; energomenis, qui à Dæmone obsessi sunt aut ab illo in aliqua corporis parte diuexantur. Magna enim illorum pars stupidi sunt, atque à Dei cognitione alieni in quos ille (in instrumentum aptum paratumque) tyrannidem suam exercet. Sic Satanas ignauos oppugnat, idololatrias, superstitiosos, in quoru mentibus potius stibulatur, quam ijs qui notitia Diuinitatis sunt instructi, ac Dei fiducia se fulciunt, quin potius illos exhorrescit, ac machinas ad mouere metuit, quod irritos atque inualidos suos fore conatus ac molimina erga illos, qui in excubijs sunt constituti, ac Dei presidio solum non dubitet. Vt enim arces ac ciuitates nullis septem mœnibus, nullis munitè fossis ac vallibus, nullis militum presidijs in

Deus dæmonum malitia abutitur ut ad mala castiganda. Cur Deus nos à dæmone deuexari patitur.
3 Reg. 22.
Achab dæcepsum.
Tob. 2.
Iac. 4.
Cur Tob à dæmone dæuexatus.

D'abolus stupidosi agogreditur.

Simile ab vrbè parum munita.

*Demon ad
noxia quæ
hominem
intra-
cit.*

*Genes. 4.
i. Reg. 31.*

*Matth. 29.
Damo pro-
figatur Dei
fiducia Pe-
trus contra
demonum
nos instruit.
1. Pet. 5.*

*1. Ioan. 5.
Christi fide-
sia abigeret
demonos.*

structa facillime expugnari solent. ita mentes socordes & ignavae nulla salutari coelestiq; doctrina fulsa, nulla erga Deum fiducia constabilita, Daemonum verlutis magis sunt exposita, ac citius labantur. Cum autem Satana hoc potissimum sit in votis, vt Deigloriam aboleat, vt hominem à salute abducat, atque ad defectionem sollicitet, intus & foris illum oppugnari non desinit, ac modo corpori, modo animæ, nunc vitiq; infestus est, ac perniciem molitur. Exemplum suppeditat, præter Cain & Saulem regem, ludas Iscariotes, cuius cum mentem ad desperationem ac dissidentiam adegisset, tum vitæ radio ad laqueum impulit, ac corpus publicitus suspendi contumelia affectit. Quanquam autem Satanas humani generis hostis infestissimus mille insidiandi nocendiq; artibus instructus sit; vnica tamen re cum primis efficaciac præsentanea profigatur atque opprimitur, nempe solida fide, atque in Deum Patrem per Christum firma ac stabili fiducia, *Met een vast ghelouen ende en goede trouwen op Godt.* Quo præsidio etiam depugnandum suadet Petrus Apostolus contra tyranni illius insidias, fraudes, imposturas, dolos, verlutias, rabiem, ferociam, sobrietas te scilicet & vigilantis fide fulsa ac stipata. Sic enim ositantibus aurem vellicat, Sobrit estote & vigilate: quoniam aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit querrens quem deuoret, cui resistite solidi fide. Hæc enim, vt Ioannes ait, est victoria que vincit mundum, fides nostra. Nam fiducia, qua nitimur Christo, & nos totos committimus tali propugnatori, contra demones ac principes huius mundi nobis victoriam parit, sic vt optima spolia à victo deo quoque hoste referamus. Cum itaque aliquid contra aduersarium moliri visum est, atque obistere incantamentis ac fascinationibus (*Touerie Belge* vocant) vel malos Genios ex hominum mentibus

exigere: Iesu Christi fiducia id perfici debet, contem- *Hebr. 3.*
 ran illi superstitione ac gentili vanitate, ceterisque
 Magicis exsecrationibus. Deus enim per filium qui
 est splendor gloriae & expressa imago substantiae il-
 lius, omnia perficit in omnibus, ac moderatur lingu- *(Christo om-*
 la verbo potentiae suae. Hanc prerogativam promeruit *nia attri-*
 ob singularem erga Patrem obedientiam, humili- *buta.*
 tatem, modestiam. Cum enim esset in forma Dei, *Philip. 2.*
 hoc est, illi par & aequalis, non rapinam arbitrat' est, *Christus*
 ut esset aequalis Deo, sed seipsum deiecit, forma servi *Deo par.*
 assumpta, atque humilem se praebeuit, factus obediens
 usque ad mortem crucis ignominiosam & execrabi-
 lem: quapropter Deus illum exultit in summam subli-
 mitate, & illustravit illum nomine quo excellit omne
 nomen, ut in nomine Iesu sese flectat omne genu
 caelestium, terrestrium, & inferorum, omninoque lingua *Amplitudo*
 confiteatur & agnoscat, quod Dominus sit Iesu Chri- *nomini*
 stus in gloria Dei Patris, in quem redidat & refertur *Iesu.*
 omnis gloria filii & eductio. Si quis itaque aliquid agere *Res ad dua*
 gredi meditatur, si mentes afflictas subleuare, si e *Christi no-*
 corporibus cacodæmones expellere, inuocato Deo *mine posse*
 Patre nominis Christi fiducia id perficere tenet. Sic *antur.*
 enim omnia consequetur, suoque voto non frustrabi-
 tur. Huius admirandi angustiae nominis vi & poten-
 tia (modo ne quis haesitet ac Dei promissis diffidat)
 mireleunt morbi, affectus, atque animi perturbatio-
 nes sopiuntur, tempestates & maria conquieteunt, *Marc. ult.*
 cacodæmones, ut Christus iam ascensurus in caelum *(Christi fide-*
 pollicetur, diffugiant, venena hebescunt, serpentes *cia omne ge-*
 torpent ac redduntur innoxii, dispelluntur mentis *nus malorū*
 tenebrae, terror & formido, mortisque horror disci- *discuntur.*
 titur, dissipantur atque evanescent cogitationes
 noxiae, mens tranquillitatem ac pacatam conscien-
 tiam concipit, sic ut nusquam quidquam possit
 ingruere quod terrorem incutiat: Cum Deus Pa-
 ter per Iesum Christum spiritu suo nos fulciat.

Quocirca in Deum viventem ductore filio erigenda mens est, atque omnia, quae aggredi statuis, ministerii nominis Iesu virtute perficienda memineris. Illi n. data est omnis potestas in caelo & in terra. Nec est aliud nomen sub sole, in quo consistit salus, quod impiis est in terribile; demonibus tremendum, his vero qui illi fidunt, potentia, sapientia salus, vita, resur-rectio; Ipse est constitutus à Deo iudex vivorum & mortuorum Iesus Christus, testis fidelis, princeps regni terrae, qui dilexit nos, & lavit à peccatis nos- tris per sanguinem ipsius. Huic, ut Petrus in Actis Apostolicis ait, omnes prophetae testimonium fe- runt, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius, quisquis crediderit in eum. Hec est vita aeterna (quod testimonium Christus Patri defert) ut cognoscant te solum verum Deum, & quae misisti Iesum Christum, in quem tota vis Divinitatis, & quidquid Deo adscribi potest virtutis & sapi- entiae referatur ac derivatur. Quum itaque nomen hoc tam sit celebre ac sacrosanctum, tantaeq; maie- statis & potentiae: studiose observandū, ne inaniter atque irreverenter vsurpetur, ut exortente illi iudicu- li factitabant, qui cum certis ritibus ac conceptis verbis ad quæstum, & ostentationem spiritum no- xium profigare tentarent Iesu nomine, cuius vir- tute Paulus miracula peregit, abusi: in magnum periculum se coniecerunt, fuitque illis damnoſa ad- iuratio aut potius ludificatio, nam obsessus à De- mone in illos insiluit, & crudeliter dilaceravit, ita ut fugam sibi consulere sint coacti. Non defuerunt, etiam nostra memoria sacrificuli, qui cum nulla fi- de nominis Christi, nulla vitae integritate imbuti, tale quiddam attentarent, à cacodæmone irrisi sunt & pudore affecti sic, ut re infecta tremebundi deci- dere cogerentur. Si quis autem tale quiddam molis- xi velit, maloque Genios ex hominum corporibus

*Matth. 28.**Matth. 16.**Actor. 2.**Act. 4.**1. Cor. 1.**Apo. 1.**Act. 10.**Ioan. 17.**In Christo
peccatorum
remissio,**Act. 19.**Petri &
Ioannis mi-
raculum.
Exorcista
dilatanti.**Huius em-
poru Exor-
cista futuli
& mani do-
ctrina im-
buit*

profligare: Petri & Ioannis exemplum imitetur, qui nullis ambitiosis verbis vsu. in hunc modum claudu erexerunt. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula: & ille confessum, firmatis crutibus ac talis, existens constitit & ambulauit, intrauitq. cum illis in templum, saliens & inambulans, & laudans Deu: Cum itaque Iesus Christus vnigenitus Dei filius Patri coaeternus & aequalis in quo sunt omnes scientia ac sapientia thesauri abscondit., modo detetur omnia verbo potentia sua: par est vt concepta ac collocata in Deum per Iesum Christum fiducia, illius virtute ac praesidijs oblitamur Satanæ, peccato, inferno, & si qua sunt alia homini infesta. Est autem excellens magnitudo, robur, potentia, fortitudo, quam Deus pro sua virtute exseruit in Christo, vt Paulus ait, eum suscitaret eum ex mortuis, & sedere fecit ad dexteram suam in caelestibus supra omnem potestatem, & principatum, & dominiũ, & supra omne id, quod nominatur non solum in hoc seculo, verum etiam in futuro. Et ille omnia subiecit sub pedes illius, eumque dedit caput super omnia ipsi Ecclesiae, quæ est corpus illius, complementum eius, qui omnia in omnibus implet, id est, Christus est per quem Deus complet, absoluit, perficit omnia in omnibus, praesertim in ijs qui illi fidunt, & vt paulo ante Apostolus ait, obgnati sunt spiritu pmissionis sancto, qui est pignus & arihæ hereditatis nostræ in redemptionem acquisitæ ac patris possessionis, in laudẽ gloriæ ipsius. Quocirca Paulus qui innumeris certaminibus assuevit, multosque insultus perferre coactus est, suadet omnibus, si quando pericula imminet, mors intentatur, Satanas mentem oppugnat, fortis fractoque animo illis obstant atq. oblucentur. Sic enim Ephesios animat ac fulcit: Quod superest fratres mei, conualescite & præbete vos fortes in Domino, perque potentiam roboris illius induite

Altor. 3.
Christo esse
vnu omnia
gloria.
Coloss. 1.
Heb. 1.

Ephes. 1.

Christus caput
Ecclesie
Christus omnia in
omnibus per
ficit.

Christus
fulcit nos in
afflictionis,
Ephes. 6.

totam armaturam Dei, vt possitis stare aduersus affultus Diaboli. Quoniã non est, nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, hoc est. fragiles, & moribundos homines, tamen & illi aliquando infestissimi sunt, sed aduersus mundi dominos, rectores tenebrarum seculi huius, aduersus spirituales astutias in caelestibus.

*Simile à
militari in
dustris.*

Qua verborum copia ac sententiarum vbertate tum eleganti Metaphora desumpta a conflictu atq; hostili incurfione, indicat spiritus Dæmoniacoſ, illorumq; satellites & ministros miro astu ac stratagemate inuidias moliri his q. Christo addicti sunt ac nomẽ dederrunt. Quapropter cũ sint ita formidabiles, hostes nostri, & spirituali astutia instructi, quibus armis iis sit obſistendum, obiter commoneſtrat: Assumite, inquit, vniuersam armaturã Dei (exemplo sumto ab iis qui bene muniti in aciem p̄deunt atq; in p̄cinſu ſtant,) vt possitis resistere aduersario, atq; omnib. periculis confectoq; negotio stare, vt ii qui non vertuntur in fugam & terga vertere sunt coacti. Stare igitur lumbis circumcinctis baltheo veritatis, & induti lorica iustitia & calceati pedibus, vt parati sitis & alacres ad Euangelium pacis: Super omnia assumto ſcuto fidei, quo possitis omnia iacula mali illius ignita extinguerre. Galeãq; salutis accipite, & gladiũ spiritus, qui est verbum Dei: quibus adicit velut succenturiata p̄ſidia, precatio, atq; obsecrationes assiduas, quæ hoc efficiant vt videriam consequantur, ac Deus in tam auspici certamine, tamq. dubio non nunquam belli euentu, parumper afflictoſ & velut in ruinam inclinatos, vt Petrus ait, qui in eodem argumento refatur, inſtauret, ſtabiliet, roberet, ſuſciet. Cum autem tant. fuit olim apud ſui ſtudioſos Pythagora auctoritas, atq; ita aſſimata illius doctrina, vt oraculi loco habita ſit & tanquã ex tripode dicta, adeo vt incũſtauter ad perſuafionem, quã refragari foret neceſs,

*Arma mi-
litis Chri-
ſtiana.*

Ephes. 6.

*Oratio arma
contra Da-
monem.
1. Pet. 5.*

*Argumen-
tum ab au-
thoritata
Chriſti.*

Autor est. Ipse dixit, dubitare non obijcerent. par est.

fit, nostraque salutis ratio exigit, vt eundem honorem ac reuerentiam Iesu Christo deferamus, atque in afferenda illius doctrina, in stabilichde fidei professione furti, tardisq; artibus infouemus, *Illegod, auatē q̄a Zoro: Credo, ipse dixit Saluator.*

Illius enim doctrina non est humana non diluta, nō frigida, sed viuida, salutaris, efficax, diuina, & que beatitudinem homini conferat, quam vnā a Christo peti par est, qui est fons omnis sapientie & bonitatis. & in quo inhabitat omnis plenitudo Dei corporaliter, per quem sumus completi Per hūc, vt Paulus ait, Deus Pater eripuit nos à potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filii sui dilecti, per quem habemus redemptionem in sanguine ipsius, remissionem peccatorum, qui est imago Dei inconficiens, primogenitus vniuersæ creaturæ; utpote per quem omnia creata sunt, quæ in celo sunt & terra, visibilia & inuisibilia, throni, dominationes, principatus, potestates. Omnia per illum & in illo cõdita sunt, & ipse est ante omnia, & per illum cuncta subsistunt. Et ipse est caput corporis Ecclēsię, principii & primogenitus ex mortuis, vt sit in omnib; primas tenens, ac principatum obtinens. Quoniã in illo complacitum est Patri inhabitare rerũ vniuersarum plenitudinem, & per eum cuncta reconciliare erga se pacificata per sanguinem crucis eius. Cum itaq; Deus Pater ita cumulate ac profuenter omnia in Christum effudit: ad vberissimum atque inexhaustum hunc fontem certatim properemus, ac summã fiduciã ab eo nihil non petere & sperare audeamus, nihil non perficere tentemus. Si visum est p̄ligare Daemones, mēderi morbis, eximere se periculis, virulentas bestias conficere, venena diluere atque innoxia præstare, montes loco dimouere: hæc omnia virtutibus ac virtute Iesu Christi, eiusque fiducia peragenda memineris. Pollicetur enim Christus fidenti omnia plana,

*Ipsē dixit,
Christe affe-
rendum,*

*Christi do-
ctrina omnē
sapientiam
superat,
Coloss. 2.
Coloss. 1.
Deus vsq;
Christum o-
mnia præcla-
dit.*

Vn fides.

Marc. 16.

*In animis
edita mira-
cula,*

*Herba ad
multa affi-
cates.*

*Gemma oc-
culti vsus
habita.*

aperta, facilia quod postrema concione antequam
in caelum sublatus est, suis testatum esse voluit, cum
inquit, Ite in mundum vniuersum, praedicare Euan-
gelium omni creaturae: Qui crediderit & baptizatus
fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condem-
nabitur. Signa autem eos, qui crediderint, haec se-
quentur: In nomine meo Daemonia eicient, lin-
guis loquentur nouis serpentes tollent, & si quid
mortiferum biberint, non eis nocebit, a grotis ma-
nus imponent, & bene habebunt, hoc est, confessum
ad contactum conualescent. Haec omnia semper pre-
stauerunt, vbi profectus atq; vrilitas Euangelij exi-
git miraculum. At in animis ista nunquam no praes-
tantur ab Euangelicae professionis ministris, cum
fceda vitia mentibus eximunt, cum efficaci vi spiri-
tus & salutari doctrina morbis animi medentur, cu
cor ab auaritia, odio, ira, libidine, calunia, obrecta-
tione, aliisque venenosis affectibus liberum efficiunt,
ac diuinis dotibus exornant.

*An herba & gemma aliquam vim coferant in praesigandis
Damonibus, ac depellendis rebus aliis noxiis.*

CAP. LVIII.

TAmetsi herbae eum praecipue vsus, easque vires
infitas habent a natura Opifice, vt alimenti ra-
tione ac medicamenti corporibus humanis accom-
modentur: sunt tamen veterum scriptis nobilitatae
aliquot stirpes, quae maleficiis obstant atq; incan-
tamenta omnisq; generis falcinationes abigant ac
propulsent. Appellatur haec Alexicaca siue amule-
ta, quod noxia quaeque atq; homini infesta amoliantur
ac depellant. Haec vis praeter herbas, etiam gem-
mis ac pretiosis lapidibus attribuitur, quae consecrata
sunt no a primis qualitatibus, hoc est temperamento
caliditatis, frigiditatis, siccitatis & humiditatis, sed
specifica vi, & occulto effectu, abditaque proprietate:
cuius causa proflus explicari nequit.

Sic

Sic magnes attritu ferru allicit. Gagates & succinũ
 paleas & festucas; Sapphyrus qui celesti & castro
 colore est, castitatem tuetur. Hyacinthus & Chry
 solithus digito annulari gestatus, pesti obstat, Sma
 ragdus & Pralus viridantes gemmae cor exhilarant.
 Eranos, hoc est, Cyanos & Caruleus, vulgo Turco
 sa, a lapsu, casu & ruina praeservat, aut si tale quiddam
 incidit, corpus illasum praestat. Corallium collo
 ad motum turbolenta somnia abigit, & nocturnos
 puerorum timores compescit. Carbunculus & Sar
 dius lapis, vulgo Corneolus à cornu arboris rubicun
 da bacca nonnisi fortitus, diffuso per corpus sangui
 ne, hilarem excitat & colorem floridum. Sic aliae
 gemmae aliis virtutibus pollent, ac Lemures, Striges,
 Incubos, Genios aereos arcent atque abigunt, si ve
 terum monumentis habenda fides. Sic inter herbas
 sunt, quae morbis qui multum habeant affinitatis cum
 Daemonum vexationibus & torturis, obstitant. Quaes
 sunt melancholia, phrenesis, mania, epilepsia, &
 fistissimi morbi qui virgunculis ac viduis ex vteri
 affectu emergunt, aut ubi vel serius iis menses pro
 fluunt, aut tardius coniugio desinantur. Siquidem
 ex fumis atque atra denique fuligine mens ita af
 ficitur, ut à noxio aliquo Genio vexari videantur, ac
 sibi persuadent, Daemonem obsidere mentem, qui
 ad multas absurdas imaginationes illas impelat.
 Cui malo, tenata circa os primæ vena incisione,
 adhibeatur salutare herba, quae illos ab huiusmodi
 accidentibus liberent, ut sunt attenuisia, saturcia,
 serpillum, tymbrata, pulegium, origanum, gallicicum.
 Inter herbas autem quae afflictae mentes releuant,
 ac vel à Demone, vel concepta illius imaginatione,
 vel venenatis fumis, qui cerebrum viriant, praesant
 immures, referuntur ruta, scylla, ex cuius succo &
 oxymelitis & aceto conficitur, Oseritium, vulgo
 magistrantia, Angelia, spodiũ vel Laferpitij species,

Magnes.
 centum.
 Gagates
 Sapphyrus.
 Hyacinthus.
 Chrysolithus.
 Smaragdus.
 Pralus.
 Eranos.
 Carbunculus.
 Corallium.
 Carbunculus.
 Sarius.
 Horrendi.
 morbi herba
 rum praesidio
 expugnatur.

Ruta.
 Scylla herba
 Oseritium.

*Allison.**Libanotis
vel Rosma-
rinus.**Ricinus
Epilepsia
contraria.**Herbae Deo
effectum con-
sequuntur.**Afa Rex
cur non est
sanitatem
consecutus.
3. Reg. 15.
2. Par. 16.**Psalm. 7.*

Allison vel Rubia minor, quæ canis rabiem atque à rabido cane demorosos sanat, qui effectus non pro-
fus alienus ab iis qui à satana diuesantur ac feriunt:
Rosmarinus ædes lustrat, atque in limine suspensus
huius stirpis frutex Dæmones abigit, & pestis conta-
giones, vti etiam Ricinus qui palum Christi nomine
passim innotescit, quod folia in expanis manus for-
mam sint effugiata. Sic Corallium, pæonia, viscus,
frutex morbum comitalem expugnant, vel à collo
suspensa, vel etiam ex vino propinata. Quorum non-
nulla nemo quis exhiberi posse putet exturbandis Dæmo-
nibus: absit vanitas & gentilis superstitio, absint fu-
tiles præcationes & verba quædam exotica, quibus fe-
re suas incantationes perficiunt, qui Magicas artes
profiterentur. Si quid herbarum habent virium, vt experi-
entia demonstrat, id memineris à Domino consecu-
tas; Omnia enim medicamenta & stirpes quæ cor-
poribus humanis applicantur, non sui ratione, sed
Dei munere efficacia sunt, ac salubrem effectum
consequuntur. Itaque si quid herbarum præsidio per-
ficere stavis, non tam herbis quam Deo fidas. Sic e-
nim in propulsandis morbis res optatum felicemque
successum est habitura, alias conatus in diuersum
rapitur, atque artificem frustratur euentus, vbi nul-
la subit Opificis, à quo omnia effectum sortiuntur,
cogitatio, aut abest erga illum fiducia. Hinc Afa rex
Iuda cum acerrimo pedum dolore affligeretur, nec
Deum in consilium adhiberet, sed tantum medicis
fideret, nihil opis ex illorum fomentis sensit, sed ar-
ticulari morbo (vt historia testatur) immortalis est.
Non enim Deus medicorum opera vti prohibet, sed
illis plus nimio fidere, nullamque habere eius ratio-
nem, qui sanitatem præstat, & curas munere omnia
sunt efficacia. Quæ & superstitiose faciunt, & rem
aggreduuntur ab idolatria non proflus alienam;
qui herbas fictitias quibusdam præcaminibus conse-
cratas,

cratas incantationibus adhibent, aut etiam morbos illis excantare pergunt. Sic filicem sollicitio aëthio, intempeſta nocte erutam, rutam, trifolium verbenā Magicis impoſituris accommodant, quibus rudi, atque imperite plebi imponunt, fumosq; offundunt, quo aliquid ab iis corrodant, atque argento illos emungant: cum ramentum illi artifices in unquam dicitur. Hæc ſtudioſe lector huic agumento inſerenda duxi, quo quiſque a Magicis incantamentis abſtineat, atque obſeruet, à quo ſalutis ac ſanitatis præſidia petenda ſint, & qua ratione (contenta vanitate ac ſuperſtitione gentili) obuiſis paratiſque remediis viſi deceat, quæ à Dei munificentia nobis affluenter ſunt conceſſa

*Herba magi-
ca incanta-
mentum non
accommodanda.*

De maiestate & potentia ſupremi Numinis: & quam varias appellationis unica Dei eſſentia tribus perſonis diſtincta ſortitur (cuius rei contemplatione humanus animus tranquillitatem & ſolatia, ſummamque erga Deum fiduciam concepit.

CAP. LIX.

Quoniam præſtans illa ac præpotens natura Deus ipſaque æterna mens ab omni concretionemotuali immunitis ac libera in immenſum ſe porrigat, atq; vndiq; diſuſa, ſingula regat ac moderetur, ſuaque vi imbuat: ob id vna Deitas propter virtutem atq; operum excellentiam, variis deſignatur nominibus, multisque præclaris elogiis illuſtratur cum apud Hebræos tum alias nationes quibus aliqua Diuinitatis cognitio obrigit. Sic in ſacra hiſtoria Iehoua dicitur, El, Eloim, Adonai, Emanuel, quorum quodque peculiarem vim ac virtutem deſignat, magnamq; poteſtatem Deo attribuit, quâ in res inferiores exercet. Vnde. cū præcepta legis ſolicite obſeruanda proponit Iudæis, quo maior illi accederet auctoritas & veneratio,

*Dei natura
inſcrutabilia,
Ioan. I.*

*Deus variis
nomina ſortitur,*

Exo. 1. 20. Ego sum, inquit, Iehoua Deus tuus, qui eduxi te de
Deut. 5. terra Aegypti & domo seruitutis, Non habebis Deos
Iehoua singularis alienos coram me. Nomine tam sacrosancto ac mi-
Dei nomen. rifico, rerum omnium excellentium imperium &
Dei ab est. dominatum sibi asserit. Nam cum sit fons & origo
seu nomen totius vniuersi, atque solus per se existat, omnibus
assignatur. subsistendi vim confert. Quamobrem par est, ut eius
 imperio & mandatis mortales omnes pareant, illius-
 que legibus subijciantur, nec ab alio, quam ab eo
 qui solus ab aeterno existit, saluus praesidia conquirant,
 aut alio se diuertant. Quod Hebraei Iehoua,
 Graeci *Αυτο πυν*, Latini Existentem, Germani inferiores
Enne u rich Godelnick Wäsen dicunt. Itaque à
 pluribus rebus desumitur diuinae essentiae appella-
 tio. A prima & perpetua existendi vi & potentia,
 ab aeternitate, à magnificèntia, maiestate, domina-
 ta, imperio, cui omnia subsunt, & qua res omnes co-
 ditas regit, ac summa prouidentia moderatur. Sor-
 titur quoque nomen Deus à placabilitate, mansue-
 tudine, clementia, qua utitur erga homines, qui re-
 bus afflictis ac deploratis illius opem ac subsidium
 implorant. Nam, El, Hebraica vox, Dei clementiam
 exprimit iustitiae coniunctam, qua pros fulcit ac ruetur,
 & improbos castigat, atque in cuncto terrore, à
 sceleribus renocat. A luce, qua caliginem & nebras
 mentisque errores dispellit, atque animos tenebro-
 sos veritatis ac cognitionis suae lumine illustrat. Sic
 Christus, Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non
 ambulat in tenebris. Ab igne, quo pios inflamat
 vritque amore Diuinitatis, atque illorum mentes
 salutari viuidaeque doctrina imbuat, aduersarios ve-
 ro & qui nulla ducuntur erga Deum reuerentia,
 nullo metu consumit, atque ut ignis arida nutri-
 menta ac fomitem, in nihilum redigit. Quocirca
Deut. 4. suadet Moyses & Paulus reuenter ac religiose
Heb. 13. Deum colendum, quo illi sumus accepti. Est enim
 Deus

Deus nos ter, inquit, ignis consumēs, quare submisit
 quisq; se apud illum gerat. Assignatur quoq; Deo no-
 men a bonitate & magnificentia, qua vitur erga suos
 quos non sustinet premi vlla rei ñ egestate, aut ino-
 pia tabescere, sed de omnibus affatim illis prospicit,
 atq; affluenter ad vsuū necessāria largitur cum ex-
 terna bonas; tam animi tranquillitatem ac pacatam
 mentem. A pietate ac paterno affectu quo suos com-
 plectitur, illorumq; saluti ac cōmodis p̄spicit. Pater
 dicitur. Sic Deus apud Hieremiam, Patrem vocabis
 me: & post me ingredi non cessabis. Rursus, factus
 sum Israheli pater & Ephraim progenitus meus est, &
 deducam illos per torrentem aquarū in viam rectā,
 & nō impingent hoc est, meis veigiis insistent, me
 comitabuntur, meaq; voluntari ac quiescent, & ego
 illos totos praestabo in omnibus vis suis, nec quidq;
 illis accedet in cōmodi, nec vlla inferetur iniuria,
 nulla clades, nulla calamitas. Esaias autē speciosis-
 simos titulos ac triumphales commemorat, quos
 Deus pater Christo attribuit, quo quisq; cognoscat,
 quid Seruator Christus naturate, morte, & resurrex-
 tione sua, ipsoq; in cœlum ascensu nobis contulit.
 Sic enim Vates I. hristi magnificentiam, splendorem,
 gloriam, decus, potentiam, amplitudinem exprimit,
 quorū nihil nō in nostrum vsuū & commoditatē re-
 dūdat. vnde Emmanuel dicitur, h. e. nobiscū Deus; Puer
 natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est
 principatus super humerū eius, & vocabitur nōmē
 eius Admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater su-
 turi seculi, princeps pacis. Innumera sunt atq; in finis
 ra, quæ huic immensæ Maestati accommodari pos-
 sunt: imo quæ ipse sibi attribuit. Sic Medicum se vo-
 cat, quod sanitatem mentis & corporis praestet, ac cū
 externis, tum internis hominum vitis medeatur.
 Pastorem, quod summa cura ac vigilantia gregi pro-
 spiciat, ac dissipatas oves colligat, illatq; salutari pa-

*Mi b. 6.**Olea 2.**Deum Bel-
ge Godt à
bonitate vo-
eant,**Hier. 5.**Ma. Lib. 1.**Hierem. 1.**Ejasa 65.**Ejasa 6.**Emmanuē**q. l. significat.**Hier. 5.**Olea 7.**Es. 3.**M. 9.**Ejasa 49.**Iman. 10.**T. 1. 78.*

*1. Pet. 2.
Ioan. 15.*

*Simile à
vite.*

*1. Corint. 3.
Sim ille ab
architectu-
ra.*

*A osti
Dei ministri
Dei aiso
lumum vir-
tutu exem-
plar.
Sapientia
Dei.
Ps. 103. 31.
32. 103. 146.
Ephes. 2.
Fortitudo
Dei Potentia
Dei. Psalms
27. 62. E
Saias 25.*

bulo verbi sui pascat ac reficiat. Sic Christus se vitem fructiferam vocat, Patrem vero agricolam, nos parvitas viti inharrentes, quos ille purgat ex eaque laudales fructuosos refecit, hoc est, supervacuas cupiditates amputat, quo plus fructus profertur. Quos vero reperit infructuosos ac pueritiam annuo destitutos (quae Metaphora designat illos, qui nullum fidei fructum percipiunt) ut inutile sarmentum atque aridum, nulloque succo imbutum igni deputat Paulus quoque non dissimili virtutis Metaphora ab agricolandi studio, atque architecturae industria desumpta. Sublatis enim lopitibus similitudinibus, quibus inter se dissidebant Corinthii atque intumescabant doctorum suorum nomine, ait us adversum alios: ut nostro nunc seculo factitari vis demus, commonefacere singulos, ut si quid salutaris doctrinae consecuti sint, id non ministris attribuant, sed in Deum bonorum omnium auctorem transferant. Nos inquit, adiutores sumus, & velut conducti operarii Dei negotium agimus, illi nostram approbamus industriam, illi noster labor defudat, Vos estis Dei agriculturalio & velut fundus, quem cultiorem reddimus seculi salutaris doctrinae. Vos estis aedificium & structurae quae assurgit in illius gloriam. Ceterum quod ad Dei amplitudinem ac maiestatem spectat nihil excogitari potest aut mente concipi tam sublime, magnificentum, illustre, excellens, spectabile, eximium, nihil denique omnibus suis numeris, omni virtutum genere tam absolutum quod non in divinae essentiae merito referri aut illi accommodari debeat. Illius Sapientia, moderatrix rerum omnium, qua mundi haec universitatem inscrutabili suo consilio ac prudentia conservat ac tuetur incomprehensa est, inexplicabilis, infinita adeo ut tantarum rerum ordo & series omnes in admiratione Opificis atque amoris rapiat. Illius Fortitudo, robur & potentia qua hostes deicit ac pios fulcit, inexpugnabilis est & innicta. Nihil est enim

enim quod illius viribus non cedat, nec vlla arces, munitiones, propugnacula quantumvis firma, quæ illius potentia obstant. Illius iudicium & iustitia, quæ cuiq; sua distribuit, ac pro dignitate suisq; meritis præmia deccernit, recta est legitima sancta, synccra, laudabilis, ac summæ æquitatis, adeo vt à nemine (nisi iudicium sit deauratum) ca' mnia mereatur, illius misericordia, clementia, ac abilias, quæ nulli non Prophetarum ample; & magnificè decantata, iminentia est, omnesq; illius virtutes superat. Ad eam enim omnes, qui iustitiam eius pertimescunt, tantæquam ad asylum confugiunt, atq; subsidium implorant. Hæc pauidis mentibus desperationem ac diffidentiam eximit. Hæc Spiritus paraclætus labantes solatur ac solcit, infertaq; spe ac fiducia consequenda salutis ad thronû gratiæ impellit, quo misericordiâ (R. mi ende quis scheldinghe van misdaen: Belgæ vocant) cõsequantur, sic vt nihil sit quod illis possit imputari; aut mortis reos agere. Hanc cum Paulus esset expertus, ex persecutore in Apostolû ascitus, sic animos hominum dubios ac vacillantes fuleit, atq; ad Dei misericordiâ suo insigni exemplo, puocat. Cum prius inquit, persecutor essem, blasphemus, violentus: misericordiâ adeptus sum, quod ignorans feci per incredulitatem, hoc est, expertus fidei & cõsiliidini ignarus. Estimauit n. cum Christianos infestaretur, obsequium se præstare Deo. Quo autem omnibus salutis suæ ratio habeatur, & cuiq; testatum sit peccata expiari sanguine Christi, is qui illi fidet, assueranter firmaq; assertionem Paulus pronunciat, Certus sermo & dignus quem modis omnib; amplectamur, quod Christus Iesus venit in mundû, vt peccatores saluos faceret, quorum ego primus sum. Vnum ideo misericordiâ consecutus sum, vt in meo primo ostenderet omnem clementiam, ad exprimendum exemplariis, qui credituri sunt in illum in vit

*Prout b. 1.
Luc. 2.*

Iustitia Dei

Psal. 18. 47.

84. Psa. 16.

22 14. 16.

Misericordia

DEI profu-

gion pecca-

tor. 10. 4.

Psal. 32. 56.

Celos 1.

Hebr. 4.

1. Tim. 1.

Misericors

DEI

Paulo de-

cantata.

Ioan. 16.

Paulus ad

romanos exis-

timulat, ut

Dei miseri-

cordiâ se

committant.

aternam, hoc est, spe & expectatione regni celestis. Quod beneficium quam totum transferri debeat, in coelestem Patrem, nec deceat illū debita laude, suoq; praconio fraudari Regi inquit, seculorum immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo honos, decus & gloria in perpetuū, Amen. Petrus quoq; ob redemptionis mysterium parem laudem defert Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi, qui iuxta copiosam suā misericordiam regenerauit nos in spem uitam; per hoc quod resurrexit Iesus Christus à mortuis in hereditatem immortalem incontaminatam & immarcescibilem repositā in caelis erga nos, hoc est, nostri amore.

*I. Petr. 1.
Petrus Dei
in misericordiā
effectus in-
mensum.*

Tit. 3.

Postquam enim benignitas atq; erga homines amor & humanitas apparuit Seruatoris nostri Dei, nullis nostris meritis, nec ob iustitiā opera quae fecimus, saluos fecit nos, sed pro sua misericordiā per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit opulēare per Iesum Christum Seruatorem nostrum, ut iustificati illius gratia haeredes efficeremur iuxta spem uitae aeternae, qui sermo certus est & indubitatus, omnibusq; modis singulorū animis ingendus. Cum itaq; tantus sit erga genus humanū Dei amor & propensio, is fauor & caritas, ut praeter usum & commoditatem rerum omnium, etiam finū suū vnice dilectum homini redimendo impendunt quo Christi morte & resurrectione reconciliatiōnem & gratiā consequeretur par est, atq; id aequitas impensiq; beneficij gratitudo exposcit, ut quisque nostrū omnem spem ac fiduciā in illo constituat, illū summis laudibus prosequatur, illi vitā ac mores approbare studeat illi fide placeat non equidem otiosa & inani, sed operibus caritatis sulta ac stipata; illi abnegata impietate, reiectisq; carnalib. desiderijs, se totum consecret, ac sobrie, iuste ac pie uiuat in hoc seculo, expectans beatā spem & apparitionem gloriā magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, qui ex-

*Deo ad nos
bona nostra
uita. Fides
fructibus
exornatur.*

Titum 2.

hibuit

hibuit se pro nobis, quo redimeret nos ab omni iniquitate, & purgaret sibi populum peculiare scelerato-
rum bonorum operum. Hac n. influenda vita ratio-
ne concepto spiritu Paraclero, fouebitur pax & securitas in mentibus nostris, excussaq. trepidatione ac
mortis metu, ad immortalitatem, sedesque beatas,
Christo duce patebit ingressus. Nō est autem Mors,
corporis interitus, sed in nouatio, non naturę extinctio,
sed alterius vitę vestibulum, ac ianua primusq;
ad coelestem Ciuitatem aditus, atq; introitus ad æ-
ternitatem. De cuius rei certitudine non est, q. quis
ambigat, aut Dei promissis diffidat, cum ipsa Veritas
quę nō fallit, fideliter præstet, quod est pollicita. Est
enim Deus verax: omnis homo mēdax, hoc est. Deus
neminem fallit, neminem decipit, nec sua spe &
expectatione quęquam frustratus, non est vanus
pollicitor, aut promissor inanis, more hominum
qui rumpunt fœdera, rescindunt pacta, pollicitis va-
ficię quadam veteratoria se eximunt, atq; elabun-
tur; sed est constans, stabilis, firmus, summaque fide-
pitar & exoluit, quod eū pollicitus, & quod se reci-
pir facturum. Omnis autem homo mendax, hoc est
fallax, facilis, lubricus, leuis, inconstans, mutabilis,
dubius, vacillans, varius, fraudulentus, vanus, captio-
sus, infidus, & qui aliud stans, aliud sedens loquatur,
ita vt nemo tuto illi possit fidere. Quę vitia à Diu-
na maiestate sunt alienissima, vt inquam nulli cas-
dunt affectus humani. Quocirca illi potissimū sum
ma fiducia inntendum, in illum omnia nostra vota,
spes, desideria transferenda, seu pericula & calamita-
tes, seu mors atque extremus confictus imminet.
Omnia enim illius fauore ac presentia mitescunt,
omnia ex acerbis atque amaris dulcia perficiuntur.
Discutitur illius fiducia mortis metus, animusque
nostris omnis terror & trepidatio extimitur. Huius
amore contemnimus ac despiciamus vitę huius diu-

Rom. 5.

*Mors vitę
in nouatio.*

*Deus ve-
rax in pro-
missa.*

Psal. 61. 115.

Rom. 3.

*Homo men-
dax, quę-
re sum
habet.*

*In vitę di-
seruina ad
Deum cons-
fugendum.*

ti as & blandimenta. Huius virtute ac praesidio perferimus (quae singulis momentis nos circumvallant) ætumnas & incommoda. Huius solida spe atq; expectatione æternitatis facti alacriter emigramus ex æui huius ergastulo, ac Christo duce ad beatas sedes prouehimur. Minus autē grauate ab hac corporis societate à vitæ huius statione diuellimur, nihilque nos reddit anxios postrema cum morte luctatio in qua fere dissidentia ac desperatio mentē oppugnat, quod certi sumus merito Christi nobis partam redemptionem ac gratiam Mediator enim inter Deum & hominem Iesus Christus Patri nos reconciliauit, suaque sanguine peccata nostra eluit, ac per resurrectionis potentiam iustitiam nobis contulit. Traditus enim fuit Christus propter peccata nostra, ut Paulus ait & exercitatus est propter iustificationem nostram. Sic ut resurrectione Christi tanquam pignore confirmati confidamus nos saluos fore, atq; eius virtute resuscitandos ipse enim, ut Apostolus testatur, transformabit corpus nostrum humile, & conformē reddet corpori suo glorioso secundum efficaciam, qua potest sibi subicere omnia. Tametsi enim iuxta Pauli doctrinam terrenum hoc nostrum domicilium huius tabernaculi destruendum, sit ut domus ruinosa, quæ soluta compage ac nexibus, diuisa que conignatione dissoluitur, quod ædificium à Deo habemus non manufactum, sed æternum in cælis, Deus enim qui suscitauit Dominum Iesum, nos quoque per illum suscitabit, atq; efficiet communis resurrectionis gloriæ consortes, quæ certissima spes hoc efficit, ut minus deprauati hinc nos subduci poteriamur.

FINIS.

Mort. Ch. s.
peccata no-
stra eluit.
Resurrecti-
Christi in.
stifica.
Ivan. 1.
Rom. 4.

Philip. 3.

I Cor. 4.
2^a 5-

INDEX CAPITVM

QVÆ PRIMO LIBRO CONTINENTUR.

Cap.	Pag.
1 De natura diuinitatis instrumento.	I
2 Hominis dignitas & præstantia.	8
3 Naturalissimum procreare sibi simile, eoque reuerenter uti debent homines tanquam diuino munere, Deiq; insituito.	11
4 De similitudine natorum cum progenitoibus. Et qua ratione, quæ fortis incidunt, insanti communicentur, multarumque rerum formas ex matris imaginatione concipiat	14
5 De absurdo pregnantium appetitu, atq; insatiabili rerum desiderio, quibus si contingat frustrari, periclitantur.	23
6 Semen conferre mulierem, totiusq; operis esse consortem.	26
7 Vnde species sexusq; animalis, hoc est, utri acceptam ferre conueniat, virone an mulieri masculi vel femella procreationem.	30
8 De prodigijs monstruosisque partibus: Obiter quid designet Proverbium, QVARTA LVNA NATI alia ratione: quam in libello nuper à me edito tractatum.	33
9 Qua ratione masculum, qua feminam procreare possit, quis rei sit auidus: obiter ex qua causâ Hermaphroditi, hoc est, utriusque sexus homines generentur.	39
10 An excremento menstruo foetus alatur, & an adolescentula concipere, possint, prius quam menses proflexerint,	45
11 Animam non à parentibus profeminari, sed infundi diuinitus, omnifq; interitus ac corruptelæ esse expectem: tum quoto gestationis die inducatur,	50

I N D E X

12. Anima tamen sit incorporea nec ex concre-
tione materiae, aut elementis constet: affectibus
tamē exposita est, suasq; sentit perturbaciones,
pathemata quae in corpus redundant. 57
13. Animas hominum nō omni ex parte esse a qua-
les; nec pari conditione ac dignitate, sed aliam
alia praestantiorē. 67
14. De Anima immortalitate, atque indubitata
certaque corporis humani resurrectione: cum
qua ratione ac modo id perfici coningat. De-
nique quanta ex tanto munere mentis erectio
in Deum, quantaque morituro fiducia con-
sequendae salutis. 57
15. An prodigiosis, monstrosisq; partibus atq; abor-
titiis anima rationalis indita, sintq; resurrexio-
nis futuri participes: obiter qua ex causa exci-
tentur. 91
16. Humores atq; alimenta corporis habitum, mē-
tisq; statum manifesto, immutante; atque hinc
affectuum origo, ac conscientie stimuli emer-
gunt: obiter quid Melancholia efficiat, & qua
quasiq; ratione illi mederi queat. 94
17. Herbas mutationibus obnoxias, tam viribus
formaque destitui, nisi novos subinde cultus
adhibeas. 107
18. Quam varia sit ac multiplex soli, terraeq; natura
& conditio. 124
19. Lunae radiis augetur nō mature scit hortus. 127.
20. Stercoratio quare Heliodo improbara, ibid.
21. Qua ratione Curculio, aliaque bestiola infestae
frugibus abigi necatq; possint. 138
22. Lumbricorum vermiumque qui humanis cor-
poribus innascuntur sagacitas, & quid potten-
dat per os nareque erepere. 130

CAPITVM.
QVÆ SECVNDO LIBRO
continentur.

- Cap. 1. Humores, non malos Genios, morbos inducere Spiritus tamen aereos se iis, vt tempestatibus immiscere, ac faces subdere. *Pag. 133*
2. Melancholicos, maniacos phreneticos, quiq; ex alia causa furore perciti sunt, nonnunquã linguam alienam personare, quam non didicerunt, nec tamen esse Dæmoniacos. *140*
3. De Epilepsia, quam tum veteres, tum recentes plebei in certos Diuos referunt, violentia ac fixiuita: qua denique ratione expugnari possit. Obiter comitali morbo, lethargo, apoplexia oppressos non statim sepulcro inferendos. *49*
4. Qui fiat, vt morbi longi sint diuturni, nec facile medicamentis cedant. Vndeq; induca, atque intermissio. Quæ scire omniua interest, ne quis facile morbo tentetur, aut vt illum cito excutiat. *10*
5. De iis qui subduci lecto, somnoq; oppressi ambulat ac perreptant culmina, æ diuinq; tabulata, multaq; perficiunt dormitantes, quæ vigilantibus accessu adituque sunt difficilima, quæque summa cura perficere præstareque nequeant. *14*
6. Ex his qui submersi sunt, virorum cadauera supina: feminarum vero prona fluitare, exemptaque pulmone non emergere. *138*
7. Submerforum corpora, vbi emergunt atque in conspectum producuntur, tum eorum, qui interenti consilia ne sunt, præsentibus amicis, aut eo qui interitus causa illis exstitit, è naribus, aliisque corporis parte sanguinem profunderet. *160*

I N D E X

- 8 De infantium recens natorum galeis, seu tenui mollique membrana, qua facies tanquam larua, aut pertonato regmine obducta ad primum lucis intuitum se spectandam exhibet, *Helm* vulgo vocant. 162
- 9 Cur apud Belgas in fabis versari dicantur, vacillantis parumque firmi cerebri vulgo, *In de boer* 167. 155
- 10 Non qui his grauis ac tetere odor homini noxius. Sunt enim inter hos qui contagia discutiant, morbisq; putridis obstant. Obiter vnde manavit prouerbium. Cornua mihi eoque loco adur, vulgo, *Mau brandt daer boorren.* 167
- 11 Digni si sine manus, qui minimo proximus est praesentia, qui postremo omnium morbo articulari aut chiroagra infestatur, & si quando affici contingat, non multo post mors imminet. Obiter quare praeteris auro deuinciri mereatur. 186
- 12 Quaedam ignem non concipiunt flammisq; inuicta sunt, & qua ratione efficiant. 107
- 13 Calor natiuus hominis fouetur, augeturque animalculorum, praecipue autem infantium calore: si patri corporis inualida applicentur. Nō enim hoc fomentum concoctionem solum adiuuat, sed dolores quosque articulares sedat. Inter catellos autem, quid id praesent efficiat. 127
- 14 Cur morbus Gallicus nunc quam olim mitior, minusque sauiat, & in quos morbos degeneret. 147
- 15 Qua ratione moribundi etiam constante adhuc mente rancum murmur edant; ac sonitum reciprocantem, quem Belgæ populari voce *Den Roter* vocant. 175
- 16 Mortem hominis, rerumque existentium interitum

CAPITV M.

itum esse contra naturam parumque apposite
naturalem dici. Sic tamen obfirmanda est ani-
mes. ut motus non sit formidanda, licet non sine
ratione omnes illam exhorrescant.

- 17 Ebrrietatis ac remulencia incommoda, & quae
illi obstant ac medentur. 176
- 18 Intemperantia potus, quam cibo nocentior. 181
- 19 Alia vi ac ratione vinum iuebitur, aliterque ho-
mines afficit quam Siccra, Zythus nobisq; vo-
cata Cereuisia. 173
- 20 Procero crassoq; corpore uotines aliquando
mious vitales, quam graciles: minusq; animose
morbis obliuisci. Exigua autem statuta ho-
munciones plerunq; vini capaciores, quã obesi
ac ferius remulencia tentari 214
- 21 Qui mane ientaculum sumant, si id moderate
sint in prandio liberalius edunt, minusq; vino
etiam si largius bibant, offenduntur. Obiter an
massus panis esus sit salubris. 186
- 22 Nux myristica seu muscata, & corallus lapis à
viro gestata meliorescunt, deteriora vero effi-
ciunturà femina. 189
- 23 Magna ex parte steriles esse, & infecundas, qui-
bus semen sponte profluit, seseque poiluunt, &
qua ratione id fiat. 291
- 24 In morbis excrescere corpora, atque in longi-
tudinem prodaci, licet minus edant: in latitu-
dinem vero dimmui. 195
- 25 An ieiunus an prandis venam incidere expediat,
& an consultum sit statim ab incisa vena somno
se dedere. 197
- 26 Physiognomonía, hoc est, natura morumq; in-
spiciendorum ratio, qua ex notis signisq; cor-
poris, animorum motum ac propensionem

I N D E X

- estimus ac diiudicamus nō improbanda: Cæ-
 terum quid ex hac potissime observare conue-
 niat Scriptura testimoniis comprobatur 199
27. An aperto hiantiq; ore dormire, an clauso,
 cohibituq; labris salubrius. 202
28. Imprecationes parentum, quibus ex se genitos
 exsecrantur ac maledictis incesant, aliquando
 in euentum effectumque rari. Bonas quoque
 ominationes, quibus illis felicia ac salutaria
 quæque exoptant, ad laetam exitum esse adiu-
 mento, atque ex progenitorum voto omnia
 consequi. 204
29. Qui fiat, vt iuxta vulgare prouerbium, Nemo
 propemodum ex morbo, aut longa peregrina-
 tione melior euadat, vitamq; emendatorem
 assumat. 205
30. Lapides seu gemmæ terra matique eruta, vel
 animantium corporibus exemta, qua vi ac
 facultate polleant, quæ ratione aliquid effi-
 ciant. 210
31. De Somniorum euenibus, & quatenus obser-
 uanda, iis quæ adhibenda fides. 213
32. De anno *καλιμακτηριακῶν*, hoc est, Scalari &
 gradario septimo & nono, quibus annis coti-
 pora hominum manifestam mutationem sus-
 tinent, senum potissime tertio & sexagesimo.
 Similiter de dierum Criticorum ratione, hoc
 est iudicis morborum, quibus Medici indubi-
 tanter salutem vel mortem ægrotis denun-
 tiant. 216
33. Qua ratione speculum obiecta referat: & quid
 studiosis; quique continenti intuitu oculos
 fatigant, nitidus speculi læuor commodi præ-
 stet, tum ratione hebescentem visum restau-
 ret. 210

C A P I T V M.

- 34 Quæ vi & facultate polleat Aqua vitæ seu vinū
ardens & causticum, vulgo *bi andrum* & quib.
id tuto exhiberi possit. Obiter admirandi ali-
quot factitiū huius liquoris eff. citus 222
- 35 Argenti viui prodigiosa vis & natura, quod Bel-
gæ a nobilitate *Quæsiſtor* vocant. 225
- 36 Quæ ratione in salis inopia carnes aliaq; edu-
lia a putredine conseruari possint: Obiter salis
acetique mirifica 228
- 37 Pallide mulieres rubicundis, macilentæ obe-
sis magis salaces, magisque viri desiderio pru-
riunt. 231
- 38 An aſil uenter atque auide, an sensim ac parcius
nonnullisq; interuallis vigente siti, vel in men-
ſe accubitu bibendum sit 232
- 39 Quæcunq; propere ac festinanter matureſcunt
vel iustam longitudinem aſequuntur, celerius
intercidunt, nec diutinam ætatem perferunt:
quod infantes ac stirpium aliquot genera cõ-
monſtrant 235
- 40 Alimenta aliquando vitari, ac veneni aliquid
contrahere ex beſtiorum inſeſſu incubituq;
Denique humanis corporibus ex diffuſis in illa
fordibus ſimile quiddam innaſci, nempe mu-
res, ſorices, glires, ranas, rubetas, cuiusq; rei ex-
emplum. 237
- 41 Solis Lunaq; vis & natura in conſtituendis ex-
citanſisq; tempeſtatibus. Quid denique auræ
aerisq; mutatio in corporibus, animisq; homi-
num ac ſpiritus efficiat. Obiter vnde Oceani
fluxus reſluxuſq; ac reciprocatio, quæ diei na-
turalis ſpatio bis conſicitur 240
- 42 De Lactuæ natura ac vitibus & quibus illa vel
proſit, vel officiat. 248
- 43 De Hippolapatho herba, vulgo Patientia. 349
- 44 De Saluæ hominis effectu. ibid:

- 45 De vitiis de colostro ac cremore, illud se-
æ Biefi, hunc *Rom* indigerant, tum quæ hæc
 251
- 46 Podagrici cur salaces, atq. in Veneream prohi-
 que possint: Deniq. lacte bubulo: quæ à mulier-
 colis exhiberi solent, cum huiusmodi pustulæ
 efflorescant. 252
- 47 An exanthemata ac pueriles variolæ, quæ vulgo
Marsel n dicuntur, vino rubro exigi expugnari-
 que possint: Deniq. lacte bubulo: quæ à mulier-
 colis exhiberi solent, cum huiusmodi pustulæ
 efflorescant. 253
- 48 Tonitru ac fulmine vitari vinum, eumque li-
 quorè, quæ Belgis *Cereuisa* dicitur: & quibus
 id prohibeatur, eorūq. vites instaurantur 254
- 49 Tempestatis, ex marina aqua contractæ plægia,
 tum quid portendant hyberna tonitrua 257
- 50 Pueros reb. pulcris afficiat rugositas deforme-
 que anus exhorrescere. quotiescum annosis
 foeminis in eodem lecto nō collocandos, mul-
 to minus, si pedibus ex aduerso illis sint consti-
 tuti. ibid.
- 51 Qui fiat, vt tenellæ ætas, prægnantes, sacrifici-
 quique solitariam vitam agunt, ac sedentarii
 sunt, primo omnium morbis popularibus ac
 peste corripiantur. 258
- 52 Variæ naturæ documenta, rerumq. diuersarum
 non incensinna congeries. Quæ cum grata
 breuitate tractare in studiū, vno velut fascæ com-
 plecti visum est. 260

QVÆ LIBRO TERTIO
 continentur.

Cap. 1. Quæ ratione filii parentum probris atq. igno-
 miniam perferre cogantur, illisq. parentum
 scelera atque iniquitates impudentur, adeo vt
 horum

C A P I T V M.

liorum causſa, vel ſama, vel rerum fortuitis-
rum ſecturam patiãtur aut aliqui in corpore
animoque damna ac detrimenta concipiant.
Pag. 271.

- 2 Quare conualeſcentib. ac morbo defunctis pri-
mum omnium genitalia turgeſcant, quãq; il-
lius natura ſuſta ſunt, nempe concumbendi
deſiderium perficere tentent; ac hæc de re ſalu-
bre conſilium atq; admonitio 277
- 3 De Aura atque æris effecta. tum ſtatuum ven-
torumque nominibus, natura ac viribus in-
excitantis morbis, ac promouendis humoribus,
qui agitati menti damna noua, quam infe-
runt. 280
- 4 De pyxide nautica, vulgo *Compaſſa*, quam Plautus
Verſoriam vocat, cuius obtutu atq; obſeruatio
ne nauicleris veſtificatio perditur 297
- 5 Quid canes agat in rabiem, & quom potiffimum
anni tempore, & qua ratione credere poſſit.
301
- 6 De auti natura ac viribus, & quo effecta poſſeat,
ſi quando in ſanitatũ uſum ac tutelam corpori
humano adhibetur. 307
- 7 De Grandine porcorum, aliſq; huius animantis
morbis ac vitis, quæ vulgari lepra ſeu Lazari-
ſmo aſſinia ſunt, vulgo ab inſalubri ac morbido
corporis habitu *Vngam* appellatur. Et qua ratio-
ne, hæc contagio expugnari poſſit. 311
- 8 Cur Belgæ, ubi nox moleſte, ac tumultuoſe, pa-
rumq; ex animi ſententiã tranſacta ſit, queri-
tentur Ioannis Baptiſta noſtẽ ſibi obrigiſſe. 316
- 9 De ſalis conſiciendi ratione ſingulari atq; inau-
dita, cuiusq; natura, effecta, viribus, viũ & diffe-
rentiis: Obiter herbarum aliquot maritimarũ,
quæ ſiliginoſo ſucco imbutæ ſunt & ex qui-
bus ſal elicitur, conſideratio. 359.

INDEX
QVÆ LIBRO QVARTO
CONTINENTUR

- Cap. 1.* De vi effectuque Luna cuius motu impellit
tur Oceanus, & quid moribundis ac morbo
deploratis obuenire soleat; vbi cum mortellu-
stantur, atq; e vita migrare incipiunt ex accessu
recessuq; Oceani ac Luna derursu, cuius vires
efficacius, quam ceteri, percipiunt atq; experis
unorur maritimi. Pag. 33.
- 2 De Zelandiæ insulis, ac gentis huius natura, cõ-
ditione, moribus, origine; & quantum in commo-
ditatis atq; emolumentis huius regionis fun-
das, ac soli vbertas exteris adferat compendio-
sa ac dilucida descriptio, in qua obiter resifica-
tur rerum gestarum memoria, multa que natu-
rales causa explicantur. 336
- 3 Qui sit vi senes ac provecioris ætatis homines
cum minus robustis tum tetricos plerumq; li-
beros progenerent, vultuq; tristi atq; inamæ-
no, & qui rarius exhibere solent. 360
- 4 Qui fiat vs Laurus, quam nonnulli Zelandiæ de-
negatam adserunt, nulli quæ huic regioni, spe-
ciosior existat, & qua ratione effecteris, vt cons-
tra gelu atq; hyberni frigoris iniuriam intacta
subsistat nec emoriatur. 361
- 5 De corpore neutro, hoc est, quod nec sanum,
nec ægrotum statui possit, sed vacillanti dubi-
aq; valetudine existat, atque inter vtramque
fluctuet. 363
- 6 De videndi ratione atque oculorum acie, & cur
nonnulli remotissima quæque acute cernant,
cum ad proxima cacutiant atque hallucinen-
tur, alii propius ad mota exsæte videant etiam
in inuisissima, longius vero sita: etiam eminen-
tes moles ægre percipiãt. Et cur oculus dexter
magna

C A P I T V M.

magna ex parte sinistro obtusior, minusq. Incidus:
Obiter de coloribus oculorum ac plethiq. aliis, quæ
animi argumenta proferunt: obiter hebetenti visui
remedia. 370

7. Ratio cur nonnulli mutilis trancisq. ac decoratis
membris nascantur, alii geminis quæq. redundât,
ac superuacanea sunt, nec vili vsui inferunt. 380

8. An indusia, vulgo camisia, tegumenta lintea fe-
bricitantibus mutanda. Et an statim à morbo con-
ualescentibus barbam radere, aut capillos adimere
expediat, tum quibus in morbis pedes ablucere con-
sultum sit. 382

9. Quod mira natura vi, atque incredibili effitacia
singulæ herba singulis propriisq. membris ac cor-
poris partibus auxiliatur, atque alia in alias, vires
suas peculiari effectu proferant. 389

10. Sexum inesse stirpibus, atq. alias aliis affici 394

11. Murena, quas Belgæ *Pauken* vocant, in fumario
exsiccate, radæ atque acidentis facis vicem vsumque
præbent si accendantur. 399

12. De oue à gallo edito, & qua a rate atq. annorum
decursu id proferat: deniq. quid ex eo progeniatum,
tum de lapide & atite gemma. 401

13. De mulierû natura, conditione, moribus, & cur
is sexus vbi incanduit, aciores quam vir, iras concis-
piat, ac rixetur enormius, multiq. aliis affectibus
Impotētius succumbat: obiter quem sensum habeat
illud sapientis Hebræi, Melior est iniquitas viri, quàm
mulier beneficiens. 403

14. Cur quam duobus extremis verticibus quibus
oblonga atq. angustiore sui parte (vt polus Arcticus
& Antarcticus) tubnixum sulcitur, digitis aut com-
plicitatis palmis eomminui frangi, nequeat, quam li-
bet premas: & cur aceto acri maceratum in tractabi-
lem teneramq. membranam mollecat, denique
id ipsum aque vitæ, hoc est, vino ardenti immeritum
P P

I N D E X

- non secus quam ferrum ab aqua fossi consumatur
407
- 15 Luna nira naturæ vi singulis mensibus, secus quam alia astra, singulas corporis partes, sanas latens, & tacite, valetudinarias manifeste nec citra doloris sensum perreptat, illisq; modo duobus, modo tribus diebus inhaeret: obiter an in ea parte cui sidus incumbit, tuto vena incidi possit 419
- 16 Consilium quo iuuenibus gratificari soleo vt mature pubescant, venustaq; lanugine mentum decoretur. Obiter graminum fraticumq; cum crinibus ac capillis non infecta comparatio 423
- 17 Quatenus aut qua ratione medicina conservatrix in peste atq; aeris contagione adhiberi debeat, tum qua hæc vi effectusq; polleant 427
- 18 Cui rei assignanda tanta in numerosissima hominum multitudine, formæ dissimilitudo, ac tam multiformis diuersaq; in facie, vultu, oculis, species, ita vt nonnunquam ne vterini quidem partus conformes sint, ac libi assimilentur. 427
- 19 Multa animantium, piscium, alitum, insectorum genera absq; semine generari, vt etiam herbas, multaq; animalia atq; auiculas insolita ratione, ac modo absq; mutua masculi opera concipere 430
- 20 Manus vel alia corporis partes frigore geluque aut pruini obtupescentes, ac rigida vt resoluantur, ac calore rursus imbutæ reuiuiscant 433
- 21 Vnde exoriantur atq; emergant in homine conscientia stimuli: & an vt affectus & animi perturbationes humoribus adscribendi, an in animo mentisque ac voluntate consistant 436
- 22 Ad quorum mensum hominis gestatio in vtero producat, partusq; tempestiuus censeri debeat. Obiter de corporis humani formatione, quoque diebus aut mensum numero foetus absoluitur, ac vitalis existat. In qua narratione omnia tractantur accurate.

C A P I T V M.

curatus, quod hinc acerbæ contentiones exoriantur, non solum in legitimo congressu, sed alia quavis geniali soluraq; Venere 444

23 De hominis procreatione utilis & iucunda narratio, in qua illustratur altera argumenti pars 450

24 Quoto ætatis anno puellis pubescentibus concubitus desiderium excitetur, & conceptui efficiantur idoneæ. Rursus quando proæctioribus fecunditas desinat; ac desinentibus menstruis vetus sterilesceat. In qua narratione virilis quoq; naturæ conditio excutitur 461

25 Qui potissimum alii ab aliis morborum contagia concipiant, & qua ratione efficiatur ut infantes conualecant, exhibitis nutriti medicamentis 465

26 De pelle seu pulmoso tegmine vulturis, quod mira vi pollet in corroborando ventriculo, atq; excitanda cibi aviditate paulo efficacius, quam zinziber, cuius natura quoq; hic exprimitur, non cuius obseruata 468

RERVM ET SENTENTIARVM DE OCCULTIS NATURÆ MIRACULIS, Index.

A.

A griculturæ industria	lebilis macula	415	
similis	421	Aduocati minoribus officii	
Ab arboribus similes	237	vntar	332
Ab herbis ad homines rãda	Ad usum omnium rãda	100	
candã colura	299	Aer & alimenta valetudini	
Ab incisa vena temperantia	vel profunt vel officium	123	
exiguã	193	Aeris ventus volubilitati vel	
Ab officina fabrici similes	234	officium vel posunt	281
Abortus & effluxus aëris	Aer strenuus mentem exhilarat	93	
men	93	rot	239
Accommodatissimã ludo à hõ	Aer Z. landrew quã	337	
bardis	41	Aegroti cur panu esum re-	
Aceti vs	429	spurent	189
Aceti & sacis cum eimã vs	364	Aegroti quando in eãdã lã	
comparatio	364	gratificandã	25
Acetum melancholicis nexu	313	Aëre scilicet	335
cuius dissoluit	229	Aëre acquiri	355
Acida biliosa sã uãria	313	Aëre in bello, Delicã	
Acemonia vrina morbo gal	343	Aëre Quãtã cassã	343
luc infecto peculiaris	192	Aëre lupã qua vi polleat	
Adolescentia cõlymipi	441	307	
Aduersa qua aliquando a ei-	derunt animo repetenda	353	
353	397	Affectibus omnes cõnexi	100
Aduerbia canenda	275	Affectibus in facie transiente	
Aduerbia oãan	269	362	
Adulteria non iuxta unita	276	Affectibus quando mitiores	
Adulterium muliebre inda-	100		

I N D E X

Affectuum in animo tyranni	Alumen igni obfusit	171
195	Amantes pallescant	60
Affectuum origo	Amara ebrietati obfusit	197
Afflictio religio os facit	Ambaliti qui Zelanda	339
Affluentia socordes & acer	Ambulare ac vociferari in	
diosos facit	sonno unde eueniat	155
Africa natura	Ambulones nocturni non apud	
Africus ventus, vulgo Syd	pellendi proprio nomine ibi	
vveft	264	
Al si vires, vulgo Eclandt	Ambulla efrig rãta non exi-	
dicitur	gunt	322
Alcola quid	149	
Alchoria gemma quid pra-	Amicitia & inimicitia rerum	
set	394	
Alchoria gemma vis in vi-	A morbo vires insauranda	
ros	405	154
Alchemicum quid sit	A morbo nemo emendator	
Al xandri Magni vestitur	208	
odorata	208	
Alexander fauciatu fragili-	Amor parentum in filio & e	
tatem suam agnovit	diuerso vnde emegat	362
Alge maris descriptio	An a galli oui Basiliscus pros-	
337	deat	402
Alia aliquando parentum, a-	An dormiendum incisa vena	
lia filiorum conditio	123	
292	Andreas ab Aurea exercitas	
Alia hereticis & a animan-	tus nauarchus	140
tium conditio	Andreas ab Aurea quid Ca-	
75	rola Cesaris consuetudo videt	
Al quando in pelle nantici-	Angelica illi quae efficitur herba	
dendant venam	111.	
426	Appellum distimum	68
Alia via longitudinem, a-	Anguilla salia aqua delicta	
latitudinem parvi	tur	347
150	Anguis ex sine homina a 05	
Al si qualitate in herbis effes-	Anhelus conhibet & pectio-	
Bus, alius susstant e	na non admodum	303
392	Anhelus habet in passu ab-	
Alli rola odoratosores euadunt	Antiparis habet in passu ab-	
263	ntis.	258
Alluvio & qua viresca sunt		
oculis iuniora		
378		

I N D E X

Anicula ne iumentis se addis	43	po. v. favor.	63
cant	43	Animi & corporis confensus	
Anima licet incorporea, dolo			443
ribus agitatur	66	Animus ab aere intemperie	
Anima quid	55	utilitur	184
Anima hominis diuinitatis		Anni non superstitiose obser-	
particeps	76	vandi	217
Anima migratura cur vaticin-		Anni sexagesimus tertius	
netur	143	sententia suspensus	216
Anima affectu obnoxia	62	An parca quatuor est	ferro
Anima quando corporis mi-		centanda	411
serio indiget	64	Antidoton contra pestem	266
Anima multa agit absq; cor-		Antoni heremia de natura	
poris admisculo	ibid.	sententia.	5
Anima singulis diuisa	51	Antonius Casar ademat in	
Anima imperfecta in pueris		sententia	164
instrumentatione	57	Antue piam Scaldu exornat	
Animalulorum in corporib.			345
origo	237	Anni minus irritantur	412
Animalia sponte nulloque se-		Aphia pisci qualis sit	238
mine nata	238	Apoplectici seruis humandi	
Animal a vultu oculata	376	115	
Animam rationalem quando		Apostrita rudera ac pilos	
boni exierit	52	presunt	239
Animans mente destituta	76	Apuleia mundo sententia	4.
Animantes natura in sensu		Aqua calida canam barbora	
ducuntur	8	& faciem rugosam efficit	
Animarum inepta transmu-			225
tatio	52	Aqua in Zelandia qualis	333
Animarum discrimen	68.	& Aqua cur nigra in fontibus	
69			375
Anima carnisicina mentem		Aqua vita ut exploretur	218
vellat	82	Aqua vita viu	230
Anima domicilium	56	Aquila quando minus dicitur	
Anima dotes & ornamenta	51	nis	204
Anni cruciatu quam est		Archimedi memorabile fa-	
		ctum	

I N D E X

Etum	221	Auditus omnia sua uia efficit
Ardelio, vulgo tantafaire	215	
157		Aura & venti corpora in omni
Argentum uiuum auro effi-	tant	284
ciatur	270. & 294	Aura rigida fati noxia
Argenti uini effectus	270	Auri in cibo usus
Argumentum ualidum im-		309
mortalitatis	438	Auri sacra fames
Argumenta animi ex oculis		306
379		Aurigniti effectus
Aridus uterus qua exigit	43	Aurum cor recreat
Artemida portus	340	ib.
Arts impressoria au vetusta		Aurum fiscosa salubris
301		270
Arte mutatur species & color		Aurum leprosa & spargat
animantium	16	309
Artificialis promontorijs de-		Aurum decoctione non attenti-
scriptio	326	tur
A sale fil: & zold, unde sol		Aurum sumo splendet
dacen Germanice	321	113
Asthispsis, vulgo cabbe-		Aurum liquorem combibit
lian	347	16
Astionatis cauendum	202	ibid.
A similitudine & xordism ex		Auster epilepsiam excitat
rimera diff: uitate	159	149
Adfectus Luana portus astis		Auster articulares doores mo-
implet	274	uet
Astra ad morborum indicia		288
conferunt	228	Auster pituitosi noxius
Astrorum in terrena eff: acia		289
115		Auster omnia obnubilat, A-
Atriplex marina	314	quod feremat
Auicenna consilium in con-		287
ceptione molenda	44	Auster stabilis
Auide bibere flatibus corpus		287
distendit	101	Auster & aquila diuersa ras-
		uone cit arboris moment
		293
		Auster bibosi non incommo-
		dat
		287
		Auster quos mortos excites
		ibidem
		228
		Auster animo grauis
		115
		Austri incommoda in excutis
		287
		enao partu
		B.
		Bal: a quando adhibenda
		87
		Bark. & su: a aliquando no-
		304
		xia.
		304

INDEX.

Barba ut adestat fapras ra le da	444	bar.	ibid.
Barbary qua praesant	444	Cape natura ab alia stirpibus diversa	266
Basilic filastru descriptio	403	Carules oculorū clar quem vsum facit	376
Batani piscibus porcos sari nant	313	Calore humore, & spiritu cor pus su silit	172
Batum Zelanda cōsociati	356	Calho vulgo goudtbloes men	254
Belgarum inferiorum al quot promissiones	343	Calx cum aqua rapasū ignis rei coloris placat	322
Bestia ex fardibus generata	217	Camelot	114
Blisihominis natura	97	Cancer & lepra affinis morbi	
Blisofiacutus visus	372	Cancer marini effectus	317
Bitumen Zelandicum Dari vulgo sal materia	362	Cancer, rabidicantis morsum curant	ibid.
Bombarda an elum fuerint	301	Cancrorum descriptio & vires	
Brabant annofi	464	14	
Brastica abrietati obfistū	180	Cancrorum astutia	315
Branca vinum corruptū beta instaurat	256	Canes quando rabie concitan tur	305
Brastica vini inimica		Canes aquam expefcunt	305
Brastica marina seu soldanel la descriptio	324	Canu ut a rabie praefertur	304
Brista non ratione, sed natura dultu feruntur	69	Capbura vi putredinam à li quoribus arce	265
Bubones inguinis vulgo cla pooten	36	Caso unde gemma innafetur	
Bryone smoxyj	314	Caput la sum visui offitū	371
Butyrum & oleum sordes excitant	396	Carbones fofibiles oleo extin guuntur, aqua ardefcunt	117
		C	
Caablian	213	Carbunculi extra corpus, ses brei excitant iourgnas	153
Cacias cuius natura	295	Cardiaci morbi remedium	310
Cacias quaratione nubes tras			Car

I N D E X

Caro melancholici succi partis eius sapida est	312	Cibus	326
Carponi è capite lapiveximis tur	213	Cibi delicati libidinis fomenta	206
Carthaginenses nauigandi per riti	300	Cibum al quando commodius quam potum deglutiri	234
Casus viridis appetentiam acuit	237	Cibus inmodicus potatoribus obnoxius	180
Cassanea qui feruentur	266	Cibus offarendus ante vena seebunem	198
Catamidiari quid sit	14	Cibus & potus spiritualimen ta	ibid.
Catelli Mollias	21	Ciconia parentibus afficiuntur	29
Catelli uniformi coloris quid membris admoti praesent	173	Cyeres herbas à gelu tuentur	364
Cauda canum truncata non rabesunt	313	Cynosura quid	299
Causidicorum superstitio in conseruandis infantium ga lèu	164	Circus ventus, vulgo noord vvel.	291
Cerebri & hepatis affecti pra saxum excretibus	353	Collega quo nomine Zelanda dicitur	393
Cerebra regia potestas	371	Coloru oculorum diuersitas, unde orogit	374
Cerebro qua conueniant	370	Celoftrum vulgo bieft	251
Cerebrum & cor à remotis par tibus afficiuntur	201	Columbae columbarum pro uerbium	435
Chelidonius vel burundinari us	212	Comites, onde diefs	348
Christi fiducia mortis metum hominis adimit	178	Comparatio elegans à praeco nibus sumta	118
Christi pauor hominis argu nentum	65	Comparatio elegans à solo & luna dissumta	78
Christus in corpore & animo oraciatus sensfit	ibid.	Compendiosa morbi Gallici cu ratio	194
Christus cur seruis Lazarum suscitauit	146	Conceptus naturalis pest men strua	417
Cley à verbo clēuen dedū tur		Conceptus non naturalis enici tur	1136

I N D E X

Concubitus amoris deliciae	45	fiunt natura	391
Conditio matris & amplis	79	Cor primum vivens, ultimum	370
Coniugij institutio à Deo	12	amorem	370
Contracti Gelfieri locus 6. &	347	Corporis definitio unde	21
		Corporis proci incommoda	
		Corpora habitum multa im-	185
Conspicuum esto contagium	465	mutant	98
conceptum	465	Corporis moles ingenio efficit	98
Conscientia quid	436	384	
Conscientia speciem corporis	438	Corpus animi vi adactionem	61
immutat	438	impellitur	61
Conscientia quid in mente ef-	67	Corpus animi instrumentum	60
ficiat	67	60	
Conscientia vis	436	Corpus quomodo anima instrua-	78
Conscientia quo diei tempore	439	mentum	78
se profert	439	Corpus anima causa periculi-	78
Conscientia fiducia quid isti-	437	tatur	78
ciat	437	Corpus & animo mutui mer-	100
Consensus corporis & anima	11 & 79	bitur	100
		Corpus neri unum admittunt	367
Consilium in oculis instaurant	377	nonnulli	367
an	377	Corpus aeris constitutioni obsta-	241
Conspicua quando usui	372	xiunt	241
Continua febris unde	49	Cranium cr. l. q. humana ad	148
Conuulsiuentibus Venuis noxia	277	quid profuit	148
		Crisis seu iudicium de morbis	218
Corallina à Coralli amplexu	228	herba	328
herba	228	Crocodili lacryma proutibus	395
Corallium ex mari Ligustico	171	Cruditas melancholicis noxia	317
subducitur	171	Crustacea rabidis salubria	314
Corallus rubicundior sit viri	190	Cucumeres aquam appetunt	268
contactu	190	oleum respiciunt	268
Corallus frutex	114		
Cori qua acromoda	390		
Cori & illorum qui illis affines			

I N D E X

Entemerem natura	395	quam h. minū nomine gū
Curque partū suā vū uisū		Delphici in hominem amor
280		394
Cultura omnia metorescunt		Dei amor & propensio erga
115		hominem
		70
Cuniculi humana sanguine		Destituti arcana quatenus e-
pestris infatubris	236	ruenda
		83
Curviones quid sint	128	Del Ebri vini
		135
Curvibones quibus abigan-		Denotati nates ignominiosum
tor	129	236
Cur diuēsa spectantur	374	Deo quāratione membra attri-
Cur scemina minus ingeniosa		buiuntur
414		62
		Deo nihil impossibile
		94
Cur filii naturales quos vocant		Deo se quoque submittat
alii erectiores	362	Deus praecipua fecunditatu
		caussa
Cur nonnulli desecta mente		30
361		Dei primus conceptus caus-
Cur conualescentes in viderem		sa
proni	170	Dei quare homini innotet
Cur anni climacterici periculosi		scat
lofi	217	Deus elementis utitur adim-
Cur gemina videntur	374	ferenda divina
		296
	D	Deus homine unice affectatur
Damasc	111	76
Dau d natura admirator vni-		Deus cur coniugium in fuitis
cus	7	12 & 409
Dauidi & Tericū moderatio		Deus omnipotens in eo quod
	69	vult
		80
David ex amplexu iuuentu-		Deus omnium causam in se
la vocatur	174	ipso complectitur
		1
David morte pueri non con-		Deus castigat ut emendet
tristatur	275	280
Decretorii dies	218	Deus noxiis bestis homines
Decubitus ad dorsum noxius		vexat
155		395
Dei aemulas non priuat quom		Deus collapsa natura infirmo-
		rator

I N D E X

Dies quoad agendum rabies ex-	Ebrietas vitanda	174
positus de mor- sis	307 Ebrij ridiculi, vultus	182
Differentia februm	152 Ebris & iratis specula obitus-	
Differentia excutienda an-	enda	220
ms	91 Elephanti erga hominem obs	
Differentia & fiducia quid	sequitur	395
efficiant	87 Embliati ingressus secretior, ab	
Digni annularis praestantia	immittendo	20
169	Embrius primus mensurus ho-	
Digni Medici dignitas	ibid minus nomen non promeres	
Dilemma auctori da mensuro	tur	55
prostrato	48 Epau qua inseruiunt	390
Dogeni sententia de iunone	Epibata quid sit	299
pallido	60 Epilepticorum habitus formi-	
Dissimilitudo hominum cui	dabilis	144
adscribenda	428 Epilepsia morbus puerili	447
Diuis non assignandi morboru	Erechu gentolium sanitatis	
cruciatu	143 indicium	278
Diuitie non male sed earum	Erroris inueterati agere exi-	
abusas	209 muntur	142
Doctrina diuinitus inspirata	Errori natura non insultan-	
optimos mores affingit	205 dum	292
Doctrina caliditas menti pa-	Esia locus explicatus de ba-	
tulim	ibid silisco	405
Doloris veruorum unde	192 Ethnici immortalitatem ad-	
Dolor capitis ex besterne me-	mittunt	81
ro	182 Eumibi cur imberbes	425
Duces unde nomen sortiti	340 Euri locus & effectus	285
Dulcius natura quid	ffinit. Luconori effectus & ratio	286
745	Eurus aliquando pestu caussa	
Dulcia aliquando vniuerso	est	283
immit	30 Eurus hyeme frigidissimus	
Duplo quod aduersantur	380	286
E	Ex ammentibus natura via	
Ebris a Discordi detestata	prospicitur	14
233	Exempla referuntur ex	20

I N D E X.

Cypriano	85	lirent	104
Exemplum ex hominis situ		Febrium inducia unde	152
Etura	85	Filumarina	226
Exemplum à tenellis arboribus	279	Ferrum qua ratione fulmen	255
Exemplum ab exhauſſo corpore	88	à liquoribus arceat	263
Exemplum à rabie canis muſi	194	Ferrum quid ſit	156
Exemplum à vitioſo tempore	272	Feruidus ſpiritus cauſa motus	175
Exemplum eius qui à ſemine maris ſeptus eſt	193	Ficoſi omnes pedagricti, non e-	89
Exemplum à fumoſi adibus	188	contra	175
Exhortatio à humanitate ex animantium affectu	24	Fides caritate ſtipata	89
Ex muliere maior mali pars in mater dicitur	18	Fiducia in Chriſtum mentes erigit	ibid
Experientia de pedicularum ſagacitate	132	Fluuiorum virtus	351
Experimentum in matrona gemma Læta	406	Fluſinga ciuitas	341
Ex ſcripturis videndi ratio eruita	373	Flores vini porcis accommodati	313
Ex ſpectulo noſtram conditionem exploramus	220	Fluentatiles cauere quibus ſit	314
Ex tollaceti quo ſanū, quam infirmis aptiores	315	Fluxus menſum oſtendit con-	44
F		ceptis argumenta	44
Fabrum flores cur cerebro affectu	253	Familia tardius maſculo per-	93
Fabr. cur ſuſtaſtri	208	ficitur	93
Famelici ingruente febre	267	Famina virum, vt materia eruita	28
Fenouit natura	299	formam appetit	28
Febricitantes & ebrii cur de		Fœmina informes meſſus e-	397
		dunt	397
		Fœmina aſſato ſalaciores	232
		Fœminis non de eſſo ſemen ra-	26
		tionis conſtituitur	26
		Fœminis multum tribuendū in procreacione liberorum	
		Formationis infantis quatuor tempora	451
		Forma elegantia aut turpitu-	

I N D E X

Ab unde	164	Gallina inenatio	17
Formicatio quismorbus	193	Gallina omnia eius absque galli	101.
Formicatio accidens mo bo	118	gallico	268
gallico	ibid.	Galluricum quid sit	268
Formicatus hamo	194	Gallo unde conversio eius	48
Formula percontandi de vna		Gallus quo tempore circum-	
letudine	367	dit	166
Francorum rex Ziriacoq subs		Gallus leoni formidabilis	48
lesat	350	Gonlatum studioru alumnus	
Frisio capitis oculis confert	345		
387		Ga y. phyla flos Belgis	181
Fritillones & ligatura quando		Gravissimus	181
utiles	388	Gelus portunum ad crevissimam	21
Frigore obrigescent corpora		fracturam	21
433		Genus mali ad inferenda de-	
Frigus inimicum nervis &		mina praesto	239
ostibus	434	Genorum malorum discrimi-	
Fructus putei immersi atq. in	73		
olla reconditi diu conservantur	131	Gentiana ex morbo primario	33
308		reversantur	33
Frugalitas in rebus spectanda		Germani sale & aromates de-	
		lectantur	316
Fringes unde corruptioni ob-		noxia	127
noxia	127	Gires quare ad ruinofas de-	131
Fringipeda serpes que	396	ferunt	314
Frumenta unde corrumpun-		Gala civitas	314
tur	109	Gordtvyomnen, aqua cas-	
Fuligo satis noxia	261	lesti assae innascuntur	
Funus ex herbis conficiuntur	171		
Fungum caput	448	Grando porcorum qui mor-	311
Furor musebris unde emer-		bitur	209
gat	412	Grando Dampetra Flandria	
G		Comes	349
Galeus piscis ore parit & qui		Grando Flandrorum comes	352
ait	431	psue	352
		Habitus	

I N D E X

H	Herbae cognatis & affinitas
Herbitus corporis conscientiam	395
haec	330 in Herba aff. Ane veneratis
Hafnia vulgo Coopmans	397
haucen	334 <i>Tarmaphrodites quid gignat</i>
Haimi legumini descriptio	45
325	<i>Hydrocephalon quale capitis</i>
Haimus femem arceet	ibid. <i>ulturna</i> 22
Hainvoalts scomma in Pbor.	<i>Hierony m à Serocke Ka laus</i>
monem	118 348
Hedera vis in discutienda	<i>Hypocraitis in peste consilium</i>
bristate	151 283
Helucis capitis grauedo	<i>Hypolapathi descriptio</i> 249
crapula	ibid. <i>Hulcas genio nauigi vastum</i>
Herba Kagi ouibus gratissima	358
325	<i>H. Lma Suecia regia</i> ibid.
Herba Kagi cancos remora	<i>Homines quomodo resuscitan-</i>
tur	ibid. di 84
Herba Kagi descriptio	ibid. <i>Homines interdum inquieti,</i>
Herba olia alii aque santur	<i>noctu clamant</i> 357
263	<i>Homines non conscientia mo-</i>
Herba singula me vobis conse-	<i>tu, sed officiis discuntur</i>
crata	389 442
Herba & vires & species im	<i>Hominiu primordia qua</i> 33
mutant	116 <i>Hominiu causa omnia condita</i>
Herba huiusmodi priores hore	5
tensibus	399 <i>Homini mens Dei simula-</i>
Herba sus quag, locis diste-	<i>crum</i> 9
clantur	111 <i>Homini securitas in quo con-</i>
Herba falsa medentur morbis	<i>sistat</i> 75
ousum	325 <i>Homo in quem usum & fi-</i>
Herbarum diversitas	7 <i>nem creatus</i> 2
Herbas mutationi obnoxias ac	<i>Homo Dei imago</i> 50
degeneres esse	107 <i>Homo mundi perfectus</i> 9
Herbi flores in distarfa colo-	<i>Homo praeceptum Dei opifi-</i>
re mutantur	109 <i>61078</i> 8

I N D E X .

Homo Dei imaginē refert	75	licet	384
Hominum verum principatus at-		Ignorantia veri erroris paris	
tributus	81	417	
Homo raducis afficitur	20	Imaginaria Venus quid in v-	
Horatio ad am. laudanda co-		teio melatur	433
struam caelestem	74	Imbratio mulierū multa	
Huiusmodi corporis decor	9	molitur	428
Humani corporis origo	45	Imaginatio in muliere quid	
Humida & liquida citius a-		fficitur	1310
lunt	114	Imberbes minus viriles cen-	
Humida mulieres exotica ap-		sentur	428
peunt	24	Impuri gemmas contaminant	
Humores pravi esse corrodunt	211		
418		In acuto morbu negligenda a-	
Humores sua tempora fortium-		stra	421
tur	134	Incepta concectione potu asfir-	
Humores menti insisti	78	nendum	238
Humores corporis quos mores		Inclusas proteritium	202
parant	140	In contagiosi morbu sudor-	
Humores quos, ceteris hōis vi-		uendus	385
gent	135	Incubus, De Maere	146. &
Humores sileribus. expositi	155		
412		In Deum, per Christum defi-	
Humorum pravitas & copia		gendi oculi	89
morborum origo	133	Inedia macilentis noxia	106
Humorum mirabilis in concu-		Inedia quando perniciosa &	
tauda mente.	140	quouq;	282
Humorum motus & resolutio		Inediabilem accendit	106
in mortuis	145	Injuria quando galeam proferra	
		videtur	168
I			
Lapis ventus qualis	292	Insanus quando monetur	453
Idolatria, & superstitio insa-		lantes non exasperandi sanis	
curandatis causa	39	veris	204
Ignis aeris contagia dicitur		Insomnia à materibus insu-	
108		enda	344
Ignis sudorem & contagia e-		Insantis gestatio ad luna cur-	
		sum	

I N D E X .

<i>sum referenda</i>	449	<i>Idocri & Verita laus</i>	348
<i>Ingenium ubi intenderis ibi valet</i>		<i>Insignificatio impij ex Desiducia</i>	90
121			
<i>Inguinum tumores non reprimendi</i>		<i>Inuentus conscientiam negligit</i>	441
192		<i>Inuentus succulenta</i>	360
<i>In mare fontem longissime excauidisur</i>	353	L.	
<i>In morbi augmento nihil inuouandum</i>	383	<i>Lac pisces corrumpit</i>	251
<i>In prandio citius quam in cena inebriansur</i>	183	<i>Lac calore inffissatur, liquefcit frigore</i>	ibid.
<i>In re medica omnia serio agenda</i>	112	<i>Lac corruptela ebnoxium</i>	254
		<i>Lac quibus vitio</i>	251
<i>In re medica turpa dicere, Non putaram</i>	ibid.	<i>Lacerta erga hominē studium</i>	394
<i>Institutiones tres species</i>	130	<i>Lactantis sententia de similitudine ratione</i>	185
<i>Intemperantia Veneris infanti nocet</i>	54	<i>Lacte madescunt vbera, ubi mensis subsistunt</i>	47
<i>Intemperantia vini memoria efficitur</i>	179	<i>Lactuca ante aut post cenam sumenda</i>	248
<i>Inter homines alius alio nequior</i>	417	<i>Lactuca quibus vsui</i>	ibid.
<i>In vultu manducies salubritate deuincit</i>	239	<i>Lactuca frigiditas quibus retardatur</i>	ibid.
<i>Inundationes ineunte hyeme increscunt</i>	245	<i>Lactitia solida</i>	318
<i>Ioannis Baptista dies memorabilia</i>	316	<i>Lagena quae poenitentiam</i>	341
<i>Locus populi aru in bos qui ex inguine laborant</i>	194	<i>Lagena corpori applicata saluorem elicitur</i>	435
<i>Itali quomodo anatemiam perficiunt</i>	268	<i>Lamina cornea glauco cecido</i>	375
<i>Iudicium Domini in illatis cladibus</i>	274	<i>Lampyris vnde nomen sortita</i>	359
<i>Iudicium de ventre inspiciendo Madix deferunt</i>	444	<i>Lapis bursinus</i>	219
		<i>Larva hyemis</i>	172
		<i>Latro frigus inimicum praesertim rotas</i>	164
		<i>Latus viti inimica</i>	263 & 595
		<i>Laurus quibus natalibus delectatur</i>	363
		<i>Laurus cur Brabantij negata</i>	364
		<i>Laurus densam solum exigit</i>	ibid.

I N D E X.

Masculus quando concubitur	42	offenduntur	289
Materia accumulandi seminis	41	Mens humana ab astris aliena	420 & 423
Matthioli industria	323	Mens arietis imbuta ante doctrinam	114
Matrimonii commoda	410	Mens hominis à Dei spiritu, non ab astris impellitur	423
Matrimonium incommoda	409	Mens astris libera	420
Medicina tres sunt partes	365	Mens hominis Dei simulacrum	9
Medicus natura administrat	131	Mens verbo Dei fidelis	103
Medicorum de partu pronuntiatio nullius vel favore vel iniuria	447	Mens tabula rasa comparatur	70
Medocritas felicitatis laudanda	359	Mentis sedes	51
Meditatio alterius vite quid significat	75	Mens humana divinitatis exemplar	81
Melancholia unde contrahitur	101	Mens hominis dilucul erectior est sanguinis habitus	34
Melancholia ut expugnetur	102	Mens aëris anima incorporea	52
Melancholia incem randa	391	Mens in Deum nos erigit	50
Melancholici natura	97	Mens si in desinentibus desinit fecunditas	46
Melancholus commiseratione digni	103	Mehsis a Luna Belgis nomen accipit	245
Melancholici non facili incubantur	136	Mensura aqua venenata	50
Melancholus unde absurda imaginantur	101	Mensurati ab his rationem	46
Melancholicorum natura ubi vino incaluerit	137	Mensuri profusissimi in quem visum	ibid.
Membra sibi salutaria alienum	389	Mensura antiquorum saculas	31
Membra anima instrumenta	57	Mensura inquinata in malis esto	36
Membra frigore oppressa que auxilio lientur	434	Mensura materiam suppediat alieni factus	32
Memorabile de Mauro	160	Membra ipsitum respicit	254
Mens astrologi in Deum origenda	422	Mensura cum generis comparatio	80
Mens quibus vacillat, ab aere cito		Mensura praestantia	21 & 370

I N D E X.

Mentis intentio corpus attenuat	disio	368
65	Morbo Gallico infecti semper pruriunt	192
Mercurialis, quo effectus in excitatione prelo	Morborum incredibili contagio	194
42	Morborum insultus, ut hostium propulsandus.	154
Miercula piscis qualis	231	Morbus expernari ciborum nonulteriorum desiderio
Metaliburgum expugnatur	349	Morbum aliquando morbo expugnari
Metaliburgum Emporium	340	ibid.
Mateoli ditam de viore ducenda	409	Morbus Comitialis in quos referendus
112	143	Mores ex humoribus emergunt
Atmeralia vnde	389	98
Mirabilis Deo in operibus suis	Mituli, vulgo Mosselen, porci salubres	313
389	Moderate omnia instituenda	13
Mituli, vulgo Mosselen, porci salubres	313	Mores gentilitii plebi peculiariter
Moderate omnia instituenda	13	343
Morchi adulteria ecce eludant proverbiali	415	Morivundi cur marmalesum sonum edant
114	175	Morvus canis vena incisionem non exigit
Moer quid Belgii	114	305
Malamatricum Belgarum maritimarum qualis	34	Morvis origo
337	356	Morsus & iactatio corporis, agrotosia
Monsiaca corpora vnde	33	483
Monsiaca species vnde	92	Mulier cur erga natos viro propensior
Montes arenosi, Belgii Dynen	112	29
Morale à partus angustia	459	Mulier cur irata lachrymetur
Morbillosi omnes dolorum differentia percipiunt	193	413
Morbillosi sanari inficere gestientes	368	Mulier quando vacatior
416	Mulier quando primum fecunda efficitur	462
Morbus contagiosus qui primum succumbunt	258	Mulier quæle animal
411	Mulier cito irata, cito placabilis	413
Morbi effluvia vane mitescunt	174	Mulier concubitus anida
27	Morbosi & doctissimi dispar con-	27
		Mulier

I N D E X

Mulier cœr vini copiam perferat	186	Murana spina, nervus est, non	401
Mulier qua magis imperiosa	15.	Murana sive lampreta descriptio	399
Mulier Viro potentiores habet me- alia.	159	Murana quo tempore pinguescens	401
Mulier gestans vterum affectibus experta	21	Muranis in cauda spiritus vitæ	400.
Mulier corallum deterius efficit.	190	Muscus marinus trinitosa concre- tio	328
Mulier cur subito incandescat	411.	Mustela Basiliæ hostis	268
Mulier prægnans incommodum sensit ex denegatis è lactis	24	Mustela Basiliæ hostis capitæ	405 N.
Mulieres non seges in elaborando sana.	30	Napus, vulgo naueel	130
Mulieres ab omnibus scriptoribus proficiuntur	409	Narratio contentioni de prole su- scitata	445
Mulieres comendi studiosæ	219	Nasi forma qua decora	429
Mulieres immodice canibus affici- untur	22	Nativitas Christi quid esset	88.
Mulieri quando menses deficiunt	462.	Natura quid	1
Mulieris intemperies tempestatisi- militis	410	Naturarum ad Deum nos eri- git	6
Mulieris fragilitas unde	411	Natura Dei ministra	58
Mulierum sollicitas	279	Natura vice inert, nec otiosa	1
Multa ex sordibus enata	430	Natura præcipuus paries à morbo tuetur.	172
Multa in rerum natura exolefunt	301	Natura cuiusque adnotanda	366.
Muli anima immortalitatem statuunt, pauci resurrectionem	77.	Natura motio contenta	368
Munia fractoris apta	391	Natura rerum astris subiecta	420.
Murana exsiccata inardescens	400.	Natura rerum resurrectionem a- stris	79
		Naturalia somnia observanda	214.

I N D E X

Naturales proles quas vulgus vocat	362	enuntur	182
Natura vis ad Deum referenda	24	Nervus qua auxiliantur	390
Natura propria definitio	4	Negrum regnum infantu quid significet	163
Natura contemplatio ad Deum exigit animos	ibid.	Nihil absq; argento viuo inauratur	27
Natura artificium	114. 83. 107	Nihil ex omni parte beatum	128.
Natura ordo ac virtus.	114	Nitrum liquoris si detatem inducit	265
Natura lex eius impressa	74	Nix & aqua gelida calorem excitant	434
Naturalis instinctus	67	Nix liquefacta stirpibus noxia	364
Naufragii qua ratione instaurandi	251	Nobilitas qua solida	277
Nauta clephadrin vocantur	435	Natae omni tate exaudiri	352
Nautarum apud Zinzagos vita conditio	298	Nomen a re inaurum Flisinga	341
Negotiatio Evangelica quid	344	Non consultum diu ieiunium persisteret	187
Negotiatores frumentarii, vulgo Corenbiters, et alios	72.	Non inuadendas aliorum ditiones	353
Nemo culpam in Deum transferat	129	Non nimium dolendum orbitate licetorum	275
Nemo non efficitur rerum varietas	70	Non omnium consilia in re Medica adhibenda.	326
Nemo nisi lesca, progenitorum iobilitate	258	Non temere sese suspendum bilium	352.
Nemo non mortis metu contemiscit	276	Nota corporis animi conditionem indicant	201
Nemo non affectibus urgetur	174	Noto spirante paludes olido	289
Nemo non immortalitatem vel asseclat vel meritatur	95.	Nuces muscata ut explorentur	190
Negri motu & sensu pradii	77	Nutrici infantibus morbes adferunt	465
Negri	235	Nutrici notantur	430
Nervus quomodo à cerebro produ-			Obisq;

I N D E X

<p>O</p> <p><i>Obest aestu maris accedente periculis ranteur</i> 332</p> <p><i>Observatio in confutandis ianuis</i> 283 ..</p> <p><i>Oculus ore somnus salubrior</i> 205</p> <p><i>Oceanus vis in morsu canis</i> 366</p> <p><i>Oceanus aestate magis salefcit</i> 220</p> <p><i>Oculus animi indices</i> 378</p> <p><i>Oculi casus unde & quae functione videndi</i> 375</p> <p><i>Oculi & visus moderate constitutus</i> 375</p> <p><i>Oculus nigri quae videndi facultate</i> 375</p> <p><i>Oculus primum moriuntur</i> 374</p> <p><i>Oculi promouentes & reconditi cas ligantur</i> 373</p> <p><i>Oculus cur absurda obuersantur</i> 374</p> <p><i>Oculus eum color & acries quae ratio ne variatur</i> 376</p> <p><i>Oculorum colores. medicamenta immutent</i> 377</p> <p><i>Oculorum varia dispositio</i> 379</p> <p><i>Oculus exhaustus quae fouent</i> 377</p> <p><i>Oculus Christi factus</i> 108</p> <p><i>Oculus dexter sinistro obtusior</i> 374</p> <p><i>Odoris foedi aliquando utiles</i> 167</p> <p><i>Odorei granis aliquando pestis obis stere</i> <i>ibid.</i></p>	<p><i>Odores spiritus instaurant</i> 283</p> <p><i>Olea natura</i> 263</p> <p><i>Oleum cui uis liquoris superinfusum pauit edem areet</i> 261</p> <p><i>Oleum limae & sissami non congelat sest</i> 224</p> <p><i>Oleum magneti vim attrahendi e ripit</i> 298</p> <p><i>Oleum venenae reuendit</i> 261</p> <p><i>Olfactus ut restitatur</i> 264</p> <p><i>Oculus faucibus, quos parcius pane resuscitantur</i> 283</p> <p><i>Omnino nimium permittisum</i> 280</p> <p><i>Omnino membra, suis officii dispo sita</i> <i>ibid.</i></p> <p><i>Omnino natura opera in Deum se ferenda</i> 5</p> <p><i>Omnino homini similia intratus & exitas</i> 275</p> <p><i>Omnino natio suis vitis imbuta</i> 343</p> <p><i>Omphacii verus vis</i> 231</p> <p><i>Oreum habendus delectus</i> 90</p> <p><i>Opifera quaedam colorem homini emutant</i> 330</p> <p><i>Opii vis</i> 266</p> <p><i>Opusculo anilis de infantum galis 162</i></p> <p><i>Oppositio plenilunium, coniunctio nouilunium facit</i> 242</p> <p><i>Orbitae liberorum à Deo</i> 248</p> <p><i>Oriens occidenti obuertitur</i> 246</p> <p><i>Ossa humana comitales morbi idos nea</i> 148</p>
---	---



I N D E X

Quæ præparari hic obnoxij.	332	à plebeia.	344
Quæsi Luna effectibus expositus		Paventi aqua rabiâ	366
ibid.		D. Pauli solida rationes in afferen-	
Quælibet partibus sanguinis a concre-		da immortalitate,	82
to soluto.	394	Pauli de muliere præceptum	
Quædam natura in cursu	ibid.	434.	
Quædam & ambra suscipi immis-		Paupertas sapientiam sortita	
sa fluitant	359	363.	
Quædam in aceto liquevere	418	Peccatum mortis & mortem in-	
Quædam sulfure immersa immo-		tuixit	177
rat	418	Peccatum originale quam labem	
Quædam, Sorokel	249	intulit	272
		Peccatum originis quomodo obli-	
		scaturum	273
		Pellori qua herba amica	350
		Pecunia visus & necessitas	308
		Pedum litio quando adhibenda	
		387.	
		Pedum litio quando noxia	
		388.	
		Pelles quando animalibus detras-	
		beranda	334
		Pellium quarundam natura in eri-	
		gendis pilis	ibid.
		Pecunia qua vi poleat	147
		Pecunia semen spectatissimum	
		398.	
		Pesse exsiccandi oculus humani	
		145	
		Pesse ex prano cito plebi peccita-	
		rius	416
		Pesse ex aere omnibus communi	
		ibid.	
		Phænix resurrectionis typus.	84
		Philander opinio de vestrosia	
		302.	

Philip

I N D E X

Philippi Regis Ius	239	Portulaca marina conditura	
Pica vulgo Seehont	255	322	
Pica morbus	23	Potentilla naturales	469
Picatio morbus seu Citta qui		Præcocia cito evanescent	236
24		Præmaturus interitus unde	
Philotæsea vasa leri ventorum ob-		274.	
servantissimi	295	Præmatura Venæri incommoda	
Pinguis platurumq; seriles	267	430.	
Pinguia venæni obfistunt	162	Præposterus duorum cultus	317
Piscatorum apud Belgas affectuum		Præservatiua cause adhibenda	
moderatio	345	425	
Pituitosi conditio	97	Præservatiua in peste	427
Pyritæ nautica duos & triginta ven-		Principiu obstandum	150. & 169
tos statuit	284	Præcocitas hominum	276
Pycnos eluitur	396	Prædignum de argento vltus	270
Platonis sententia de femina	415	Prognostica ex Luna	450
Plenitudo aut inanitio obseruanda		Proles car. ferè matris affimiles	
in oculis fovenda	377	18.	
Plinis sententia de similitudinis va-		Proles cur matris additior	ibid.
rietas	16	Preles quando damna concipiunt ob-	
Plumbum liquefactum ut non		parentum reatus	274
uratur.	223	Properata minus fida	236
Plumbum liquefactum & oleum		Proverbium vulgare apud Belgas	
feruidum vrentissima	ib.	in eos qui quarta luna nati di-	
Plus nimium salaces pedagogici		cuntur	35.36
272		Proverbium vulgare ex imagina-	
Plutarchi sententia de vino diluen-		tione d. simium	23
do.	266	Proverbium in morbidos	195
Polis salutaris qui martyres haur-		Proverbium muliebri in eunuchos	
serint	434	42.	
Porci in sylvis vagantes salubriores		Promittens de cornibus adustus	
312		167.	
Porcorum setosa cutis adurenda		Proverbium de virginibus	462
ibid.		Proverbium in excoletes	464
Portacula dentium stupori medetur		Proverbium in viduas	462
264.		Proverbium in ignavos	37

I N D E X

Proverbiū vulgare ex ebo moli collo	105	Pebus praecipitatus	226
Proverbiū in fabis obare	169	Purgatio vena incisionem praesens dat	384
Proverbiū ex tumultu nocturno definitum	337	Puffilantissimos ac meticolosissimos qui Puffula unde varij coloris	383
Proverbiū populare in sarmatis	279	Putes aestate frigidi, hyeme calidi	435
Proverbiū triviale in parte praemas iure anglie	236	Quam diu in longum corpora por- riquantur	196
Proverbiū Belgicum de Braban- tia & Zelanda	357	Quam multa visus offerunt	373
Proverbiū ex oculorum obitu in nefariis	379	Quando cannicula fronde adernan- da	355
Proverbiū ab equis effatu	361	Quando mulier ex facie in memora ant nates notas transferat	33
Proverbiū in improbis	359	Qua ratione seris admota morte mutuant	149
Providentia divina omnia admini- strari	359	Quare more piscium secundum	233.
Puella venusta iuvenes viri lo- dere excipiant	242	Quare uxorbis gratificandum	42
Puilla maritata revivunt	27	Quare quisque fiat emendatior	206.
Pueri desarmes. annis fugiant	238	Quatenus observanda astra	421
Pueri morbidi nutrices in sciunt	455	Quatuor culumitates a Deo homi- ni imminuntur	128
Pueri non plebuntur ob scelera pa- rentum	272	Quatuor leuis. inter liquores	224
Puerorum malicia parentibus imo putanda	362	Quatuor. humorum decussus in cor- pore	134
Pulmo in alarum quid commotis af- ferat	160	Qua capiti dolor in inferant	166
Pulsus normicus	193	Qua a peste praeservant eamq. de- meliantur	485
Pulsus formicans	ibid.	Qua bilem expurgant	391
Pulsus nivesus vulgo Buspoeder	41	Qua cornicula ora concipiunt	432
		Qua	Qua

I N D E X

Qua corallo valorem coarctant	190	Qua Z. Londii Cleyn sont	322
Qua afflicti exasperant	99	Qua affli. ac prome 2. ut	195
Qua edula ex carne suilla conficiuntur	311	Qua ad homines macilentos efficiat	418
Qua stotus discurrunt	281	Quid vesibua tibeas imasceprehibeat	314
Qua generandi facultatem perficiant	40	Quid & Eius de parciu maritidu sta	101
Qua herba femina, qua mas	396	Qui sibi naturales	276
Qua herba maritimo tracta delescantur	111	Qui morbo oppressi adesse coguntur	384
Qua humiditatem utri expugnet	43	Quia ut nobis sentiant	374
Qua pesti obfistunt	425	Quia placidus, qui tumultuosi extinguantur	167
Qua pituitam exturbant	391	Quod genus hominum inhumanum	91
Qua qualitas vermiculos procreant	335	Quod sibi genus optimum	222
Qua res spiritu fulciant	10	Quomodo cuttandi particula anni	217
Qua semen virile accumulunt, ac Venereu excucient	40	Qua sale salyamenta confruentur	320
Qua veneni depollant	391	Quoto die eorum numero salu abfoluat	53
Qua ut nunc moluntur	ibid.	Quor quidam febricitantes non sibi	262
Quereca olea aduersaria	395	Quor nonnulli minus validi	361
Quibus locis herba praestantior	25	Quor alii in latum, alii in latum excrescunt	196
Quo visu fetida, quibus oderata admodumenda.	408		R
Quibus rebus corpus incrementa suscipit	196	Rabidu potu non denegandus.	306
Quibus docti consentia	440	Rabiem qua expugnet	ibid.
Quibus si sicca vel vldum	250	Radiis	264
Quibus affatum hibernaum	234	Ronarum esus quibus vitu	313
Quid Germani Burg.	349	Ranula quid	448
Quid valenti & mina dist. butio do signes			

I N D E X

Raphanus temulentia <i>officinis</i>	263	Renibem qua conveniunt	390
Raphanus & rapa oculis grata	378.	Rerum vicissitudo quid indicet	6
Rera cuius mulier bona	413	Res gesta apud Tornacensis dum	168
Ratio & experientia exiguntur in	artibus.	382	Resurrelio quid homini contulit
Ratio mutarum rerum inexplicabilis	293	88.	
Rarus color qui	227	Resurrelio labantes fulcis	87
Reconditi & protuberantes oculi ratione diversa vident.	374	Resurrelio semper in animum revocanda	88
Reges olim rei herbaria studiosi	119.	Resurrelio corpora indecora restituer.	93
Regiones corporis & animi conditiones immutans	92	Rhamat descriptio	329
Regi Hispan. Phil ppo grata Zeladorum mundities	337	Rhenicorigo & decursus	356
Regi gesta narratio de aleis viribus	149	Ridiculum de rustico quodam	167
Regi gesta narratio de pregnantis appetitu	24	Robige brandt vulgo	255
Regi gesta narratio de puero magno capite	22	Romanorum lex de semina	414
Regi gesta narratio de admirabilis mulieris partu	37	Romeris vallis civitas	354
Res apud Ferrariensis gesta narratio	124	Res solis quid	309
Res gesta narratio de galli ovo	402.	Rubea radix & elumen duratissimi colore panes trahit	336
Res gesta narratio de Septuagenariis sa induare	454	Rubicundum infantis velamen quid portendat	164
Religio non a seculis, sed Dei spiritui subiecta	422	Rudimenta humana formationis	53.
Remedia ad rabiem canis	205	Ruta corpori admota adurit	406
Remedia incubus	146	Ruta & chelidonia quando oculis salubria	378
		Ruta oculis eliquando noxia	377
		Ruta veneni officinis	268
		Ruta frigida venena obtundit	406
		Ruta vis	405
		S	
		Sal agrotos & iumenta secunda praestat	229
		Sal inasperum carbonibus ignis aerem sopor	115
			86

I N D E X

Sal recens cito liquefit, versus fe- rrius 320	procreant 121
Salsaeunditatem corset 229	Sapo unde conficitur 458
Sal torridus vulgo braetzout 322	Satsurni infanti gravis 369
Salaces homines notantur 33	Scalda semitus quando tempesta- tem denuntiat 346
Salern Zelanda quo modo candidum efficiant 321	Scalitia insula à flumine sic dicta 342
Salis conscientiam inaudita ratio 320	Scalthis per Flándriam decursus cur- de Flante die tur 345
Salis efficacia in morbo canis rabidi 322	Scalthis fluvii origo & decursus ibid.
Salis ex glebis confectio 321	Scheluisen 213
Salis habendus delectus 328	Scheluisch pisci unde denomines tur 316
Salina quid 250	Schoerbeck à vitioso stomacho gingivae & pedes inficit 120
Salina canis rabidi noxia 321	Seylla qua vi patet in epilepsia 147
Salina vis & effectus 249	Scorta cur non concipiant 49
Salsugo 229	Secunda Alga species 317
Salsugo ambustus utilis 322	Semen virile opifex fetus 35
Sanguis cur homini ex consternatio- ne subito erumpat 162	Semini cohibiti noxia 27
Sanguis cur ex vulnere interenti profuat 160	Semini efficacia in similitudinis ratione 14
Sanguis cur febres continuas exci- tet 136	Semini vis, quantum ad similitu- dinem 31
Sanguinem defacantia 391	Semini humani efficacia 459
Sanguis patris ditiobnoxius 152	Senatusconsultum ne sal adultere- tur 323
Sanguis mortuis resuscit 122	Senes cito ebrietate tentantur 186
Sanguineis fortis visus 371	Senes aridi 300
Sanguinis hominis natura 97	Senes cibo se fulciant 187
Sanguisuga in corpore muliebri 38	Sensem, non aude bibendum 234
Sani ut contra pestem subsistant 426	Septenarius numerus factus 219
Sanitatis indicia in pueris 278	
Sapientis cur aliquando stultus	

I N D E X.

Septentrionalis venti natura		Simile ab iugulatu	ibid.
292		Simil. à fructibus maturandis	
Sereni fructus duntaxat	236	458	
Sextarium libram & uncias octo		Similitudines ab ossibus	452
compositur	309	Simapi corallium rubicundum efficit	
Sexus in stipibus	396	191	
Stoci & aridis in Oceani destitu		Sinapifoni & pulueris precipitati	
moriantur	313	vii in morfu	307
Sidera & humores vim, non neces		Sy anu sine eucharistia	89
sitatem inferunt	100	Signat. hęc hanc	292
Sidera res infernas regunt	419	Singula membra Luna motus per	
Siderum vñ humoribus incumbit		cipiunt	429
393		Synthesi quid	66
Siaerum vñ metalli incremento		Situpi vñ	230
est	324	Situs infantis in vtero	454
Similitudo nemini prolem affert		Snoeck	213
17		Socrates cur affectibus minus obno	
Simile ab arte fusoria	34	xiii	95
Simile ab aditu structura	2	Socrati intemperantia	426
Simile ab Imperatorum officio		Solarium quid sit	299
3		Sol geminus in speculo aqua subdi	
Simile ab insacandis arboribus		to	235
191		Soli & Luna vñ in ras inferiores	
Simile ab arboribus in saxosis locis		242	
confusis	321	Soli & Luna effectus in inferiora	
Simile ab hominum natura & edu		240	
catione	110	Salomoni nihil nouum	301
Simile ab equo calostrofo	61	Somnia à Deo aliquando mittit	
Simile à gutturi & foemini quibus		214	
mau deest	307	Somnia agrorum & ebriorum	
Simile non concinnam ab herba		215	
rum fracta poma	141	Somnia vicia pro humorum redano	
Simile ab ignis fomite ac nutritio		dantia	ibid.
10	294	Somnia noxia à veneno assumptis	
Simile ab agriculture	448	in pesto	183
Simile à duco militaria	457	Speculatio quid oculis conferat	221
		Spe	

I N D E X.

Speculum cur ex aduerso imago non referat	ibid.	Stuori illati in sciatio	448
Specula visui opitulantur	372	Süb astru & gelu canes rabiuus	303
Speculi præcipuus usus	229	Subterris animus ad summa eniſ- tur	363
Spiritus diuisus æreæ spiritui com- paratur	282	Submersi cur statim non emergant	159
Spiritus visus alimento necan- tor	ibid.	Submersi quoto die emergant	ibid.
Spiritus rarus & tenuis visui efficit	372	Sufſolani ueni qui ab ortu progre- ditur effectus	285
Spiritus humidus & modicus que- rem visum efficit	ibid.	Suscipi natura	394
Spiritus non aque ac ætheris adher- uas penetrat	235	Succinum vulgo Ammer	43
Spiritus mundi omnia facienda præstat	398	Sua in stirpes ad tempus germinatæ	161
Spiritus corporis mentem coarctant	104	Sudor quando naturius erumpit	386
Spiritus crassus quem visum efficit	372	Sudor & salua ex humoribus vim ferriuntur	250
Splem que conferunt	390	Suzabeu lœndia insula unde dicta	353
Statura profusa cur tracendi	96	Sulphur & argentum visum me- tallorum principia	225
Status cæli animos immutat	240	Superfluit quæd.	319
Stenocolen	114	T	
Stenocoratio insalubris	127	Tartarus quid sit	310
Sterilitas a Deo	39	Tartarus Wünnſteen	265
Sterilitas a hominibus a Deo	275	Teper luctu palle deteriores efficit	335
Stimuli venæ rari	12	Terræ ana quare sic dicta	133
Stirpes renaſcentes reſurrectionem commoſtrant	84	Terra etq; uteri comparatio	33
Stiches vulgo Waterſchoien	356	Terra post Deum rerum parens	85
Studiosi quig, ut melancholicam excitant	100	Terræ astru obsequuntur	420
Studiosi non perferunt inedia	186	Tertulliani falsam dictum in Tri- thogores Druidas	58

I N D E X

<i>Testis flaccidi vel erecti quae valis tudinis argumenta praebant</i>	<i>Valetudinarii, alii libro officii, alii inambulantes</i>	366
253j	<i>Valetudinarii aura iniuriu obnoxij</i>	
<i>Thoma Mori epigramma lepidum</i>		392
17	<i>Validam argumentum resurrectionis</i>	277
<i>Timor quando saluti ac respicienda caussa</i>	<i>Vapores setri cerebro infesti</i>	102
<i>Tithymalli vires</i>	<i>Varronis in peste consilium</i>	283
<i>Tiletum Zelanda civitas</i>	<i>Vates calamitatum expofiti</i>	66
<i>Tonitrua hiberna tempeftates praefigunt</i>	<i>Veritas materia geminata profertur</i>	380
<i>Tonitrua & fulmen liquores viant</i>	<i>Vena emulgentes quae</i>	44
<i>Tophus teracy' foaffini</i>	<i>Venena etiam fori admota cor pe- tant.</i>	393
<i>Tres in homine spiritus</i>	<i>Vena apoplectica</i>	56
<i>Tres membrana infantem munit</i>	<i>Vir calidior femina</i>	464
163	<i>Vir ditius fecundus quam femina</i>	488
<i>Tres sunt conditiones corporis hu- mans</i>	<i>Vir quevis, fecundus</i>	462
<i>Triremes vulgo galicyen</i>	<i>Venena liquida nocentissima</i>	182
<i>Trifla quod genus piscis</i>	<i>Venti etiam crimo intemperiens adferunt</i>	286
<i>Tropi Scriptura de Dei membris</i>	<i>Venti cardinales quatuor</i>	283
62	<i>Ventrum origo</i>	282
<i>Tumorum in inguine curatio</i>	<i>Ventus quid fit</i>	<i>ibid.</i>
194	<i>Venus immodica & inconstantem de- populatur</i>	280
<i>Turca vs</i>	<i>Venus omnis animal mactatum efficit prater gallum</i>	408
<i>Turfi & dary ignis fomenta apud Zelandos</i>	<i>Venus incommoda valetudinarii</i>	278
<i>Tusu a liquido humore molesta</i>	<i>Verbi Dei fructus & utilitas</i>	78
287		
<i>Tusu pueros strangulans</i>		
<i>ibid.</i>		
V		
<i>Walacharia vnde dicta</i>		
<i>Walachia situs</i>		
<i>Valetudinarii aura mutationem percipimus</i>		242

Veritas

I N D E X.

<i>Veria ciuitas unde dicta</i>	342	<i>Vinum quomodo diluendum</i>	265
<i>Veria ciuitas</i>	ibid	<i>Vinum & lac commixta, vitiosa</i>	251
<i>Vermetus e naribus prelabuntur</i>	131	<i>Virago unde nomen sortita</i>	51
<i>Vermina lingua canis eximitur</i>	325	<i>Virgines tempestiue elocanda</i>	27
<i>Verminatio qui morbus</i>	193	<i>Virgines maturus elocanda</i>	262
<i>Verruca & clausi vt abluantur</i>	265	<i>Virgilius latus ob rerum cognitionem</i>	240
<i>Verforia an recens inuenta</i>	300	<i>Virgo cultus studiosa</i>	461
<i>Verforia ex quibus constat, cuiusque descriptio</i>	293	<i>Viridia oculos fouent</i>	378
<i>Verforia septentrionis index ex vi magnetis.</i>	397	<i>Viridi colore oblita seruis ignescunt</i>	171
<i>Ver spiritus etiam effatos origis</i>	301	<i>Viri qui esto in lacrymas prors</i>	412
<i>Verticillus quid sit</i>	323	<i>Vir male sprastantior</i>	189
<i>Vetustas omnia deteriora efficit</i>	117	<i>Virtus, vt ad interna rapiatur</i>	307
<i>Vexilla Zircxia cur rubra</i>	349	<i>Viscum planta quo effectu contra epilepsiam</i>	148
<i>Videndi origo a cerebro</i>	370	<i>Vu non inferenda vita</i>	103
<i>Vina vitiosa mentem perturbant</i>	105	<i>Visus cuius ex-ctissimus.</i>	371
<i>Vina quibus condiri soleant</i>	256	<i>Vitia natura corrigi possunt</i>	428
<i>Vini & olei vires</i>	260	<i>Viti olea amica</i>	295
<i>Vinum ardens quibus vsui</i>	224	<i>Vitu vt fecunda efficiatur</i>	261
<i>Vinum aut alius liquor vt cito acescat</i>	269	<i>Vnde corporis deformitas</i>	21.
<i>Vinum diluculo haustum perniciosum</i>	187		429
<i>Vinum glutinosum vt instauratur</i>	208	<i>Vnde status in corpore</i>	281
<i>Vinum quomodo vaporet</i>	265	<i>Vnde herbis purgandi efficacia</i>	299
<i>Vinum rubrum an sudorem & vrinam molietur</i>	254	<i>Vnde pueris note imprimantur & deformes faciet</i>	23
<i>Vinum quomodo ab acore vindicatur</i>	267	<i>Vnde vs in conuulsis spiritibus</i>	142
		<i>Vnde membrorum desectus</i>	231

R R

I N D E X.

Unde nigri oculi emergant	375	Vultus animi index	59
Unde in corpore & animo monstro- sa species.	16.33. 36	Vultus & oculi animi indices	199
Unde sicut nocturna	203	Z.	
Unde Zelanti Mattiaci dicitur	333		
Vngues unde	466	Zeevolf	213
Vnicornis venenū obfistit	110	Zelandia insulis fecunda	339
Vngues infanti quando defuit	445	Zelandia Baloua appendix	355
Vomitus commoda	781	Zelandia apud Danos	334
Voragine: Zelandica trekken	355	Zelandia cuniculus fecunda	335
Vox cur cura robustior quam sanis	168	Zelandia an veteribus cognita	338
	168	Zelandia in aëre qui stans diuisa	348
Vrensia specula	222	Zelandia mutationi obnoxia	357
Vrina quæ vobis supprimatur	192	Zelandia aer cur ferus inficiatur	338
Vitica marina	37	Zelandia callidæ & industriæ	ibid
Vsuriuorum spectandus	308	Zelandi Mattiaci dicitur à sociali concordia	329
Ut animi propositum felicem suc- cessum obtineat	206	Zelandi corporali addidit	341
Uteri natura	408	Zelandi astuti	343
Vitro quæ apta	390	Zelandici sibi libertas	336
Ut fons & vbera rugâ deformatâ natefiant	262	Zelandorum origo	354
Vt mensis lenore perpaltantur ibidem		Zimæ heri effectus	409
Vi nonnulla ab igne nucleâ prouens ant	110	Zimæ heri firmi non excitat	470
Ut oculorum orbis nigrescant	423	Zimæa quando primum oralla fuit	242
Vt vincta hæmorrhæum via mentem conuertat	241	Zimæa p. i. c. v. salubrit. habet	333
Vulnere ex effectu Lunæ lebalia	410	Zimæa heri afficiuntur	342
		Zimæa excretoria natura	246
Viduis non cito obduendum in- morsu	307	Zimæa ariet. librum expugnati- onis Comiti restituit	350
Volucrum natura	463	Zimæa vincta parta privilegia sistens	
Vulcani natura	285		

ELENCHVS OMNIVM

CAPITVM QVÆ IN PARÆ- neli continentur.

- | | |
|---|---|
| 1 In Deum per Christum
potissime pergendos
oculos, mentemque eri-
gendam 471 | 10 Quid præset homini ins-
titutio, & qualis ea esse
debeat 478 |
| 2 Quanta contulit homini
rerum opifex Deus ibi-
dem. | 11 Vnde morum integritas,
atque optima vitæ præ-
cepta petenda 481 |
| 3 Deo nihil homine carius,
omniaque in eius vñum
creata 472 | 12 Qui doctores ad expolis-
endam linguam, mens-
remque exornandam
vñi, & quæ artes potiss-
imum amplectendæ
484 |
| 4 Quanta esse debeat ho-
minis erga Deum grati-
tudo 474 | 13 De Ethnicis scriptoribus
Censura 485 |
| 5 Baptismus quid homini
conferat, quid moneat
474 | 14 Poetæ officium, & quid
iunuenti atque etiam
adultis conferat 486 |
| 6 Post Deum in proximum
proferenda charitas ibi-
dem. | 15 De Historiarum vñu & vi-
titate 487 |
| 7 Quanta esse debeat erga
parentes liberorum pie-
tas 475 | 16 De comædia 488 |
| 8 Qualem se quemque præ-
ceptorum exhibere conue-
niat 477 | 17 De eloquendi dicendi-
que peritia, nulli noce-
nsumque sit idiomatis,
vñi & necessaria 489 |
| 9 Quibus potissime in hu-
mana societate honores
libendus & reverentia
ibid. | 18 Ad quas disciplinae nob-
is aditæ participent
humanitatis Rutila ibi-
dem. |

I N D E X

- 19 Certo fixoque disciplina
generi innareandum 491
- 20 Quae studia & occupatio-
nes operosa ac minus
frugifera, quae noxiae &
pernitiosae 492
- 21 Non minus animo men-
tique prospiciendum,
quam corpori 494
- 22 Quae ratione corpori sub-
ueniendum, ut inculpa-
ta valetudine subsistat
ibid.
- 23 Cibos ex Dei liberalita-
te ac munificencia, gra-
titudine ac gratiarum
actione sumendos 498
- 24 Quomodo hospitalita-
tis habenda ratio 499
- 25 De rei familiaris ac do-
mesticae cura eiusque ad-
ministracione 503
- 26 Somni ac vigiliae mode-
ratio 506
- 27 Quid adferat commodi
vel incommodi repletio
& inanitio, denique al-
tius vel adstrictior vel la-
xior 508
- 28 Studiosis virisque poli-
ticiis saepius meatus per
quos excrementa defe-
runtur, expurgandos 501
- 29 Praecepta salubria non mi-
nus animo, quam corpo-
ri idonea 511
- 30 Exultationis ac famae
habendaratio 513
- 31 Laudabilis dissidiorum
pacificatio 557
- 32 Nemo insolescat rebus
prosperis, nec deiciat-
ur aduersis, sed Dei
prouidentia se fulciat
519
- 33 Viranda curiositas 520
- 34 In vestitu moderatio
521
- 35 Nemo fortem sibi desi-
gnatam despiciat 521
- 36 Improborum consuetu-
dinem ac familiaritatem
vitandam 526
- 37 Linguam cohibendam
non solum ab obscenis
verbis, sed etiam otiosis
527
- 38 In verbis omnique ac-
tione vitae, detestabi-
lis fucus ac simulatio
529
- 39 Philantia, hoc est, excus
amor sui excutiendus,
atque inanis doctrinae
peruasio 530
- 40 Familiarium atque ami-
corum habendum de-
lectum 533
- 41 Ne

I N D E X

- | | |
|--|---|
| <p>41 Ne temere te cuius
quam sponsorem offeras
534.</p> <p>42 Assentatores quos vulgo
<i>Thymftrickers</i> vocant vi-
tandi 535</p> <p>43 Præcepta quædam ad
bene beateque viven-
dum accommoda
536.</p> <p>44 De exercitatione qua de-
fatigatæ vires instauran-
tur cum animi tum cor-
poris 537</p> <p>45 In rebus agendis ratio-
nem in consilium adhi-
bendam 546</p> <p>46 Quæ dubitas ne feceris
ibid.</p> <p>47 Virtutis ac vitiorum præ-
mia 547</p> <p>48 A Deo sumenda omnium
actionum nostrarum
initia ibid.</p> <p>49 Diluculum aurora; ma-
tutina ad componendâ
mentem, atque animum
in Deum erigendum a-
pissima 548</p> <p>50 Exacto die exigenda à
mente diurnarum actio-
num ratio 549</p> <p>51 Nemo vitiiis suis blandia-
tur, & malefacta exte-
nuet 550</p> | <p>In Deum transferendum
quidquid boni nobis ob-
tigit ibid.</p> <p>53 Delectus & considera-
tio habenda in deli-
gendo vitæ genere
551.</p> <p>54 De legitima matrimonii
societate 553
Omnis societas quæ non
confistit intra coniugii
limites, vitiosa, atque à
legitimo matrimonio a-
liena 554</p> <p>56 Quæ ratione obtineri pos-
sit, ne mors homini natu-
ra pavido sit formidabi-
lis 557</p> <p>57 De nominis I E S U
CHRISTI amplitu-
dine, maiestate, poten-
tia, quæ vna obstiten-
dum magicis incanta-
mentis, atque illusio-
nes demonum expu-
gnandæ, & si qua alia
detrimenta vel menti
vel corpori inferri con-
tingat 564</p> <p>58 An herba & gemmæ a-
liquam vinum confe-
rant in profligandis
demonibus, ac depel-
lendis aliis rebus noxiis
572</p> |
|--|---|

R. R. 3.

I N D E X.

- 59 De maiestate & potentia
supremi numinis, & qua
varias appellationes v-
nica Dei essentia tribus
personis distincta sortia-
tur. Cuius rei contem-
platione humanus ani-
mus tranquillitatem &
solatia, summamque er-
ga Deum fiduciam in se
concepit 575

RERVM ET SEN-
TENTIARVM IN PA-
ranesi contentarum
Index.

		A	
<i>A</i> Christo institutionis initia sus- cipienda 481	<i>Agri</i> cultura v. l. latio 657	<i>Agri</i> cultura v. l. latio 657	
<i>Adam</i> species veritatis deceptus 554	<i>Aleas</i> quid 344	<i>Aleas</i> quid 344	
<i>A</i> Deo cibis nutriendi vim obti- neret 498	<i>Aleas</i> à Tolo diversa 542	<i>Aleas</i> à Tolo diversa 542	
<i>A</i> Deo petenda actionum primor- dia 547	<i>Aleas</i> 574	<i>Aleas</i> 574	
<i>Adolescentia</i> Christi laudata 484	<i>Amicitia</i> immortalis esse, mortali inimicitia 534	<i>Amicitia</i> immortalis esse, mortali inimicitia 534	
<i>Adulatorii</i> & amici discrimen 535	<i>Amicorum</i> habendus delectus 533	<i>Amicorum</i> habendus delectus 533	
<i>Aetate</i> frigus opacum capiendum 541	<i>Amico</i> quatenus obsequendum 575	<i>Amico</i> quatenus obsequendum 575	
<i>Aetas</i> tenera optimis assuescat 481	<i>Amiana</i> herbarum contemplatio 490	<i>Amiana</i> herbarum contemplatio 490	
<i>Affectus</i> hominum non naturales corpandi 559	<i>Amor</i> vinosis vellicat 541	<i>Amor</i> vinosis vellicat 541	
<i>Affectus</i> vitiosi menti effluunt 495	<i>Amplitudo</i> nominis Iesu 567	<i>Amplitudo</i> nominis Iesu 567	
	<i>Anima</i> palatum 495	<i>Anima</i> palatum 495	
	<i>Animus</i> inconstans carissus 524	<i>Animus</i> inconstans carissus 524	
	<i>Arma</i> militia Christiana 570	<i>Arma</i> militia Christiana 570	
	<i>Artes</i> damnosae quae 493	<i>Artes</i> damnosae quae 493	
	<i>Aja</i>	<i>Aja</i>	

I N D E X

<i>A</i>	<i>A</i>		
<i>A</i> sa rex eum non est sanitatem cono	<i>C</i> hris ^{ti} phil ^{osoph} ia	489	
sequutus	<i>C</i> hris ^{ti} omnia attributa	567	
<i>A</i> ssentator permissus	<i>C</i> hris ^{ti} ad excubitus incitat	483	
<i>A</i> stragalismus quid	<i>C</i> hris ^{ti} auram popularem non ca-		
<i>A</i> strologia non profus explodenda	piant	513	
493	<i>C</i> hris ^{ti} Deus par	567	
<i>A</i> strologia quatenus exercenda	<i>C</i> hris ^{ti} ecclesie caput	567	
492	<i>C</i> hris ^{ti} in tempestate sacra ancho-		
<i>A</i> strologia vanitas improbata pro-	ra	564	
hibitu	<i>C</i> hris ^{ti} mortem deuicit	560	
<i>A</i> urora precationi apta	<i>C</i> hris ^{ti} omnia in omnibus	569	
	<i>C</i> hris ^{ti} us pacificator in Deum & ho-		
	minem	563	
	<i>C</i> hris ^{ti} satana formidabilis	560	
	<i>C</i> hris ^{ti} scopus & vite exemplar	484	
	<i>C</i> iborum apparatus vitandus	503	
	<i>C</i> ivilitas insidiosa	536	
	<i>C</i> omicorum licentia	418	
	<i>C</i> omedia moderatio adhibenda		
	ibid.		
	<i>C</i> omedia rufus	ibid.	
	<i>C</i> onclusioni violentus motus efficit		
	542		
	<i>C</i> onfidentia vitiosa	515	
	<i>C</i> onjugij rufus	554	
	<i>C</i> onjugio inepti & clamores	556	
	<i>C</i> onjugium mal' si emoretur	555	
	<i>C</i> onjugium non temere adendum		
	ibid.		
	<i>C</i> onnatibus si adatur, hoc esta fie-		
	milia obseruande est	ibid.	
	<i>C</i> oralium	573	
	<i>C</i> orici, vulgo Verfpiers obser-		
	uandi	517	
	<i>C</i> ontentiones sapienda	ibid.	

I N D E X

Cultus animo & corpori impenden- dus	494	Deus homine mire afficitur	472
		Deus in Christum omnia profundat	571.
D		Deus moderator rerum	527
Desori habenda ratio	574	Deus primaria res non causa	543
Deliberatio in deligendo vitæ gene- re	553	Deus varia nomina sortitur	575
Demon ad noxia quæ hominem incitat	566	Diabolus à sana doctrina mentes abducit	554
Demon prestigatur Dei fiducia ibid.		Diabolus stupidos agere dicitur	65.
Dæmones hominibus infesti	564	Disciplina cepto generi inhaerendum	481
Dæmones humoribus se immi- scent, ut contagia corporibus	ibid.	Disciplina tres potissimum utiles	490
Dentatis morsus vitandi	527.	Dilectæ parta cito dilabuntur	545
Dei in remittendo facilitas	551	Dubitatio mentis in agenda scrupu- lum incutit	546
Dei munificentia in cibo agnosca- tur	498	E	
Dei natura in servilibus	573	Ecclesie ministri honorandi	478
Dei providentia rerum moderat rix	537	Effigies hominis duplex	471
Deum Belge Godt à bonitate vo- cant	561	Eloquentia quibus usus	489
Deo ab effectu nomen assignatur	570	Eloquentia seditiones sopiuntur ibid.	
Deus absolutum virtutum exemplar	570	Emanuël quid desigret	561
Deus actiones nostras moderatur	528	Emendationis propositum quotidie conspiciendum	549
Deus cur nos à demone vexari permittat	589	Epistola contraria	574
Deus damnatione malitia abuti- tur ad invidiam liganda	ibid.	Errares	573
Dei sunt ionnium	472	Errare, non voluntate quidam de- viant.	513
		Excitationum multa genera	538
		Exercitatio minus laboriosa	541
		Exercitatio studiosi apta	ibid.
		Exagenda à mente actionum no- strarum ratio	549
			549.

I N D E X

Exercitia dilaniati	568	Hyeme applicari peramanem	376
Exercitia huius temporis futiles & inanis doctrina imbuti	ibid	Historia commendatio ex Lino, (Dicerent & Zenone	487
F			
Fama habende ratio	513	Hominem à Bellio quid fecerit	472
Fides vi	571	H. mo Dei simulacrum	ibid.
Extendenda non est cuius	513	Homo mendax quem sersum habet	565
Fides fructibus exornatur	ibid.	Homo mundi profectus	473
Felicitas vita quibus rebus consistet	536	Hominis reconciliatio	477
Ferrea a cultu auida	321	Honor quibus deferendas	478
Fors oculatis, ceteri caeci	520	Historia amantia reficit animum	541
Fortitudo Dei	562	Hospites fouendi	499
Fortuna Vocabulum Christianis explosum	519. & 537	Hospitum招待endus delectus	500
Fugalitas vitia	496	Humanitatis officium inter se certende Christiani	529
Fugalitatem imperat. Christus	497	Humores praui mentem cernublandant	496
Futilitas damnosa.	516	Herba à Deo effectum sortiantur	474
G			
Gegates	573	Herba magis incantamentis non accommodanda	575
Gemma ocula vi imbuta	572	I	
Gloria qua ratione assequenda	514	Inclantia odiosa	513
Gratitudinem exigit Deus	272	Iehoua singularis Dei nomen	576
H			
Helucus, maules sum suff. Clus	507	Illiciti amores & concubitus	557
Herba ad multa eff. acer	572	Imbecillitatem	495
Herba qua alium lubricam praesent. adstringunt vis	509	Impia accalescit solers animae	550
Hieroglyphis	573	Impubi utandi	526
		Incantatio damnosa	493
		Incantatio	493

I N D E X

Incommoda qua daemones inferunt, in naturales causas referri nes queunt	564	Lingua cohibenda	578
Inconstantia improbat	525	Litera politiores studia exornat	489
Ineffabile studii insistentium	492	Loquela singulare Dei donum	472
Insuperflua studia reiicienda ibid.		Ludi infames qui	544
Ingenuitate argumentum	515	M	
Inopum habenda ratio	500	Magistratus honorandus	473
Institutio mentem exornat	477	Mages	573
Institutio quid hominis praestet 478		Magnificencia Dei erga homines	471
Inuita Minerva nihil	491	Matrimonii desinitio	552
In vita discrimine ad Deum con- fugiendum	565	Matrimonio robusta aetas assuescit	556
Iob a daemone cur diuexatus ibi- dem.		Mature a vitiis restituendum	482
Ipsae dixit, Christo asserendum	571	Mature omnia in aduendo coniu- gio agenda	556
Italia & Gracia Laus	485	Medicis excrementis expurgantur	510.
Iugurtha indoles	548	Medicina usus	490
Ius civile Christo & Paulo proba- tum	491	eni quomodo confirmanda im- mune mente	563
Iurisprudentia Ciceroni laudata ibid.		Mentem quidnam stabiliat	526
Iurisprudentia utilitas	ibid.	Miracula in animis, diuina	572
Iustitia Dei	563	Misericordia Dei Pauli decantata	563
Iuuentuti exere ratio	544	Misericordia Dei profugium pec- catoribus	ibidem
L		Moderate cibis adhibenda	508
Lex Amasica contra otiosos	504	Moderatio vitiis studiosis utilis	496
Lex sumaria Co-iniurum	505	Mouetur etus adhibendus	504
Libertatis vel Rescriptum	574	M. ferendi herbarum pass	
Liberalis aliquando recurrendum			

I N D E X.

Virgo expugnantur	573	Oratio arma contra demonum	
Mors Christi peccata nostra abluit	570	Oratio per Christum efficax	475
563		Orbitas plae deferenda	533
Mors formus	662	Ora quid	543
Mors vita innocua	565	Ostracium	343
Mors mortis quibus discutendus		T.	
562		Trafitator laudem meretur	
Mors metum quid extimat	561	518	
Mors lugendi non sunt more gen-		Pand culari quid sit	507
tis	562	Parandaram & verborum noti-	
Musica instrumenta Hebraei non		tia	479
respuerunt	539	Parasiti conditio	535
Musica mentem obstat	ibid	Parasitus delatore minus noxius	
Musices studiosi veteres fuerunt		517	
ibid.		Parastorum infida amicitia	
N.		535	
Nequitia omnis a mente nostra dif-		Parfemonia sera est damnosa	
funditur	552	504	
Nihil precipitanter agendum		Pauli ad fures admonitio	506
546		Pauli exemplo ad summa enten-	
Non silendum rebus caducis		dum	485
559		Paulus ignavos exstimulat ad in-	
Non putaram vitio coniunctum		dustriam	505
546		Paulus omnes exstimulat ut Dei	
Non stultus pariet	524	miseri cordia se committant	
Nulla aetas ad descendum sera		363	
488		Paulus in omnibus decorum se vari-	
O.		vult	528
Observatio rei aliena improbat		Peccati agnito peccatum expungit	
520		551	
Observatio fugienda	518	Peccatorum remissio in Christo	
Offensa verba qua	527	568	
Omnia in se sunt hominis condita		Perissio doctrinae ex animo abo-	
478		lunda	539
Opinio scientia tollenda	535		
Optimi quibus, tunc			


I N D E X


<i>Pictura oculis patit</i>	538	<i>dum</i>	550
<i>Platonis ad virtutem exhortatio</i>	547	<i>Puella nulla danda lapsus occisio</i>	<i>ibid.</i>
<i>Poesis artium antiquissima</i>	486	<i>Puerilis exercitatio multiplex</i>	542
<i>Poeta exaltus morum institutor</i>	<i>ibid.</i>	<i>Q</i>	
<i>Poeta elogium</i>	<i>ibid.</i>	<i>Quadruplicatores omnibus odiosi</i>	517
<i>Poeta institutum</i>	<i>ibid.</i>	<i>Quadam dedita oportuit</i>	488
<i>Pulchros litera quid praesent</i>	485	<i>Qua linguam expolunt, ampliflenda</i>	495
<i>Potentia Dei</i>	562	<i>Quasius datus esse non debet</i>	544
<i>Preceptorum bonos deserendus</i>	477	<i>Quid tui accidit qui soluta Venere</i>	<i>se oblectant</i>
<i>Præcipiantia lingua impropria</i>	516	<i>Quicquid homini obigit, in Deum</i>	<i>transcendendum</i>
<i>Præsus</i>	591		552
<i>Proliquis assuescat</i>	526	<i>R</i>	
<i>Profusa vitanda</i>	522	<i>Rebus natio a modus est adhibenda</i>	518
<i>Profecta delecta matrimonii</i>	558	<i>Rerum animus irribibis</i>	518
<i>Prophetæ eloquentis</i>	481	<i>Rei domestica pororatio</i>	503
<i>Prophætarum cognitione imenti</i>	<i>ibid.</i>	<i>Rei ardua Christi nomine perficiuntur</i>	567
<i>Proserbium consuevole</i>	501	<i>Res qua validitudo conferuntur</i>	496
<i>Proserbium de sefuka ac trabe in oculis explicatum</i>	511	<i>Risusatio à la' ore v' lu</i>	537
<i>Proserbium fuis voluntatem commendans</i>	504	<i>Risusatio Christo sufficit</i>	566
<i>Proserbium in degeneres</i>	547	<i>Retentia malum exasperat</i>	551
<i>Proserbium in infideli</i>	502	<i>Rob Auicenne quid</i>	510
<i>Proserbium Dei sul, tenda mens</i>	519	<i>Rota</i>	573
<i>Proserbium gratiarum altio</i>	499	<i>S</i>	
<i>Proserbium hynus in merse accubiu</i>	498	<i>Sacra scriptura non iciana</i>	480
<i>Pudor adolefcentes commendat</i>	514	<i>Salus unde petenda</i>	471
<i>Puellarum fragilitati consulon</i>		<i>Saphyrus</i>	573
			<i>Sapientia</i>


I N D E X.

Sapientia Dei	560	Semnus meridianus quando naxios	
Sardius	573	505	
Sarveta vitanda	497	Sors sua cuiq; placeat	522
Scilla herba	573	Sponsiam damnatum subest	534
Senectus, Amor & Venus in deo via		Stabilitas condita	510
512		Succinum quid	573
Sens honorandi	478	T.	
Sermo Des ignitus	480	Talorum iactus	541
Sermo ferri rita vitandus	527	Theologia pars qua omnibus utilis	
Silentium premium	514	490	
Simile ab astu meru	525	Theologia usus	ibid.
Simile ab are alieno oppressa		Trochurum agitatio	543
550.		V.	
Simile ab infectione arborum		Valitudo potior auro	511
484		Ventrem qua laxant	509
Simile ab urbe parvam munita		Veneratorum urs	536
565		Vigilia exsiccat	507
Simile a castrensi vigilia	483	Virtus aterna	547
Simile à Medico	520	Virtus non extenuanda	550
Simil. a rebus domesticis	494	Vita nostra Deo approbanda	474
Similitudo Musicis sonis & gemis		Vite status nullus molestia caret	
540		558	
Simulaster vitanda	527	Vicit & matrimonii comparatio	
Smaragdus	573	559	
Somni & vigilia moderatio	506	Vitium unum ex alio pullulus	
Somnifici qua cerebrum hume-		528	
Etant	508	Voluptas momentanea	547
Somnolentia ut excutiat	ibid.	Vsuetudinum spectandus	528

F I N I S.







MN
Zidwyla Gdam
157
fol. 167 -


391 -

17 -

coll. opt. 82

Tit. 7 m 802 188, 382 S.

26 n 802 188 (Index)



PASCHASII OENII
HEICRVGINI IN OPE-
ris commendationem.
catmen.

*S*ic de' affat multo pulcerrima nymphæ
Natura aeterni fida ministra Dei:
Aut plusquam varius verum color, optime Lector,
Ornatus, series, forma; velordo iuuat:
Si confes opera pretium cognoscere, quæquid
Tellus, Oceanitractus & astraseniunt:
Et cupit ingenia multa & præclara doceri,
Id quod Natura lex Pestasq; mouet:
Huc ades, has memori libros suo mente recondas:
Profusit exiguo tempore utilior eris.
Sic licet eloquio cumulatus, & arte medendi
Lemnius offendet, quidlibet vnde petas.
Abacta natura pandi miracula, vites,
Causas, quæ multos tenerat vmbra dios.
Tum solidis adeo rationibus omnia falcit,
Vt carpi, Momo iudice, posse neges.
Ingenii mire felicitæ acumine quid non
Differit argute, perspicueq; docet?
Candidus & tersus leni stuit ngmine sermo,
Mutilus vbiq; nitor, multus vbiq; lepos.
Nec Medicis solis (ne forte quis in scitis erret.)
Hic operam & studium dedit ille suum:
Plurima ciuili præcepta sobria vita
Fingendisq; probe moribus opta leget.
Auribus insillans animoque rû prædidi *στυγνῆς*,
Hoc ager, vt fudeas neitor esse tibi.

Ignorat hominum vixit obire sacra mentes,
Præterit sine bonis deterrita sequi.
Quin ebiter studiis mellioribus inouit omnes,
Quæ se cognoscant, quæ ratione Deum
Sed frustra celebrem mal: natu vrsibus illum
Cuius fama vellet docti a per ora virum.
Instat multorum Gesnerus Apolline dignus
Myster, sat locuples hic mihi testis erit:
Qui extra inuidiam pressi vir candidus æqua
Expansum trestina pollice lædatur opus.
Vt taceam geminos Etrusca voce loquentes,
Quam cupido Ausonidum turba disortat legem.
Lucis enim vsura caruere, nec habitus extra
Septa domus reliqui corripuere pedem.
Restat ut Hispanus, Celsus, linguæq, Britannos
Representantes, Belgica verba sonent:
Quos æque gratos doctû si senserit auitor,
Adiciet totidem, cepta a iuuante Deo.

LEVI

